Digitized by Google

Bavar. 2243 iy
/4

Digitized by Google

<36627678710017

<36627678710017

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

Urkundenbuch

zur

Geschichte

der

Bischöfe zu Speyer,

von

Franz Xaver Remling,

Domcapitulare, geistlichem Rathe, bischöflichem Theologen und Historiographen zu Speyer, Mitgliede mehrerer geschichtlichen Vereine.

(Jüngere Urkunden.)

Mainz.

Franz Kirchheim.

1853.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

*
* * * * * * *
*

„Eruis ex chartis dum, culte Freherel vetustis
Et regum archivis, autographisque ducum:
Rem magnam praestas, pro qua, si caetera desint,
Non deerit gratae posteritatis honos.“

Simon Stenius.

*
* * * * * * *
*

Gedruckt bei Ch. Trautmann in Neustadt an der Haardt.

Digitized by Google

Vorwort.

Auf vielseitige Ermunterung, obgleich nicht ohne neue Opfer, fand ich mich bewogen, auch den zweiten Band des Urkundenbuches zu meiner Geschichte der Bischöfe zu Speyer dem Drucke zu übergeben.

Meines Wissens enthält dieser Band nur Urkunden, welche noch nie im Drucke erschienen sind, deren Aechtheit mir über jeden Zweifel erhaben war und von welchen viele, namentlich aus dem sechszehenten und siebenzehenten Jahrhunderte, nicht ohne allgemeinere Wichtigkeit und Brauchbarkeit seyn dürften.

Ausser dem Personen- und Orts-Register für beide Bände, nach dem Wunsche einiger Beurtheiler des Werkes, noch eine Tabelle anzufügen, aus welcher ersichtlich ist, woher jede Urkunde entnommen und ob das Original derselben noch vorhanden sei: hielt ich desshalb für unnöthig, weil diese Angabe in meiner Geschichte der Bischöfe selbst, bei allen Stellen, die aus den fraglichen Urkunden geschöpft sind, in den betreffenden Noten zu finden ist. Absichtlich wollte ich hiedurch das Urkundenbuch mit dem Geschichtswerke mit einem

Digitized by Google

besonderen Bande umschlingen, wenn diess auch von Manchem als nicht ganz bequem erachtet werden sollte.

Bei dem Drucke liess ich es an der grössten Vorsicht nicht ermangeln. Bis jetzt konnte ich auch, weder im ersten, noch zweiten Bande des Urkundenbuches, erhebliche Fehler entdecken. Nur einen darf ich hier nicht unberichtigt lassen. Das rechte Datum der Urkunde **259** dieses Bandes ist der **16. October 1500** und nicht der **1. November 1517**, welcher Fehler durch Verrückung des ersten Beistrichs in der zweitletzten Zeile dieser Urkunde veranlasst ward.

Möge dieses Urkundenbuch der christlichen Wahrheit, Gerechtigkeit und Liebe dienen, nicht nur hier am Rheine, sondern im weiten, deutschen Vaterlande, und die Absicht, in welcher es gesammelt, wird erreicht, die Mühe, mit welcher es bearbeitet wurde, belohnt seyn.

Speyer auf St. Lucas, den 18. October 1853.

Der Herausgeber.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbi
MÜNCHEN

1. ***Gerhard bischof zu Speyer übernimmt unter gewissen bedingungen vom erzbischofe Balduin zu Trier das hochstift Speyer.*** 1337 *april* 10.

In nomine Domini, amen. Gerhardus Dei gratia electus, confirmatus ecclesiae Spirensis, recognoscimus publice per praesentes et ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod cum tempore piae memoriae domini Walrami, olim dictae Spirensis ecclesiae electi, confirmati, nostri immediati praedecessoris, ipsa ecclesia nostra Spirensis gravibus et onestis dispendiis, oppressionibus, tribulationibus, insultibus et periculis supposita foret multipliciter et affecta, totque debitorum oneribus et sub dampnis tam usurarum quam commessationum fidejussorie et obsidium more stantibus et continue supercrescentibus, hujusmodi quoque debita augmentantibus in tantum et tam enormiter gravaretur, quod, nisi oportunis remediis et subventionibus praedictae nostrae ecclesiae celeriter subventum et succursum foret, eadem ecclesia nostra ad irrecuperabilem desolationis statum et ad ultimum quoque sui exterminium utique devenisset: praefatus quondam dominus Walramus haec attente in mentis suae oculis perspiciens et revolvens, ac sollicita meditatione perquirens, quomodo et qualiter praelibata ecclesia nostra Spirensis ab hujusmodi posset dispendiis, tribulationibus, periculis ac debitorum oneribus relevari, tandemque ex sufficienti informatione et rerum experientia reperiens et perpendens, praesertim juxta communem terrae et patriae statum, quod dicta ecclesia Spirensis per nullum alium tam convenienter et commode, sicuti per reverendum in Christo patrem ac dominum nostrum, dominum Baldwinum, sanctae Trevirensis ecclesiae archiepiscopum, posset a praetactis dispendiis, oppressionibus, insultibus, tribulationibus, debitorum oneribus ac dampnis et periculis horum occasione sibi imminentibus relevari, de potentia, nec non personali pro-

Digitized by Google

videntia ejusdem domini Baldwini archiepiscopi et specialiter de industria suae personae, qualiter compertus est, aliis ecclesiis succurrisse, non immerito confidens, ad ipsum super relevatione praemissorum fiducialiter recurrebat, nec non temporalia praedictae nostrae ecclesiae Spirensis ac bona ipsius universa, ut puta, castra, munitiones, oppida, fortalitia et villas cum jurisdictionibus, honoribus, districtibus, hominibus castrensibus, vasallis, campis, silvis, aquarum decursibus et cum bonis et juribus quibuscunque ipsis attinentibus, ac administrationem eorundem bonorum et jurium in eum finem, ut ipsa ecclesia nostra Spirensis a praenotatis dispendiis et periculis ac debitorum oneribus totalique ejus exterminio, quod sibi in foribus imminebat, praeservari debitoque statu, honore et juribus conservari posset, sanis et providis deliberationibus praecedentibus, duxerat committendum. Qui et dominus Baldwinus archiepiscopus ad instantem memorati quondam domini Walrami et suorum, nec non nobilium, vasallorum, castrensium ac aliorum hominum et fidelium praedictae ecclesiae Spirensis praetactis dispendiis, periculis, insultibus, tribulationibus et oppressionibus similiter, varie et multipliciter subjectorum supplicationem pia ac sincera et personali affectione permotus de administratione temporalium, nec non bonorum et jurium memoratae ecclesiae nostrae Spirensis, de speciali benevolentia se intromittens eandemque ecclesiam nostram Spirensem in debitis statu et honore per Dei gratiam conservans, eandem ecclesiam nostram a praelibatis dispendiis, oppressionibus, tribulationibus et insultibus ac dampnis ex debitorum oneribus sibi imminentibus et accrescentibus salubriter praeservavit de suis quoque pecuniis in solutionem et exorationibus dictorum debitorum, quibus ipsa ecclesia nostra graviter subjecta et onerata exstitit, ut praemittitur, in tantum erogavit et convertit, ac utiliter et necessarie pro conservatione status ipsius ecclesiae nostrae impendit, ita quod computationibus et rationibus super hoc habitis tales pecunias per ipsum dominum Baldwinum in utilitates ac necessitates evidentes dictae nostrae Spirensis ecclesiae sic conversas et impensas ad summam triginta millium librarum hallensium et amplius se extendere est compertum. Verum nos postmodum haec evidenter cognoscentes ac perpendentes, quod memoratus dominus Baldwinus, mediante administratione temporalium bonorum et jurium praelibatae ecclesiae nostrae Spirensis sibi per praefatum

Digitized by Google

quondam dominum Walramum, ut praefertur, commissa suisque conciliis providis et auxiliis saepedictam ecclesiam nostram, ne ad totalem desolutionis et exterminii statum deveniret, praeservavit ac in statu et honore debitis conservavit, quodque suas pecunias usque ad praetactam summam et amplius in utilitatem saepedictae ecclesiae nostrae et ad sublevandas ejus necessitates evidentes, a quibus aliter relevari non potuit, impendit et convertit, quodque indignum foret, si idem dominus Baldwinus de beneficiis, quae ipsi ecclesiae nostrae de paterna benevolentia favorabiliter sic impendit, ingratitudinem vel dispendium aliquod reportaret, tractatibus praelibatis sollempnibus per nos et capitulum dictae nostrae ecclesiae Spirensis ac deliberationibus maturis per nos et idem capitulum ecclesiae nostrae invicem et capitulariter desuper praehabitis, ejusdem capituli ecclesiae nostrae ad hoc accedente consensu eaque per memoratum dominum Baldwinum circa administrationem bonorum et jurium praedictae nostrae ecclesiae sine vara et sine dolo et fraude gesta et habita dinoscuntur, nec non erogationes dictarum pecuniarum per ipsum in utilitates et necessitates dictae ecclesiae nostrae, ut praemittitur, factas, ex certa nostra scientia decrevimus approbandas ac tenore praesentium ratificamus, laudamus et etiam approbamus, nec non ex certa nostra similiter ac dicti capituli nostri scientia recognoscimus et confitemur pro nobis et nostris successoribus ac dicta ecclesia nostra, nos et eandem ecclesiam nostram Spirensem fore ex causis praemissis praefato domino Baldwino in praetacta pecuniarum summa videlicet triginta millibus librarum hallensium vere et efficaciter obligatos, quas etiam pecunias jam dicto domino Baldwino ex causis antedictis solvere promisimus, sollempni stipulatione interveniente ac pro nobis et praelibata ecclesia nostra Spirensi solvere promittimus in hiis scriptis, nos et ipsam ecclesiam nostram Spirensem ad solutionem dictarum pecuniarum praefato domino Baldwino faciendam praesentibus efficaciter obligando. Et cum antedicta ecclesia nostra Spirensis sine enormi ejus laesione et gravi ejus quodammodo dimembratione praefato domino Baldwino praetactas pecuniarum summas videlicet triginta millium librarum hallensium per ipsum in utilitates et necessitates evidentes ejusdem ecclesiae nostrae erogatas et impensas et in quibus nos et dictam ecclesiam nostram recognoscimus et confitemur sibi fore, ut praemittitur, obligatos,

insimul refundere et solvere non potuit, neque possit, ad eundem dominum Baldwinum super hiis et super capienda ejus benevolentia in praemissis una cum capitulo praedictae ecclesiae nostrae Spirensis duximus unanimiter recurrendum, mediantibus nostris et ipsius capituli ecclesiae nostrae Spirensis petitionibus et supplicationibus desuper sibi factis. Inter memoratum dominum Baldwinum ex una parte ac nos et capitulum dictae ecclesiae nostrae Spirensis ex altera, super praetacta pecuniarum summa videlicet triginta millium librarum hallensium ipsi domino Baldwino per nos et ecclesiam nostram Spirensem refundenda et solvenda, nec non castris, munitionibus, oppidis et fortalitiis, villis ac bonis aliis et juribus ecclesiae nostrae praelibatis, quae idem dominus Baldwinus ex commissione praefati quondam domini Walrami obtinere dinoscitur, nobis et ipsi ecclesiae nostrae ex adverso restituendis et dimittendis, praelibatis tractatibus sollempnibus similiter et deliberationibus per nos et dictum capitulum ipsius ecclesiae nostrae invicem et capitulariter super hiis praehabitis ac ex certa ejusdem capituli scientia, ipsoque volente et consentiente, taliter est et existit ordinatum, tractatum concordatumque finaliter et conventum: quod nos, successores nostri ac capitulum praefatae ecclesiae nostrae Spirensis, sede vacante, de praetactis triginta millibus librarum hallensium, in quibus praefato domino Baldwino nos et dicta ecclesia nostra Spirensis sumus, ut praefertur, vere et efficaciter obligati, solvere et tradere debebimus, nec non solvere et tradere promisimùs et promittimus per praesentes eidem domino Baldwino, quamdiu vixerit et in quocunque statu fuerit, singulis annis tria millia librarum hallensium, exceptionibus, diminutionibus et impedimento quibuslibet non obstantibus, donec debitum hujusmodi triginta millium librarum hallensium fuerit extenuatum plenarie et solutum, et eadem tria millia librarum hallensium antedicto domino Baldwino vel hiis nuntiis, quos ad hoc deputaverit, quolibet anno in die sanctorum Innocentium post festum nativitatis Christi vel usque ad festum purificationis beatae Mariae virginis proxime subsequens sine captatione vel in hallensibus vel in grossis turonensibus seu florenis aureis boni et legalis ponderis auri et paganici, duodecim grossos turonenses pro una libra hallensium et unum florenum similiter pro una libra hallensium, prout nunc valent, computando, si valor et aestimatio hallensium in eo statu, in quo nunc

sunt, permanserint vel etiam ascenderint, si vero decreverint vel descenderint, tunc juxta aestimationem communem solvere et praesentare integraliter et complete debebimus in civitate Spirensi vel civitate Wormatiensi, ubi dictus dominus Baldwinus maluit, et ad hospitium sive domum, quam idem dictus Baldwinus in aliquo de dictis locis duxerit nominandum, nostris laboribus, periculis et expensis, et quemcunque locum de praedictis praenominatus dominus Baldwinus semel nominaverit, ibi singulis annis solutio et praesentatio dictae pecuniae fieri debebit, nisi ipse dominus Baldwinus locum hujusmodi solutionis duxerit immutandum, quod proinde salvum sibi esse debebit, poterit hujusmodi suam voluntatem super mutatione dicti loci ad quatuor septimanas ante terminum solutionis dictae pecuniae videlicet diem sanctorum Innocentium praedictum vel etiam prius, secundum quod sibi placuerit, explicare. Est etiam ordinatum et condictum, quod si solutio dictorum trium millium librarum hallensium in dicto festo Innocentium, ut praetangitur, facta fuerit, tunc nos, successores nostri et capitulum dictae ecclesiae nostrae, sede vacante, non faciemus, nec subibimus expensas, quas nuntii praefati domini Baldwini facient per requisitionem et deductionem pecuniae praelibatae; si autem solutio ejusdem pecuniae in ipso termino videlicet die sanctorum Innocentium facta non fuerit, sed protracta, tunc nos subibimus omnes expensas, quas nuntii praefati domini Baldwini usque ad numerum quatuor personarum et quatuor equorum fecerunt vel fecerint eundo, stando et redeundo per requisitionem, expectationem, receptionem et etiam deductionem ejusdem pecuniae, sive semel sive plures ipsos nuntios praedicti domini Trevirensis hujusmodi occasione contigerit destinari. Debebit etiam praedictus dominus Baldwinus quolibet anno, cum summa dictorum trium millium librarum hallensium sibi vel nuntiis suis ad hoc deputatis in aliquo dictorum locorum soluta et tradita fuerit, in eodem loco dare literam suam quittationis super eo, et si culpa vel causa aliqua eveniret, quod litera quittationis de illa solutione ibidem et illo termino dari non potuerit, tunc nos pecuniam dictam non deducendo, eam ad alium locum, donec praedicta litera quittationis data fuerit, et non ulterius seu amplius, in dicto loco solutionis poterimus retinere, et custodire debebit praefatus dominus Baldwinus hujusmodi literam quittationis ex tunc, et ab inde infra quatuor septimanas continuas dare, dolo et fraude qui-

buslibet submotis penitus in praemissis. Et ut memorato domino Baldwino et illis, quibus dictam pecuniam deputaverit, super solutione dictarum summarum ac aliis super et infra scriptis ac inter praedictum dominum Baldwinum pro una parte ac nos et ipsam ecclesiam nostram pro altera ordinatis et condictis plene caveatur, et ut super hiis ipse dominus Baldwinus idonee et firmiter assecuretur, est taliter etiam ordinatum et condictum: quod si nos, successores nostri vel capitulum praedictae ecclesiae nostrae, sede vacante, in solutione dictarum summarum et terminis praenotatis aut eo modo, quo praefertur, quoniam vel quotiens in toto vel in parte fuerimus negligentes quomodolibet vel remissi, vel etiam super vel infra scripta omnia et singula ad plenum non observabimus, sed ea in aliquo transgressi fuerimus, vel deductionem dictae pecuniae seu nuntios ipsam pecuniam requirere, recipere vel deferrre debentes quovis modo impediverimus per nos vel alios, ex tunc omnia castra, munitiones, fortalitia, oppida et villae praedictae ecclesiae nostrae Spirensis, quae memoratus dominus Baldwinus hactenus tenuit et nobis restituit, cum omnibus bonis sibi attinentibus, nec non juribus, honoribus, districtibus, jurisdictionibus, proventibus et redditibus, tam in civitate Spirensi quam extra consistentibus et cedentibus, jurisdictione spirituali duntaxat excepta, ad ipsum dominum Baldwinum plene transibunt et libere revertentur per eum tenendae, possidendae et habendae, donec de pecunia sic neglecta et non soluta et de aliis, quae de super et infra scriptis non observaverimus, sibi vel causam ab eo habentibus plene fuerit satisfactum. Et poterit idem dominus Trevirensis vel causam ab eo habens sine alia cujuscunque requisitione vel etiam alicujus judicis auctoritate seu licentia praetactas munitiones, castra, oppida, fortalitia et villas, nec non bona et jura praedicta ac ipsarum possessionem, vel quasi, nancisci, capere et se intromittere de eisdem. Et ad majorem praemissorum et infrascriptorum certitudinem omnes castrenses dictae ecclesiae nostrae, qui residentiam faciunt vel facere consueverunt in castris vel oppidis ejusdem ecclesiae nostrae ac etiam ipsius ecclesiae nostrae vasalli et alii castrenses, quos ad hoc inducere poterimus, bona fide et sine fraude, nec non omnes officiati praedictae ecclesiae nostrae Spirensis ac vigiles et custodes ac portenarii munitionum, castrorum et fortalitiorum omnium ejusdem ecclesiae Spirensis jam constituti

vel in posterum constituendi, quibuscunque nominibus censeantur, pari passu tum nobis, nostris successoribus seu ipsi capitulo Spirensi, sede vacante, juraverint, praefato domino Baldwino jurare, et juramenta fidelitatis seu homagia praestabunt corporaliter et facient, quod eo casu, quo nos, nostros successores seu dictum capitulum ecclesiae Spirensis, sede vacante, in solutione praetactarum summarum, modo quo praefertur, ac caeterorum praemissorum et infrascriptorum observationem in toto vel in parte negligentes fore contigerit, et duo omnia et singula praemissa et infrascripta non observaverimus ad plenum, sed ea non observando seu ea non implendo violaverimus, iidem vasalli castrenses et officiati, nec non vigiles et custodes et portenarii ex tunc statim praelibatas munitiones, castra et fortalitia cum bonis et juribus universis eisdem attinentibus praefato domino Baldwino, seu illi vel illis, quos ad hoc duxerit destinandos, praesentent et tradant, et cum eisdem munitionibus, castris, fortalitiis ac bonis et juribus ipsis attinentibus, nec non aliis omnibus, in quibus nobis et ecclesiae nostrae Spirensi astricti et ligati noscuntur vel adstringi vel ligari debuerunt, eidem domino Baldwino plene ac per omnia obediant et intendant, nec in aliquo nos, successores nostros seu dictum capitulum Spirense, sede vacante, respiciant vel ad dictas munitiones, castra, fortalitia ac bona et jura eis attinentia admittant, donec defectus hujusmodi restauretur et de eo, quod non observaverimus vel non impleverimus, fuerit plenarie satisfactum; nec erunt dicti officiati, vasalli et castrenses, nec non vigiles, custodes et portenarii et alii, qui taliter jurare debebunt, eo casu, quo in observatione praemissorum et infrascriptorum nos, nostros successores seu ipsum capitulum Spirense, sede vacante, in aliquo obligati, quamdiu de hujusmodi neglecto non fuerit satisfactum, sed erunt et esse debebunt a juramentis fidelitatis per eo nobis praestitis absoluti, quos et nos omnes et singulos praedictos eo casu quittos in hiis scriptis dicimus et solutos, et similia etiam juramenta oppidani et incolae oppidorum et villarum omnium dictae ecclesiae Spirensis, qui alias jurare fidelitatem episcopo seu electo et confirmato dictae Spirensis ecclesiae consueverunt, praefato domino Baldwino stabunt, ut in casu negligentiae praemissorum et infrascriptorum omnium in toto vel in parte per nos, nostros successores seu praelibatum capitulum Spirense, sede vacante, commissae ipsi domino Bald-

wino plene et per omnia, sicut de aliis supra praemittitur, obediant et intendant et tam diu, donec de neglecto hujusmodi fuerit plenarie satisfactum. Et ad praemissa et infrascripta omnia eo inviolabilius et firmius observanda honorabiles viri, Conradus de Kirkel, cantor, et Johannes de Treviris, canonicus dictae ecclesiae nostrae Spirensis, nec non nobilis vir Conradus, pincerna de Erpach, per memoratum dominum Baldwinum ad hoc electi et assumpti, castra, oppida, munitiones et fortalitia dictae nostrae Spirensis ecclesiae omnia et eorum possessionem una nobiscum respicient et tenebunt in suis manibus et potestate, ac officiatos, vigiles et custodes et portenarios dictarum munitionum, castrorum, oppidorum et fortalitiorum una nobiscum constituent et ordinabunt, a quibus quidem officiatis, vigilibus, custodibus et portenariis, nec non oppidanis et aliis, qui episcopo vel electo et confirmato ecclesiae Spirensis jurare consueverunt, nos et dicti cantor Johannes et Conradus pincerna recipiemus et recipunt nomine praefati domini Baldwini juramenta fidelitatis secundum modum et formam superius enarratos, et si ante completam dictarum pecuniarum solutionem ecclesiam nostram praedictam vacare contigerit, tunc praedicti cantor Joannes et Conradus pincerna praenominatas munitiones, castra, fortalitia et oppida ac earum possessionem tenebunt et conservabunt usque ad futurum successorem, et donec idem successor ratificet et approbet omnia et singula superius et inferius ordinata, condicta et conscripta, praestando super hiis juramenta, assecurationes et cautiones, prout superius et inferius similiter est conscriptum, et donec tradant suas certas et appertas literas super eo, et tunc etiam, postquam haec facta fuerunt, ipsas munitiones, castra, oppida et fortalitia una cum dicto successore nostro tenebunt et conservabunt, ut de nobis etiam superius est expressum. In eo etiam casu, quo nos, successores nostri seu capitulum dictae nostrae ecclesiae, sede vacante, in praemissis seu infrascriptis vel aliquo eorundem negligentes fuerimus, et quotiens hoc factum fuerit, praefati cantor Johannes et Conradus pincerna sine nobis, successoribus nostris praelibatas munitiones, castra, oppida et fortalitia ac earum possessionem ad praedicti domini Baldwini dispositionem tenebunt et conservabunt ac etiam dictas munitiones, castra, oppida et fortalitia dicto domino Baldwino, cum per ipsum in eo casu requisiti fuerint, tradent et prae-

sentabunt, et super hiis dicti cantor Johannes et Conradus de officiatis, castrensibus et oppidanis, vigilibus, portenariis et custodibus, ac aliis, qui jurare consueverunt, per juramenta sibi specialiter providebunt, et nihilominus praefati officiati, castrenses, vasalli, oppidani, vigiles, custodes et portenarii, eo casu, quo in praemissis vel infrascriptis negligentes fuerimus, obedient et intendent cum dictis munitionibus, castris, oppidis et fortalitiis praefato domino Baldwino, ac ipsa sibi tradent et presentabunt, prout superius est praemissum. Nos quoque insuper memoratis cantori Johanni et Conrado specialiter et sufficienter cavebimus, quod ipsos in detentione et conservatione praedictarum munitionum, castrorum, oppidorum et fortalitiorum non impediemus per nos vel alios, quovis modo, nec ipsis aliquod obstaculum seu impedimentum interponemus, nec interponi procurabimus, quominus easdem munitiones, castra, oppida et fortalitia nobiscum tenere et conservare valeant et etiam sine nobis in casu negligentiae, ut praefertur. Et si aliquem de praedictis tribus ad praemissa et ipsum dominum Baldwinum, ut praemittitur, electis decedere vel abesse vel per ipsum dominum Baldwinum mutari, quod sibi licitum esse debebit, contigerit, tunc idem dominus Baldwinus unum alium in ipsius locum, qui tamen dictae ecclesiae nostrae Spirensi adstrictus fuerit, poterit subrogare. Nos quoque, successores nostri et capitulum dictae Spirensis ecclesiae, sede vacante, nullum de officiatis ipsius Spirensis ecclesiae ac de vigilibus, custodibus et portenariis praenominatis mutabimus, nisi una cum dictis cantore Johanne et Conrado ac ipsorum scitu pariter et consensu, et si unum de ipsis abesse vel cum aliis duobus discordare contigerit, tunc alii duo ad praedictam exequendam potestatem debebunt plenariam obtinere. Nos etiam, nostri successores et dictum capitulum Spirense, sede vacante, aliquos officiatos, vasallos, castrenses, oppidanos, portenarios, vigiles et custodes ac alios, qui episcopo seu electo et confirmato dictae ecclesiae Spirensis jurare consueverunt, non recipiemus, nec ad praestandum nobis juramentum fidelitatis admittemus, nisi pari passu similiter praedicto domino Baldwino et praefatis cantori Johanni et Conrado juramentum fidelitatis praestiterint in modum superius annotatum. Est insuper condictum, ordinatum et adjectum, quod eo casu, quo nos, nostros successores vel dictum capitulum Spirense, sede vacante, in solutione praedictae summae negligentes

fore contigerit, praefati officiati, castrenses et vasalli, oppidani et incolae ac custodes, vigiles et portenarii, nec non memorati cantor Johannes et Conradus, et alii in eorum loco subrogandi ad simplicem affectionem et requisitionem praefati domini Baldwini hujusmodi nostram negligentiam inculpantis, eidem domino Baldwino intendere ac dictas munitiones, castra et oppida cum earum pertinentiis sibi praesentare et tradere debebunt, nisi per literas quittantiae praedicti domini Baldwini ostendere possemus, sibi esse et fuisse quoad solutionem dictae summae efficaciter satisfactum, vel quod per ipsum dominum Baldwinum seu ex parte sua steterit, quominus literam ejus quittationis habuerimus, possimus legitime demonstrare. Verum si super aliis articulis, an negligentes fuerimus, nec ne, personis scrupulus oriatur, ad arbitros super haec electos vel eligendos est recurrendum, ut infra etiam subjungitur. Caeterum si contigerit, praetactas munitiones, castra, oppida et fortalitia cum bonis et juribus aliis praelibatae ecclesiae Spirensis ob non solutionem dictarum summarum seu ob negligentiam supra et infra scriptorum ad manus praefati domini Baldwini, ut praetangitur, devolvi, tunc idem dominus Baldwinus de praedicta summa triginta millium librarum hallensium, per quot annos dicta castra, munitiones, oppida et fortalitia cum aliis bonis et juribus dictae Spirensis ecclesiae tenuerit, quolibet anno, quo integro eas tenuerit, tria millia librarum hallensium defalcare debebit, si autem per integrum unum annum eas non tenuerit, tunc pro rata reddituum seu fructuum ipsius ecclesiae per ipsum infra illud tempus perceptorum de dictis tribus millibus librarum hallensium tenetur defalcare, et ultra haec tria millia librarum hallensium easdem munitiones, castra, oppida et fortalitia, nec non alia bona et jura ipsius Spirensis ecclesiae tenere debebit, cum hoc onere et honore, nisi forsitan dictus dominus Baldwinus per nos vel nostros nostri causa et occasione seu per dictum capitulum Spirense vel sui ipsius causa et occasione, quominus dictas munitiones, oppida, fortalitia et castra cum bonis et juribus praenotatis pacifice tenere posset, impediretur, quo casu ipse dominus Baldwinus de praetacta summa nil tenebitur defalcare, et hoc si impedimentum per integrum annum duraverit, si vero minus, tunc pro rata temporis et impedimenti ac dampnorum, quae ex ipso impedimento sustinuerit, non debebit similiter defalcare. Insuper nos et nostri successores ante expletam

dictae totalis summae solutionem nulla alia debita, per quae dicta nostra ecclesia Spirensis gravari possit, ultra summam mille librarum hallensium contrahere debebimus, nec etiam aliqua bona dictae ecclesiae nostrae ulterius inpignorabimus vel obligabimus, nisi id fiat pro evidenti utilitate ejusdem ecclesiae nostrae Spirensis et de praedicti domini Baldwini, nec non dicti capituli Spirensis scitu pariter et assensu. Et si aliqua debita hujusmodi nos contrahere ac dictas munitiones, castra et fortalitia cum aliis bonis et juribus dictae Spirensis ecclesiae ob negligentiam seu non observationem praemissorum et infrascriptorum ad praedictum dominum Trevirensem, ut praefertur, devolvi contigerit et eundem dominum Trevirensem dicta debita sic per nos contracta solvere contigerit, tunc hujusmodi debita accrescere debebunt praefatae summae principali videlicet triginta millium librarum hallensium, et eandem summam debebunt pro modo debitorum hujusmodi augmentare. Nos etiam et nostri successores respondebimus et satisfaciemus de feodis castrensibus nostris et dictae ecclesiae nostrae castrensibus hactenus non solutis, nec non de aliis debitis tam per nostros praedecessores, quam dictum dominum Baldwinum tempore, quo temporalia dictae Spirensis ecclesiae in suo regimine et gubernatione tenuit, vel per suos officiatos ipsius nomine ejusdem ecclesiae Spirensis, nec non ipsius gubernationis causa et occasione contractis specialiterque ipsum dominum Trevirensem supportabimus et relevabimus de impetitione, quam sustinet occasione quorundem bonorum mobilium per quondam dominum Trevirensem Hermannum, electum et confirmatum ecclesiae Herbipolensis, in castro Utenheim relictorum. Verum de quibusdam debitis per praefatum dominum Baldwinum occasione ecclesiae Moguntinensis et pro ejus necessitatibus apud quosdam judaeos Argentinenses contractis est ordinatum specialiter et condictum, quod saepedictus dominus Baldwinus nos et praedictam ecclesiam nostram Spirensem debebit, in quantum poterit, ab hujusmodi debitis relevare, ubi autem haec facere non poterit, tunc quaedam oppida nostra et dictae ecclesiae nostrae Spirensis, qui se pro dictis debitis apud praefatos judaeos obligarunt, vel fidejussores dictae ecclesiae nostrae Spirensis attinentes et adstricti, et intuitu ejusdem ecclesiae nostrae Spirensis apud praefatos judaeos super dictis debitis fidejussorie similiter obligati, de ipso debito principali solvere, numerare et tradere realiter

praefatis judaeis opportuerit vel contigerit, et si de hoc, videlicet quantum de ipso debito principali solverit, nos eisdem satisfacere et refundere contigerit, tantum debebit nobis et dictae ecclesiae nostrae de praetacta summa triginta millium librarum hallensium defalcari. Sed super dampnis, si quae nos vel dictam ecclesiam nostram alias occasione dictorum debitorum sustinere contigerit, praefatum dominum Baldwinum impetrare omnino debebimus, nec horum occasione dampnorum sibi debebit de praetacta summa triginta millium librarum hallensium aliquid defalcari. Caeterum nos, successores nostri et capitulum dictae ecclesiae nostrae, sede vacante, non erimus, nec faciemus contra praefatum dominum Baldwinum, quamdiu vixerit, nec etiam quamdiu dicta summa integraliter et in toto soluta non fuerit, contra praedictam ecclesiam Moguntinensem, nec aliquibus, qui contra ipsos fuerint, erimus adjutores, nec eisdem domino Baldwino et ecclesiae Moguntinensi de castris, munitionibus, fortalitiis et oppidis nostris et praedictae ecclesiae Spirensi patiemur aliqua dampna ingeri vel inferri. Insuper si ante totalem praetactae summae videlicet triginta millium librarum hallensium exsolutionem praedictum dominum Baldwinum, quod absit, decedere contigerit, tunc quidquid de ipsa pecunia adhuc restabit ad solvendum, sub omnibus modis, pactis, conditionibus, nec non cautionibus et poenis supra et infra positis ad praedictam ecclesiam Moguntinensem ejusque archiepiscopos pro tempore existentes, et ejusdem ecclesiae capitulum, sede vacante, devolvetur ipsisque dicta pecunia sub omnibus modis, formis, cautionibus, poenis et pactis, de quibus supra et infra tangitur, et sub quibus dicto domino Baldwino, quamdiu vivit, solvi debet, est omnimode persolvenda, et in eum eventum etiam officiati, vasalli, castrenses, oppidani et incolae vigiles et custodes, portenarii praenotati praestare debebunt dictae ecclesiae Moguntinensi, sicut de memorato domino Baldwino praemittitur, similiter fidelitatis seu homagii juramenta de tradendis et praesentandis sibi praetactis munitionibus, castris, fortalitiis et oppidis cum bonis et juribus ipsi attinentibus praenotatis, et obediendo sibi post obitum praefati domini Baldwini, si in observatione praemissorum et infrascriptorum quoad dictam ecclesiam Moguntinensem in aliquo fuerimus negligentes, attamen dictae ecclesiae Moguntinensi, videlicet archiepiscopis ipsius ecclesiae Moguntinensis pro tempore existentibus et capitulo ejusdem

ecclesiae, sede vacante, nulla solutio de dicta pecunia, nec aliqua traditio vel assignatio dictarum munitionum, castrorum, oppidorum et fortalitiorum fieri debebit, nisi ipsi primitus omnia supra et infra scripta, ordinata et condicta approbent et ratificent et suas appertas desuper dent et tradant literas sigillatas. Praeterea si super eo, an nos negligentes in praemissis vel infrascriptis fuerimus, nec ne, aliquis dubitationis scrupulus inter memoratum dominum Baldwinum ex parte una et nos, nostros successores seu capitulum dictae ecclesiae nostrae, sede vacante, ex altera oriatur, eo excepto, quod super negligentia solutionis praetactarum pecuniarum supra est cautum specialiter per literam quittationis est et provisum, tunc quicquid strenui milites Johannes de Randeck pro parte dicti domini Baldwini nominatus, et Gerhardus de Talheim, alias dictus de Blankenstein, pro parte nostra nominatus, et Fridericus de Lutern per nos ambos pro tertia seu media persona communiter nominatus et assumptus tamquam arbitri seu arbitratores ad hoc electi et assumpti, de plano et sine strepitu judicii super hujusmodi dubitationis scrupulo pronuntiaverunt vel major persona ex ipsis, id debebit vigorem et robur obtinere firmitatis; et si omnes vel major persona ex ipsis pronuntiaverint, nos, nostros successores vel capitulum, sede vacante, dictae nostrae ecclesiae in praemissis vel subscriptis negligentes fore vel extitisse, seu ea quomodolibet non servasse, ex tunc praefati officiati, vasalli, castrenses, oppidani et incolae vigiles, custodes et portenarii statim sine aliqua cognitione vel indagatione praenominatas munitiones, castra, oppida, fortalitia et villas cum bonis et juribus ipsis attinentibus universis praefato domino Baldwino praesentare et tradere debebunt et sibi intendere et obedire, ut superius est praemissum, et super eo etiam, quod ad pronuntiationem dictorum arbitrorum haec faciant, praestare debebunt specialiter juramenta, salvo eo nihilominus, quod praefati cantor Johannes de Treviris et Conradus pincerna in casu negligentiae ipsas munitiones, castra, oppida et fortalitia ad dispositionem praefati domini Baldwini tenere et conservare debebunt, ac easdem sibi tradere et praesentare, cum requisiti fuerint, ut superius est praemissum, et debebunt dicti arbitri, postquam ex parte dicti domini Baldwini requisiti fuerint, infra quatuordecim dies a tempore requisitionis hujusmodi computandos, in civitate Wormatiensi se recipere et ibidem per eorum juramenta super dicto dubi-

tationis scrupulo, prout eis justum videbitur, pronuntiare, dicere et diffinire, et si aliquis de dictis arbitris infra idem tempus ibidem venire non curaverit vel non veniret, tunc alii duo, eo, qui non veniret, ulterius minime requisito, pronuntiare et dicere poterunt, et id, quod pronuntiaverint, robur et effectum sortiri debebit, ut superius est praemissum. Dictus etiam dominus Baldwinus et nos praedictos arbitros quilibet videlicet nostrum pro se nominatim, et mediam seu tertiam personam communiter poterimus, quando et quotiens nobis placuerit, immutare, et si aliquem de dictis arbitris mutari vel decedere seu abesse contigerit vel ex aliis causis praepediri, ita quod huic negotio intendere non possunt, tunc illa persona, per quam nominatus fuit, infra quatuordecim dies proximos, postquam ab alia parte super haec requisita fuerit, debebit in ejus locum alium subrogare, si vero tertiam personam per nos communiter mutari vel ipsam decedere vel abesse vel aliis ex causis necessariis ita, quod huic negotio intendere non possit, impediri contigerit, tunc in ejus locum unum alium nos ambo et communiter debebimus subrogare, et si infra quatuor septimanas super hoc concordare nequiverimus, tunc alii duo arbitri electi jam vel in posterum eligendi civitatem Wormatiensem intrare debebunt, inde non exituri, nisi in tertiam seu mediam personam concordaverint, et in quam personam concordaverint pro media seu tertia persona, de illa nos ambo debebimus contentari. Insuper ut praemissa omnia et singula eo firmius et inviolabilius observentur, constituimus memorato domino Baldwino super praemissis et infrascriptis omnibus et singulis per nos firmiter observandis et contra ea non veniendis, honorabiles viros, Ulricum de Wirtemberg, praepositum ecclesiae sancti Guidonis Spirensis, Engelhardum, pincernam de Erpach, Gotfridum de Randeck et Eberhardum de Randeck, canonicos dictae ecclesiae Spirensis, ac strenuos viros, Dietherum de Kirweiler, Heilmannum dictum Snythlauch, Heinricum de Bolsenheim, Conradum de Altdorf, Wernherum dictum Snytlauch, Johannem dictum Kuchenmeister, Gerhardum de Talheim dictum de Blankenstein et Heinricum de Eremberg, milites; Johannem de Vennyngen, Jacobum de Altdorf, Heintzonem natum Rudolfi dicti Boppelmann, Fridericum de Sahsenheim, Eberhardum de Kirchhusen et Albertum de Eremberg, armigeros; Anselmum, quondam scultetum in Bruchsella, et Wernherum dictum

Lange, oppidanos ibidem, Merkelinum, scultetum in Luterburg, et Conradum dictum Rotenvels, oppidanum ibidem, Albertum dictum Snyder et Wolffamum dictum Wolf, oppidanos in Weibstat, fidejussores ac ipsos sibi fidejussorie et in solitum obligavimus et praesentibus obligamus, ita, quod quotiens in observatione praemissorum et subscriptorum negligentes fuerimus vel remissi, quod quotiens ipsi, postquam ex parte praefati domini Baldwini super haec moniti fuerint personaliter vel ad eorum domicilium, infra quatuordecim dies a tempore monitionis hujusmodi continue computandos, quilibet per se vel per unum famulum bonae conditionis cum equo intrare debebit, unam de praedictis civitatibus videlicet Spirensi vel Wormatiensi, quam dictus dominus Baldwinus maluerit, et hospitium publicum in uno de dictis locis per eundem dominum Baldwinum nominandum et ibidem commessationes juxta communem morem patriae continue facere, donec de ipso neglecto plene fuerit satisfactum. Aliquis etiam de dictis nostris fidejussoribus se per alium seu alios confidejussores excusare non debebit, quominus commessationes faciendo fidejussionis debitum adimpleant, ut praefertur, et si aliquis de dictis nostris fidejussoribus decedere vel extra partes abesse contigerit, tunc unum alium aeque idoneum infra quatuor septimanas continuas, postquam super hoc ex parte praedicti domini Baldwini requisiti fuerimus, in ejus locum debebimus subrogare. Postquam etiam aliquis equus per commessationes consumptus fuerit, tunc statim alius equus ad eundem locum reponi debebit faciendo commessationes, ut prius, dolo et fraude in praemissis cessantibus penitus et submotis. Haec omnia et singula praescripta et infrascripta promisimus pro nobis, nostris successoribus et dicta nostra ecclesia Spirensi bona fide et promittimus in hiis scriptis ac juravimus nihilominus corporali per nos praestito juramento rata, grata et firma inviolabiliter observare, nec contra ea ullo unquam tempore venire per nos vel alios, publice vel occulte, consilio vel opere quovis exquisito, ingenio vel colore, renunciantes omnium beneficio tam juris canonici vel civilis et consuetudinarii, nec non omnibus gratiis, privilegiis ac literis quibuscunque, tam apostolicis, quam aliis impetratis vel in posterum impetrandis, ac specialiter beneficio restitutionis in integrum ac juri dicenti generalem renuntiationem non valere. Nec non illi exceptioni, aut per quam forsitan dicere pos-

semus, quod memoratus dominus Baldwinus aliqua debita occasione dictae Spirensis ecclesiae contraxerit, seu quod inimicitias vel controversias ipsi Spirensi ecclesiae procuraverit vel aliquibus injurias irrogarit, vel quod plus de fructibus seu de redditibus de bonis ipsius ecclesiae Spirensis provenientibus, quam ipse dixerit, sustulerit, ac exceptioni doli mali, in factum actioni, nec non omnibus aliis defensionibus, quae nobis contra praemissa, quominus ea in toto vel in parte observare teneamur, possent quomodolibet suffragari. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum, una cum sigillis praefati capituli Spirensis ecclesiae ac dictorum Conradi, cantoris, et Johannis de Treviris, canonici praedictae ecclesiae Spirensis, et Conradi de Erpach, nec non dictorum fidejussorum nostrorum ac oppidorum nostrorum et dictae ecclesiae nostrae Spirensis, videlicet in Bruchsella et in Weibstat et in Luterburg, quae huic literae apponi petivimus, praesentibus est appensum. Et nos decanus totumque capitulum praelibatae ecclesiae Spirensis recognoscimus publice per praesentes, quod omnia et singula praemissa de nostro scitu, consensu et bona voluntate, pluribusque tractatibus sollempnibus capitularibus et deliberationibus providis per praefatum dominum nostrum, dominum Gerhardum, electum, confirmatum dictae ecclesiae nostrae et nos simul et divisim desuper praehabitis, sunt ordinata, benedicta, habita et tractata, promittentes, in quantum in nobis fuerit, bona fide ea firma, rata et grata observare, nec contra ea venire consilio vel auxilio, publice vel occulte. Sed quod ipsa omnia firmiter et inviolabiliter observentur, promittimus insuper, quod nullum alium electum vel provisum dictae Spirensis ecclesiae, in quantum in nobis similiter fuerit, bona fide admittemus vel recipiemus in posterum pro episcopo vel proviso, vel electo et confirmato dictae nostrae ecclesiae Spirensis, nisi omnia et singula praemissa approbet et ratificet, ac juret et caveat et promittat, literas suas sigillatas desuper tradendo, eo inviolabiliter et firmiter observare. In quorum testimonium sigillum dictae nostrae ecclesiae praesentibus etiam duximus appendendum. Nos quoque Conradus de Kirkel, cantor, et Johannes de Treviris, canonicus dictae Spirensis ecclesiae, ac Conradus, pincerna de Erpach miles, recognoscimus, quod ad rogatus praefati domini nostri Baldwini, archiepiscopi Trevirensis, nos intromisimus de conservatione et detentione castrorum, fortalitiorum, oppido-

rum et munitionum praedictorum ipsius Spirensis ecclesiae, per nos una cum dicto domino Gerhardo, ut praemittitur, tenendarum et conservandarum, et etiam sine ipso, sede vacante et casu negligentiae, ut supra similiter praefertur, quodque promisimus dicto domino Baldwino ac juravimus praestitis a nobis corporaliter juramentis, ac etiam promittimus bona fide in hiis scriptis, quod omnia et singula praemissa, prout nobis incumbunt et prout de nobis supra scripta sunt, observabimus et adimplebimus ac ea studebimus firmiter observare, dolo et fraude quibuslibet procul motis. In quorum testimonium sigilla nostra praesentibus similiter sunt appensa. Et nos Ulricus de Wirtemberg, praepositus ecclesiae sancti Guidonis Spirensis, Engelhardus, pincerna de Erpach, Gotfridus de Randeck et Eberhardus de Randeck, canonici dictae ecclesiae Spirensis, ac strenui viri, Dyetherus de Kirrwilre, Heilmannus dictus Snytlauch, Heinricus de Bolsenheim, Conradus de Altdorf, Wernherus dictus Snytlauch, Johannes dictus Kuchenmeister, Gerhardus de Talheim dictus de Blankenstein et Heinricus de Eremberg, milites, Johannes de Vennyngen, Jacobus de Altdorf, Heintzo natus Rudolfi dicti Boppelmann, Fridericus de Sahsenheim, Eberhardus de Kirchhusen et Albertus de Eremberg, armigeri, Anshelmus, quondam scultetus in Bruchsella, et Wernherus dictus Lange, oppidani ibidem, Merkelinus, scultetus in Luterburg, et Conradus dictus Rotenvels, oppidanus ibidem, Albertus dictus Snyder et Wolframus dictus Wolf, oppidani in Weibstat, recognoscimus nos ad praesentes et rogatus praefati domini Gerhardi, electi et confirmati dictae Spirensis ecclesiae, pro ipso erga praedictum dominum Baldwinum super omnibus et singulis praemissis per dictum dominum Gerhardum firmiter observandis et implendis fidejussorie et in solidum obligasse ac nos fidejussores in solidum esse, ut praefertur, quodque promisimus et juravimus praestitis corporalibus juramentis, ac promittimus etiam praesentibus bona fide omnia et singula, quae de nobis superius scripta sunt, et in quantum nos tangunt et nobis incumbunt, firma inviolabiliter observare, propter quae sigilla nostra praesentibus etiam sunt appensa. Et nos sculteti, scabini ac universitates dictorum oppidorum videlicet in Bruchsella, Weibstat et Luterburg recognoscimus sigilla eorundem oppidorum ad petitionem et mandatum praefati domini nostri Gerhardi, electi et confirmati dictae ecclesiae Spirensis, in praemissorum et

singulorum omnium testimonium praesentibus literis esse apposita et appensa. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo, feria quinta ante dominicam Palmarum.

---

2. *Gerhard bischof zu Speyer löset die Rietburg und versetzet dagegen an Eberhard von Kageneck den bienwald.* 1344 *märz* 19.

Nos Gerhardus Dei gratia electus et confirmatus episcopus Spirensis. Sollicita cogitatione pensantes, recuperationem castri episcopalis Rietberg nostrae dioecesis cum pertinentiis et juribus suis, unius de potioribus munitionibus ecclesiae nostrae Spirensis ex alienatione diuturna ab episcopatu nostro hactenus abdicati, permaxime fore utilem et necessariam, tractatu et deliberatione solerti super hoc et aliis infrascriptis articulis cum honorabilibus dominis, in Christo nobis dilectis, decano et capitulo ipsius ecclesiae nostrae, ab hoc capitulariter congregatis, praehabitis, cum ultra eam pecuniam, quam de nostra industria et labore pro dicta recuperatione conquisivimus, pecunia precii infrascripti nobis deesset, nec de ea conquirenda aliqua bona mobilia distrahenda nobis suppetentur, attenta in hiis dictae ecclesiae nostrae evidenti utilitate et ne castrum ipsum, quod verisimiliter formidamus, in posterum de manibus illorum, qui nunc illud possident, non sine gravi episcopatus periculo et sumptu possit eripi, de consilio et assensu unanimi praedictorum decani et capituli, pro nobis et successoribus nostris in dicto episcopatu vendidimus, tradidimus et resignavimus, vendimus, tradimus et resignamus redditus perpetuos, revendibiles tamen, ut subscribitur, centum et viginti quinque florenorum auri de Florentia bonorum legalium et dativorum ad morem et usum civitatis Spirensis super silva nostra et episcopatus nostri dicta der binwald apud oppidum nostrum Luterburg sita, cum omnibus pertinentiis, juribus et obventionibus suis strenuo viro Erhardo de Kagenecke, militi Argentinensi, ementi sibi et suis heredibus eosdem redditus, Nicolao de Kagenecke, praeposito sancti Petri Argentinensis et canonico dictae Spirensis ecclesiarum, fratre ipsius militis, vice et nomine ejusdem praesente et hunc venditionis contractum pro eo recipiente, atque haec et alia ipsius fratris sui subscripta nomine sollempniter stipulante, pro precio mille et quingentorum florenorum auri bonorum et, ut praemittitur, dativorum, quod precium confitemur nos recepisse ac nobis mercatum et in usus necessarios et utiles

ecclesiae nostrae esse conversum, solvendos et praesentandos dictos redditus per nos et successores nostros aut advocatum dicti oppidi Luterburg, qui dictae silvae nomine episcopatus nostri praefuerit, praefato militi et heredibus ejus aut nuntiis suis in eodem oppido Luterburg vel in civitate Spirensi, prout ipsi miles vel heredes ejus maluerint, singulis annis in octava beati Andreae apostoli. Ut autem ipsi emptori et suis heredibus de hujusmodi venditionis contractu ac solutione et praesentatione ipsorum reddituum, ut praefertur, efficacius caveatur, dedimus et constituimus fidejussores in solidum strenuos viros, Fridericum de Lutrea, Heinricum de Sleytal milites, Heinricum de Ingenheim, Egnonem de Engassen, Wetzlonem de Berge et Heinricum dictum Hals, armigeros castrenses oppidi nostri Luterburg, nec non Merklinum scultetum, Conradum Rotenfels, Johannem Waltmant, Johannem Hilprant, Heinricum dictum Reyol et Johannem Keskasten, oppidanos dicti oppidi nostri Luterburg, de fidejussorio nomine pro nobis et episcopatu nostro erga dictum praepositum, fratrem emptoris, nomine ejusdem in solidum obligantes, ipsoque praeposito ab eisdem fidejussoribus eodem nomine sollempniter stipulante per juramentum a quolibet eorumdem corporaliter praestitum super eo, quod se dictus emptor vel heredes sui, vel quicunque ab ipsis in hoc tamen habentes in dicto contractu per nos vel successores nostros aut per capitulum ecclesiae nostrae per se vel per alios in dicto contractu ex quacunque causa frustrando, inpugnando aut infrangendo eundem contractum impediri vel quamvis violentiam pati contigerit, hujusmodi impedimentum et violentiam tollere debeant, ac nos et successores nostri debeamus ab illis desistere cum effectu ac ipsos indempnes servare, aut si aliquo anno in solutione et praesentatione dictorum reddituum in modum praedictum faciendis cessatum fuerit, praedicti fidejussores sub debito praedicti ab eis praestiti juramenti se in civitatem Spirensem aut in oppidum Wissenburg, nostrae dioecesis, prout alteriter locus ex parte dicti emptoris vel heredum suorum eis vel alicui ipsorum fidejussorum designatus fuerit, infra octo dies postquam super perdictum emptorem vel heredes suos aut nuntios vel literas ipsorum ore ad os, vel ad eorum hospitia, in quibus tunc habitant et habitare solent, aut in ecclesiis, infra quarum parochias morantur vel domicilium obtinent, publice moniti fuerint, se in obstagium praesenta-

Wir Ruprecht von Gots gnaden Romischer kunig, zu allen zyten merer des riches, bekennen vnd tun kunt offenbare mit diesem briefe. Als der erwirdige Raban, bischoff zu Spire, vnser lieber furste, cantzler vnd getruwer, von den armen luten gemeinlich in sinem bistum vnd lande gesessen, eine grosse sture vfheben vnd innemen wirdet, des haben wir ime gegonnet vnd erleubet, gunnen vnd erleuben yme in crafft diess briefes, daz er von allen vnd iglichen vnsern eigen armen luten, oder kunigsluten vnd suste andern, die vns von schirmes wegen zu versprechen oder zu verentworten steent vnd hynder yme in sinen herrschaffte, vogthien, gerichte, dorffern oder lande oder sust in dorffern, die er ynne schirmes wise innhatt, gesessen sin, auch soliche sture vfheben vnd innemmen mag gliche als von andern sinen eigen armen luten. Vnd gebieten darumbe Reinharten von Sickingen zu Heidelberg vnd Henne Norrberg zu Germersheim, vnsern vogten vnd allen andern vnsern amptluten vnd den vnsern, daz sie den obgenannten vnsern canzler den hischoff zu Spire vnd die sinen an vfhebunge derselben sture vnd an dieser vnser erlaubunge vngehindert vnd vngeirret verliben lassen vnd darwidder nit sin sollen in deheyne wise, sunder sie getruwelich darzu fordern vnd yen beholfen sin, wo yen daz dan noit gescheen wirdet. Vrkunde diss briefs versiegelt mit vnserm kuniglichen, anhangendem ingesiegel. Datum Heidelberg ipso die beati Aegidii abbatis anno Domini millesimo quadringentesimo quinto, regni vero nostri anno sexto. Ad mandatum domini regis, Johannes Weinheimer.

---

15. *Ruprecht könig, Raban bischof zu Speyer und die übrigen theilhaber von Meisterselden schliessen einen burgfrieden ab.* 1406 *märz* 24.

Wir Ruprecht von Gots gnaden Romischer konig, zu allen zyten merer des richs, als ein pfaltzgrave by Rine vnd herzog in Beiern, wir Rabañ bischoff zu Spire, wir Friederich

herre zu Ochsenstein, ich Hanns von Helmstadt ritter, ich Johannes von Gummersheim edelknecht vnd ich Vye von Kropsperg, Johanns Ostertags von Wienstein selige wittwe, bekennen vnd verjehen vns mit einander offentlichen mit diesem briefe vnd tun kund allen den, die ihn vmmer sehent oder horent lesen, daz wir alle miteinander einen vesten, getruwen vnd steten burgfrieden halten sollen vnd wollen in der burge zu Meisterselden vnd vsswendig der burg, alz verre der burgfriede derselben burge begriffen ist. Zum ersten sol der burgfriede gen von der burge zu Meisterselden an dem wege, vff der apptesecken dem pfade abe biss vf den walt vnder Ramberg vnd die Nebigers bach vff bis zu der brucken vnd von der brucken biss zu Nebigers bronnen den grunt vff biss hinten vff die steige vnd von der steigen den grunt yn biss zu Widen bronnen, von Widen bronne biss zu Eschbronnen, von Eschbronnen den weg vss biss zu der furte, von der furte den weg hinvff biss zu Steigebronnen, den weg fur sich vff biss wider vff die Apptesecke. Vnd vnser deheiner sol an des andern vnder vns lip noch gute in der obgesagten vestin Meisterselden vnd dem burgfrieden, als er davor begriffen ist, weder darin noch darvss ane geverde mit griffen noch beschedigen in deheine wise ane alle geverde. Werez auch, daz deheiner den andern erschluge in dem burgfrieden, da Got vor sy, wer der were, den sol man halten vff rechte ane geverde. Vnsser deheiner sol auch des andern lute vnd gute in der vorgenannt burg vnd burgfrieden triben noch furen; werez aber, daz ez beschee vngeverlich, daz sol zu hant, so es gevordert wird mit botten oder mit briefen vnverzogentlichen gekert werden in den nehsten vier wochen nach der geschicht. Vnser deheiner sol auch des andern fynde in die vorgenannte burg vnd burgfrieden nit furen; werez aber, daz ez geschee vngeverlich, so sol der vnder vns, der sie darin gefurt hatte, dieselben die burg vnd burgfrieden tun rumen vnd wider daruss furen vnd wann sie also gerumen, so sollen sie ir lip vnd gute den tag vnd die nacht frieden han, vnd sie sollent auch den selben tag vnd nacht keinen schaden tun ane geverde. Welcher auch vnder vns obgenannt yeman enthalten will in der obgenannten burg Meisterselden, der sol zu enthalt gelte geben, mit namen, ein furste oder ein riche stat viertzig guldin vnd vier armbruste, ein grave oder ein herre zwantzig guldin vnd zwei armbruste, ein ritter zehen

guldin vnd ein armbruste, ein knecht sechs guldin. Vnd diess gelte sol gefallen zu dem gemeinen buwe der obgenannten veste Meisterselden vnd die armbruste zu der gemeinen weer daselbs. Welcher auch vnder vnss obgenannt einen enthalten wil vff der vorgenannten vesten Meistersel, der sol ez zu stunt verkunden den gemeinen portenner vnd thornknechten, vnd welcher vnder vns der erste enthalter ist, des entheltnisse sol vor geen, die wile der krieg weret ane geverde. Auch ist beretd, wann vnsser eyner von todes wegen abget, daz Got lange wende, desselben erben oder nachkommen sollent diesen burgfrieden auch sweren zu halten in aller der masse altz hie vor vnd nach geschriben stet, vnd zu hant so sich der erbe oder der nachkommen darzu erbudet den burgfrieden zu sweren, altz er begriffen ist. Den nit sollen die andern vnder vns von ym nemen vnd in zu stunt in sinen teil der obgenannten vesten kommen lassen ane alle widderrede vnd hindernisse, vnd sollent ym auch von darumben verbunden sin nach vsswisunge des burgfriede. Werez auch, daz vnsser deheiner vnder vns sinen teil an der obgenannten burg Meisterselden versetzen wollte, wer dan dasselbe teile verpfendet, derselbe sol auch diesen burgfrieden sweren zu halten, alz er begriffen ist. Vnd die andern vnder vns sollen auch desselben verpfenders eid von im nemen vnd sollen yn dan zu stunt an den teil, den er also verpfendet, in der obgenannt vesten Meisterselden komen lassen vnd den burgfrieden auch mit im halten ane alle widerrede. Werez auch, daz die obgenannte veste Meisterselden besessen oder benotiget werde, so sollen wir konig Ruprecht obgenannt oder vnssere erben pfaltzgraven by Rine vnd wir Raban bischoff zu Spire oder vnssere nachkommen, vnsser jeglicher vier edelknechte gewapent vnd darnach vnsser ander yeglicher zwene edelknechte gewapent in die vorgenannte veste Meisterselden schicken die burg zu wenden, als lange sie benotiget vnd besessen ist, vnd sollent daz auch tun alz dicke datz not geschiht ane alle geverde. Auch sollent wir die obgenannte konig Ruprecht, Raban bischoff zu Spire, Friederich herre zu Ochsenstein, Hans von Helmstatd ritter, Johannes von Gummersheim edelknecht vnd Vye von Kropsperg, Johanns Ostertags selige wittwe, die vnssern vnd wer von vnssern wegen in die obgenannte veste kommt darzu halten, daz sie denselben burgfrieden halten, als hievor vnd

nachgeschriben stet vnd begriffen ist ane alle geverde. Vnd werez, daz er vberfuren vnd gekrenket wurde von vnssern dienern oder den vnssern, die sollen wir darzu halten, daz sie den burgfrieden besseren vnd keren, wie dicke daz not geschiht, daz es dem vorgenannten vnsserm gemeiner, an dem er vberfaren were, gevellig vnd genuglich sy. Werez auch, daz vnssere arme lute zu Modenbach gesessen zweyunge mit einander genommen, daz sollent sie mit einander zu Modenbach an dem gerichte vsstragen vnd sol daz den burgfrieden nit ruren ane geverde. Vnd wir die obgenannte konig Ruprecht, Raban bischoff zu Spire, Friederich herre zu Ochsenstein, Hanns von Helmstat ritter, Johann von Gummersheim edelknecht vnd Vye von Kropsberg, wittwe, verziehen vns mit diesem briefe, daz wir diesen obgenannten burgfrieden mit allen sinen puncten vnd artikeln gelobt hant. Wir konig Ruprecht by vnssern guten truwen, wir Raban bischoff zu Spire by vnssern furstlichen truwen vnd eren, wir Friederich herre zu Ochsenstein, ich Hanns von Helmstat ritter, ich Johanns von Gummersheim vnd ich Vye von Kropsberg wittwe, mit vffgehaben handen vnd geberten, worten liplichen zu den heiligen gesworen han, getruwelich zu halten ane alle geverde. Vnd werez, daz wir den burgfrieden brechen vnd vberfuren, da Got vor sy, so sollen wir truwelos, erlos vnd meyneidig sin. Vnd zu eim waren vrkunde hat vnsser yeglicher sin eigin ingesiegel an diesen brieff tun hencken zu gezugnisse vnd vns zu vbersagen aller vorgeschrieben dinge. Geben do man zalte nach Christi geburte viertzehen hundert vnd sechs jare vff den mittwochen nach dem sontag mitvasten, als man singet in der heiligen kirchen Laetare Jerusalem zu latin.

---

16. *Ruprecht könig urkundet über den waldstreit der Hambacher und Lachener.* 1406 *juli* 16.

Wir Rupprecht von Gotts genaden Romischer konig, zu allen zyten merer des richs, bekennen vnd tun kund offenbar mit diesem brieff. Als schultheissen vnd gemeynde der zweyer dorffer Hambach vnd Lachen spenne vnd zweiunge mit ein gehabt hant, als von der welde wegen in Hambacher marckte gelegen, darumb Hanss von Hirschorn, Rudolff von Zeissinkeim vnd Schwartz Reinhardt von Sickingen ritter, die wir vnd auch der erwirdige Raffan bischoff zu Spire,

vnsser cantzler vnd lieber getruwer darzu geben haben, sie von beiden syten gerichtet vnd gesetzt habent, wie sie es gein einander halten sollen, als das die briffe vsswissent, die daruber gemacht seient. Vnd als sie aber darnach spennyg mit einander geworden sint von brennholzes wegen in denselben welden zu hauwen also, so die von Hambach ein stucke derselben welde verbannt hetten, das nymant holtz ine demselben gebannten stucke hauwen solte, vnd wer dass vberfure, der solte die einung verprochen haben, die dann daruber gesetzt vnd gemacht were, vnd die von Lachen dennoch in demselben gebannten stucke walds brennholtz gehauwen hant, vnd doch die einung, so sie darumb gepfandt sind worden, nit geben wolten, darumb das sie meinten, die von Hambach hetten inen sollich verbannen nit verkundet vnd vmb das nun die gemeinden der vorgenannten zweyer dorffere fur basser desto bass in friden vnd frundschafft gein einander verbliben mogen, so haben die vorgenanden drey mit vnserm vnd auch des vorgenanden vnssers cantzlers wissen vnd willen sie beiderseite vmb den spann brantholtz zu hauwe vnd auch den weidegang der almende zu Lachen also gesatzt vnd entschieden, als hernach geschriben stet. Wann die gemeinde zu Hambach ein stuck der ehegenanden welde, an welichem ende das ist, bannen, das niemand darin holtze hauwen solle, so sollen die von Hambach iren budel oder geschwornen knechte zu dem schultheissen zu Lachen schicken, der im sagen soll, das die von Hambach dasselbe stuck holtz gebannet haben, vnd solle ime dasselb stuck holtzes mit namen nennen vnd der schultheiss soll es dan furbasser der gemeinde des dorffs Lachen verkunden, das sie ine demselben verbannden stucke dieselbig zyt kein holtze hauwen sollen. Vnd so der gebuttel der gemeinde von Hambach, oder ire geschworener knecht, das dem schultheissen zu Lachen, oder dem dorffmeister daselbsten, obe der schultheiss vff die zyte nit deheime were, verkundet hat, dem man auch darumb glauben soll, welicher von Lachen dan furbasser in demselben verbannden stucke begriffen vnd geruget wirdet, holtz zu hauwen, der soll die einung verfallen sin vnd verprochen haben, die dann biss vff diss zeyte datum diss briffs daruber gesetzt vnd gewonlich gewessen ist zu geben ane geverde. Vnd als lang dasselbe stucke holtzes den von Hambach gebannt ist, als lange sol es den von Lachen auch gebannen

sin. Desgelichen habent sie auch den von Lachen gesatzet vnd entscheiden, wann sie ein stucke irer almende vnd weyden bannent, das man darin nit fahren soll, so sollen sie iren butel oder geschworenen knecht zu dem schultheissen von Hambach schicken, der im sagen soll, das die von Lachen dasselb stucke gebannet haben vnd soll ime dasselb stucke, das sie gebannet haben, auch benennen vnd der schultheiss von Hambach soll das der gemeinde zu Hambach furbasser verkunden, das sie in desselb gebannten stucke die selb zyt nit fahren sollen vnd so der butel oder geschworene knecht das dem schultheissen zu Hambach oder aber dem dorffmeister dasselbs, ob der schultheiss vff die zyt nit daheim were, verkundet het, dem man auch darumb glauben soll, welicher dann von Hambach furbasser in demselben verbannten stucke weiden vnd almende begriffen vnd gerugt wirt, der soll die einung verfallen sin vnd verbrochen haben, die dann darauff gesatzet vnd biss vff disse zyt datum diss brieffs gewonlich ist gewesen zu geben ane geverde. Vnd als lange dasselbig stucke almende vnd weiden den von Lachen gebannet ist, als lange solle ess den von Hambach auch gebannen sin. Auch hant die vorgenannten drey entschiden vnd gesetzet, das die erste ire satzunge vnd entscheidung in allen andern puncten vnd artikeln, als die dann begriffen vnd beschrieben seint, gentzlich von beden syten sollen gehalten werden ane alle argeliste vnd geverde. Vnd des zu vrkunde vnd vester stedigkeit haben wir kunig Ruprecht vorgenannt vnsserer Pfalz insigel vnd vnser erben Pfaltz graven by Rine vnd auch schultheissen vnd gemeinde gemeinlichen vnssers dorffs Lachen an dissen brieff tun hencken. Der geben ist zu Heidelberg da man zalt nach Christi geburte virzehen hundert vnd sechs jare am frydage nach sant Margreden tag, vnsers richs ime sechsten jare.

---

16. *Das domcapitel zu Speyer schätzet die erträgnisse der niederen pfründen der dortigen cathedrale.* 1406 *aug.* 16.

Nos decanus totumque capitulum ecclesiae Spirensis, universis et singulis praesentes inspecturis aeternam in Domino salutem cum notitia subscriptorum. Quoniam supervenientibus novis causis, novis est remediis succurrendum et nonnunquam secundum temporum varietatem ecclesiarumque utilitatem statuta et ordinationes earundem, praecipue cum exinde divinus

cultus amplietur et malitiis perversorum obvietur, convenit variare. Cum itaque pridem ex rationabilibus causis nos ad hoc moventibus de expresso et libero consensu omnium nostrum et aliorum, quorum intererat et interesse in hac parte credebatur, concorditer et unanimiter, nemine ex nobis discrepante, disposuerimus et ordinaverimus ac disponendo et ordinando statuerimus, quod fructus, redditus et proventus grossi tantum, in quibuscunque consisterent, corporis praebendae cujuslibet vicariorum et beneficiorum ecclesiae nostrae, quocunque modo vacaturorum, excepto duntaxat modo vacationis, quae causa permutationis intra ecclesiam nostram per aliquos simul inibi fieri contingeret, pro medietate per duos annos proximos et immediate sibi succedentes a tempore vacationis computandos tantum ad praesentias seu cottidianas chori nostri distributiones et non ad alium usum in earum augmentum et melioratione cedere deberent et efficaciter obvenire, prout haec et alia in patenti litera, cui et haec nostra litera est transfixa, dignoscuntur plenius contineri. Verumtamen ut cottidiana didicimus experientia, praefati medii fructus biennales secundum nostram ordinationem seu nostrum statutum desuper, ut praefertur, factum per nonnullos quondam in ipsa ecclesia nostra et aliquos adhuc inibi beneficiatos, ipsum nostrum statutum temere transgredientes, ad integrum et cum effectu non sunt persoluti, quia eorum aliqui solutionem eorundem mediorum fructuum biennalium adeo variis suis excusationibus differebant vel quod praeventi morte aut ad tantam inopiam redacti eos solvere nequibant, alii vero beneficia sua ecclesiae nostrae infra dictos duos annos dimittentes se ad loca remota transferebant, quod vix aut nunquam super solutione horum mediorum fructuum per nostros collectores ad hoc deputatos poterant conveniri, propter quod et alias fraudes multas sentientes praesentias seu cottidianas chori nostri distributiones multipliciter esse fraudatas. Timentes quod eas in futurum, nisi in contrarium salubriter provideatur, plus posse defraudari, provida ac matura deliberatione tractatibusque pluribus praehabitis ad occurrendum hiis et aliis periculosis dilationibus et fraudibus, in quantum possibile nobis est, ex certa scientia et de expresso ac libero consensu omnium nostrorum vicariorumque et beneficiatorum dictae nostrae ecclesiae atque aliorum, quorum in hac parte interest, praefatae nostrae ordinationi seu dicto nostro statuto terminum pro solutione

dictorum mediorum fructuum biennalium sub certis poenis ammodo persolvenda duximus apponendum et praefigendum, ut sic deinceps quilibet vicariorum seu beneficiatorum ecclesiae nostrae scire valeat, in quo et infra quem terminum post ipsius praebendae seu vicariae nactam possessionem dictos medios fructus solvere teneatur, si saltem poenas infrascriptas desuper editas voluerit evitare et ut praesentiae chori nostri meliora exinde suscipiant incrementa et ammodo non contingant per quempiam defraudari. Per hoc tamen dictam nostram ordinationem seu dictum nostrum statutum in omnibus aliis suis punctis et articulis minime intendimus tollere, immutare aut variare, sed ipsam seu ipsum una cum isto nostro additamento per nos et quemlibet nostrum nostrosque successores et vicarios et beneficiatos quoscunque tam praesentes quam futuros ecclesiae nostrae inviolabiliter volumus observari, quos etiam ad observationem hujus novae nostrae ordinationis seu nostri novi statuti una nobiscum perpetuis temporibus volumus obligare et obligamus per praesentes. Facimus igitur et ordinamus ac faciendo et ordinando statuimus per haec praesentes, quod quilibet vicariorum et beneficiatorum de novo futuris temporibus ad possessionem praebendae seu vicariae suae in ecclesia nostra praefata assumendus, antequam assumatur et installetur, omnino jurare tactis sacris evangeliis teneatur per se vel alium habentem ad hoc speciale mandatum, quod dictos medios fructus duorum annorum praebendae seu vicariae suae secundum ipsius taxationem in hac nostra nova ordinatione inferius descriptam, videlicet medietatem infra viginti octo dies a die suae admissionis et installationis inclusive computandos ad instar canonicorum, sexpraebendariorum atque semipraebendariorum ecclesiae nostrae provisoribus praesentiarum, qui pro tempore fuerint, uno contextu realiter et cum effectu tradat et persolvat, reliquam vero medietatem anno revoluto a die installationis infra viginti octo dies iterum provisoribus persolvat cum effectu, alioquin tam corpore praebendae seu vicariae suae, quam praesentiis chori nostri eodem anno, quo non satisfecerit, careat ex toto nullam spem super restitutione earundem habiturus, quodque elapso dicto termino viginti octo dierum ad claustrum, etiam non ammonitus, nec requisitus sine mora se praesentet, inde non exiturus, nec praebendam seu vicariam suam quovis quaesito colore resignaturus aut dimissurus, donec de eisdem mediis

fructibus biennalibus satisfecerit integraliter et cum effectu, quod si secus fecerit, ipsum notae perpetuae infamiae volumus subjacere. Taxatio vero omnium et singularum vicariarum seu praebendarum ecclesiae nostrae sub modo subscripto dignoscitur esse facta. Sequuntur primo praebendae in choro domini praepositi. Primo praebenda Nicolai Sickingen in altari sanctorum Mathaei et Mathiae in cripta taxata est pro viginti florenis. Item praebenda Rudolfi de Bruchsella in altari sancti Joannis evangelistae et in choro sancti Joannis pro quadraginta florenis. Item praebenda Nicolai Liepger Martinensis pro triginta duobus florenis. Item praebenda Erhardi Geisshorn Martinensis pro triginta duobus florenis. Item praebenda magistri Tielemanni de Cassel Laurentiani pro quadraginta florenis. Item praebenda Heinrici Otterbach in altari sancti Blasii in choro beatae Katharinae virginis pro quatuordecim florenis. Item praebenda Joannis de Bruchsella in altari beatorum Philippi et Jacobi in cripta pro quindecim florenis. Item praebenda Joannis Mosebach in altari beatae Katharinae virginis pro viginti quinque florenis. Item praebenda Heinrici Glymonis in altari decem millium martyrum pro octo florenis. Item praebenda Guntheri Reynhardi in altari sancti Petri in cripta pro viginti quînque florenis. Item praebenda Joannis Blickeri in altari beatorum Mathiae et Mathaei in cripta pro viginti florenis. Item praebenda Joannis Hagedorn in altari beatae Katharinae virginis pro viginti florenis. Item praebenda Einhardi Reyt in altari sancti Petri in cripta pro decem florenis. Item praebenda Heinrici Byeberach in altari sanctorum Mathiae et Mathaei in cripta pro sedecim florenis. Item praebenda Joannis Ulini in capella sancti Christophori pro decem florenis. Item praebenda Petri Leymheim in altari sancti Aegidii in cripta pro viginti quatuor florenis. Item praebenda Joannis Swickeri in altari sancti Stephani pro quindecim florenis. Item praebenda Joannis Lustat in capella sancti Pauli pro quatuordecim florenis. Item praebenda Joannis Neckerauwe in altari sancti Joannis evangelistae pro quindecim florenis. Item praebenda Nicolai Walbrunnen in altari beatae Annae in gradibus pro quinquaginta quatuor florenis. Item praebenda Merckelini Hefftel in capella sancti Michaelis in palatio episcopi pro quinque florenis. Item praebenda Joannis Kaltysen in altari beatae Agnetis virginis pro decem et octo florenis. Item praebenda Hugonis

Fiess in summo altari pro viginti duobus florenis. Item praebenda Heinrici Steinhuser in altari decem millium martyrum pro sex florenis. Item praebenda Heinrici Wisse in altari sancti Jodoci in capella sancti Martini pro decem florenis. Item praebenda Heinrici Wiesensteige in altari beatorum Simonis et Judae in cripta pro octo florenis. Item praebenda Fritzonis Dumnecke in altari sancti Jodoci in capella sancti Martini pro decem et octo florenis. Item praebenda Ulrici Hoselin in altari beatae Annae in gradibus pro decem et octo florenis. Item praebenda Michaelis de Lustat in altari sancti Gregorii pro viginti quinque florenis. Item praebenda Heinrici Durlach in altari sancti Cyriaci pro triginta quatuor florenis. Item praebenda plebani sanctae crucis pro quadraginta florenis. Item praebenda Joannis Dielonis de Crutzenacho quartarii pro viginti sex florenis. Item praebenda Tielmanni Gudensperg quartarii pro viginti sex florenis. Sequuntur praebendae in choro domini decani. Primo praebenda Joannis Boching in altari beati Bartholomaei in cripta taxata est pro quadraginta duobus florenis. Item praebenda Berlini Gauwer in altari sancti Andreae in cripta pro sedecim florenis. Item praebenda Alberti de Portzheim Martinensis pro triginta duobus florenis. Item praebenda Nicolai Jordani Martinensis pro triginta duobus florenis. Item praebenda Nicolai Schwechenheimer Laurentiani pro quadraginta florenis. Item praebenda Joannis Grossnuss in altari sanctae Afrae pro octo florenis. Item praebenda Heinrici Oleatoris in altari beatorum Simonis et Judae in cripta pro decem et novem florenis. Item praebenda Heinrici Gallander in altari sancti Galli in cripta pro quindecim florenis. Item praebenda Conradi Gauwer in altari sancti Heinrici pro quatuor florenis. Item praebenda Arnoldi Lynden in altari capellae sancti Pauli pro decem et novem florenis. Item praebenda Wilhelmi Weyse in altari sancti Petri in cripta pro viginti quinque florenis. Item praebenda Conradi Kalp in altari sancti Andreae in cripta pro decem et septem florenis. Item praebenda Joannis Duden in altari sancti Andreae in cripta pro decem et septem florenis. Item praebenda Joannis dicti Wyshan in altari sancti Stephani pro octo florenis. Item praebenda Petri Sobernheim in altari sancti Bartholomaei in cripta pro novem florenis. Item praebenda Heinrici Holtzgeringe in altari sancti Aegidii in cripta pro viginti florenis. Item praebenda Joannis Rockenhusen

in altari beati Bartholomaei in cripta pro duodecim florenis. Item praebenda Conradi Heilprunne in altari beatae Barbarae virginis pro quatuordecim florenis. Item praebenda magistri Wernheri de Durlaco in altari beatae Annae in gradibus pro quinquaginta quatuor florenis. Item praebenda Joannis Robin in altari beatae Agnetis virginis pro tribus florenis. Item praebenda Adae Herwici in altari sancti Blasii in choro beatae Katharinae virginis pro novem florenis. Item praebenda Heinrici Edelknecht in summo altari pro tredecim florenis. Item praebenda Conradi Ypocras in altari sancti Jacobi in cripta pro viginti florenis. Item praebenda Stephani de Vineis in altari sancti Heinrici pro octo florenis. Item praebenda Joannis Wolfelini in altari beatae Barbarae pro octo florenis. Item praebenda Joannis Bretheim in altari beatae Agnetis virginis pro novem florenis. Item praebenda Joannis Altspach in altari beatae Annae in gradibus pro decem et octo florenis. Item praebenda Joannis Dorre in altari sancti Jodoci in capella sancti Martini pro tredecim florenis. Item praebenda Thomae Paschatis in altari beatae Mariae Magdalenae pro viginti florenis. Item praebenda Eberhardi de Schriessheim in altari sancti Germani pro quinquaginta quatuor florenis. Item praebenda Joannis Colini in altari sancti Gregorii pro viginti quinque florenis. Item praebenda Heinrici Crone in altari beatae Mariae Magdalenae pro triginta uno florenis. Item praebenda Nicolai Rotmeler in altari beatae Barbarae virginis pro viginti quatuor florenis. Item praebenda Joannis Fritzonis quartarii pro viginti sex florenis. Item praebenda Joannis Grumbach quartarii pro viginti sex florenis. Et ut praemissa rata permaneant et inviolata perpetuo conserventur et ut robur et firmitatem obtineant omnibus modis, forma et conditionibus, quibus ex nunc vel in futurum melius valere poterunt et debebunt, sigillum capituli nostri praesentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo sexto, crastino assumptionis beatae Mariae virginis gloriosae.

---

18. *Raban bischof zu Speyer bestätiget die ächtheit sechs urkunden über das allodialgut Affolterloch bei Waldsee.* 1406.

Rabanus Dei gratia Spirensis episcopus. Sciant cuncti, quod nos literas huic cartae insertas vidimus et inspici fecimus nulla parte suspectas: In nomine sanctę et individuę Trini-

tatis. Ego Conradus Dei dignatione Spirensis ecclesię humilis episcopus, tam pręsentibus quam futuris in perpetuum. Ex officio pastoralis sollicitudinis tenemur regimini et profectui sanctę ecclesię incessanter invigilare et prȩcipue plantandę religioni et religiosis domibus promovendis tota vigilantia nos condecet operam dare. Quod si prȩvia Dei gratia exequi potuerimus, ministerium nostrum honorificare procul dubio dinoscimur. Ut igitur inter currentes comprehendere et bravium accipere mereamur, non solum prȩesse, sed etiam prodesse, quantum possumus in eo, qui nos confortat, desideramus exspectantes inde intercedere, quam verus samaritanus super eroganti reddere professus est. Notum itaque esse volumus tam pręsentium quam omni, quę ventura est generacioni, quod Gevardus venerabilis abbas monasterii, quod vocatur vallis sancti Petri in Stromberch, in Coloniensi dyocesi constituti, cum suis fratribus, nobis mediantibus et bona voluntate cooperantibus, mercatus est allodium cognomento Affolterloch, jacens in territorio nostro, conterminum Spirensi civitati, vendentibus illud eidem abbati sororibus de Frankendal cum omnibus appendiciis, videlicet silvis, pratis, piscacionibus et communione, quę alemede dicitur, et pascuis ultra Renum, quę Colne nominantur. Hunc autem vendicionis contractum consumavit prȩpositus ejusdem loci. Nos autem ad firmitatem hujus facti omnem contradictionis calumpniam de medio tollere cupientes et necessarium ordinem in rei roboracionem servantes conscitis civibus nostris judicio eorum et testimonio tradicionem, quę vulgo Sala dicitur, de manu prędicti prȩpositi per manum nostram in manus abbatis, nulla contradictione obstante, transfudimus. Deinde ne quid de debita sollempnitate deesset et sorores de Frankendal, ad quas dominium allodii pertinuit, ad nostram pręsentiam apud Spiram occurrere non potuerunt cum abbate de Stromberch, misimus Ulricum de Quirinbach, nostrum majoris ecclesię canonicum, ad ipsas sorores in Frankendal, qui audiret et nobis renunciaret de voluntate et consensu ipsarum super vendicione prętaxati allodii. Quę requisitę uno ore, unanimi consensu laudaverunt factum dicentes, quod cum ipsę inevitabili necessitate bona illa vendere cogerentur, gracias Domino agerent, quod ad tam religiosum monasterium titulo empcionis transirent. Venit nichilominus prȩpositus eorum et nobis obtulit literas sigillo ecclesię et abbatis, qui ipsis sororibus prȩfuit, signatas, quę expresserunt

omnimodum consensum omnium personarum in hoc negocio jus habencium. Quod nos intelligentes eundem contractum multis coram positis et audientibus hominibus nostris nobilibus et ministralibus in loco, qui dicitur Heiligenstein, iterato confirmavimus et per Sifridum militem, familiarem nostrum prenomine Hoveth, abbatem et monachos in corporalem possessionem et in locum possessionis nostra auctoritate introduci fecimus et ne quis possessorium temere turbare presumeret, bona illa in tutelam nostram et successorum nostrorum conclusimus. Ad ultimum vero manum consumacionis operi imponere volentes, talem contractum in ecclesia nostra per Ottonem, majorem prepositum nostra auctoritate fretum, coram omni multitudine cleri et plebis rei veritate recitata super facto isto et universitatis testimonio invocato, sub banno confirmari fecimus. Ne igitur hec laudabilis actio ulla vetustatis obliteracione vel hominum maligna presumpcione cassari, infringi vel mutari queat, praesentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione, addito et appenso ecclesie de Frankendal anmuniri fecimus et sub banno omnipotentis Dei et intemerate virginis Marie et apostolorum Petri et nostro fecimus factum roboravimus. Si quis vero suggerente diabolo vel propria fallente iniquitate contra hoc factum venire et sepedictum monasterium de Stromberch inquietare vel ullo modo molestare in predictis bonis temerario ausu presumpserit, nec cito cognoscens culpam suam resipiscat et errorem corrigat, iram supremi judicis inplacabiliter senciat et divine ulcioni, prout meruit, perpetuo subjaceat. Hujus rei testes sunt etc. . . Hec acta et stabilita sunt anno dominice incarnacionis MCCIII. indictione VI. epacta VI. concurrente II. regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium, virtus et potestas per infinita secula seculorum, amen. Ad hec universis in noticiam venire volumus, quod Widegowe miles cum omni posteritate sua renunciavit juri, quod se dicebat habere in predictis bonis in tribus hospiciis per annum et in querendo placito suo, reservato sibi solo censu videlicet octo solidorum. — In nomine sancte et individue Trinitatis. Lupoldus Dei gracia Moguntine sedis electus, Wormaciensis episcopus. Facile a memoria labitur hominum, quod nec scripto, nec subscriptione testium perhennatur et ideo, que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, et poni solent in lingua testium et scripture memoria perpetuari. Noverit igitur tam

prȩsens ętas quam successura posteritas, quod sanctimoniales in Frankendal necessitate cogente ex defectu necessariorum, quę frequenter sustinebant, curiam in Affolterloch cum omni jure et attinenciis monachis de Stromberch de nostro consensu vendiderunt et Wernerus prępositus sanctimonialium in Frankendal eandem curiam et quidquid ad eam pertinet, prȩfatis monachis per manum nostram donavit. Volumus eciam, quod idem monachi et eorum nuncii in episcopatu nostro pacem firmam habeant et in nostro conductu securi incedant. Quicunque enim eos in aliquo molestaverit, nostram indignacionem procul dubio incurret. Ne quis ergo hanc vendicionem sive donacionem juste et racionabiliter in nostra prȩsencia factam in posterum ausu temerario irritare attemptaret, prȩsentem paginam inde conscribi jussimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes etc. Acta sunt hęc anno dominicę incarnacionis MCCIII. indictione VII. — In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Conradus divina miseracione Spirensis ecclesię humilis minister, universis Christi fidelibus tam prȩsentibus quam futuris perpetuam in Domino salutem. Universitati vestrę notum facimus, quod Gewardus olim dictus abbas monasterii vallis sancti Petri in Coloniensi dyocesi constituti cum suis fratribus, nobis mediantibus et bona voluntate cooperantibus, comparavit allodium Affolterloch jacens in territorio nostro juxta Spirensem civitatem, quod allodium de consensu et bona voluntate domini Lupoldi tunc Wormaciensis episcopi vendiderunt jam dicto abbati et fratribus suis prępositus et sorores de Frankendal cum omnibus appendiciis suis, sicut in privilegio nostro de contractu hujus vendicionis et empcionis conscripto plenius continetur. Cum itaque prędicti abbas et fratres vallis sancti Petri prętaxatum allodium aliquanto tempore in sua possessione omni eo jure et integritate, sicut prȩnotatum cȩnobium de Frankendal eis tradiderat, tenuissent, postmodum placuit eis, quod idem allodium de Affolterloch vendere decreverint, quod allodium dilecti nostri abbas et fratres de Hemmenrode nobis cooperantibus titulo empcionis adepti sunt. Ut autem contractus hujus vendicionis et empcionis robur perpetuę firmitatis obtineat, nec per vicium oblivionis vel malicia cujuslibet malignantis aliquatenus possit infringi, quod firmum debet esse et stabile, hanc cartam fecimus sigilli nostri munimine roborari, annotatis et testibus, quorum nomina sunt hęc. Conradus major prę-

positus etc. Acta sunt hęc anno incarnacionis dominicę MCCXIII. epacta XXVI. concurrente I. indictione I. — C. Dei gracia Spirensis episcopus. Notum sit universis Christi fidelibus, quod Conradus de Anewilre in prȩsencia nostra, quidquid juris vel habuit vel habere videbatur in curia illa Affolterloch, libera voluntate pro remedio animę suę resignavit, ita quod in nativitate sanctę Marię fratres de valle sancti Petri de jure advocacię ei annuatim duas uncias et scolteto Spirensis episcopi quatuor uncias, quod prędictus Conradus omnem pravam illam consuetudinem, quę vulgo dicitur bete, penitus remisit, tam pro se, quam pro suis heredibus. Hujus rei testes sunt etc. Facta sunt hęc anno dominicę incarnacionis MCCIIII. — In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Conradus divina favente clemencia Spirensis episcopus. Cum omne bonum in concione deductum pulchrius elucescat, specialiter tamen ea, quę ecclesiis Dei utilia fore perspiciuntur, per viros ecclesiasticos scriptis autenticis in lucem proponi debent et innovari, ne pravorum hominum malicia ea valeat immutare, quę bene et salubriter fuerunt instituta. Quapropter innotescat universis Christi fidelibus, tam prȩsentibus quam futuris, quod de curte illa Affolterloch officialis noster scoltetus sive alius quicunque, cui hoc faciendum injunximus, nil nisi decem solidos pro jure advocacię debet accipere et de illis decem solidis duę partes nobis cedere debent, tercia pars cedet advocato. Hęc igitur in prȩsenti pagina ideo conscribi fecimus et sigillo nostro insigniri, ne advocati duricia, quę ad depressionem ecclesiarum invalescit, gravioris oneris summam curti illi valeat imponere in posterum. — In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Conradus divina favente clemencia Spirensis episcopus. Quia labilis est hominum memoria et rerum turbę non sufficit, ideo ea quę ad utilitatem ecclesiarum fieri dignoscuntur, scripto roborari expedit, ne mala pravorum suggestione valeant in posterum immutari. Innotescat igitur universis Christi fidelibus, tam prȩsentibus quam futuris, quod Egino et Albertus de Kirwilre et alii fratres eorum tres herbergerias, quas annuatim habebant in curte illa Affolterloch, fratribus de Stromberch in prȩsencia nostra ob salutem animarum suarum remiserint et omnino quidquid juris in curte illa vel habebant vel habere videbantur, exceptis decem solidis, quę eis annuatim de curte illa sunt solvenda. Hujus rei testes sunt Albertus major decanus etc. — Wol-

framus Dei gracia dictus abbas in Wizenburch. Quod inter homines agitur, quam propter mutabilitatem temporum ipsorum, quę traherent mutabilitatem, nisi scripto confirmatum ad noticiam perduci valeat posteritatis, necessarium duximus intimandum tam presentibus quam futuris ad omnium cavillaciones, quod cum Diemarus miles de Lindenburch a nobis teneret feodum in Affolterloch, quod ipsi redderet annuatim decem solidos, placuit eidem ipsum feodum vendere fratribus in Hemmenrode omni jure proprietatis possidendum. Hoc autem factum est nostro consensu et bona voluntate mediante. Nam idem miles predictum feodum in aliis bonis suis, quę habuit in Kuningisbach, digna estimacione nobis recompensavit, per quod ammodo a nobis debet esse infeodatus. Quod autem hęc transactio rata permaneat inconvulsa, presentem inde scedulam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus roborari. Hujus rei testes sunt Ulricus abbas sancti Lamberti etc. Acta sunt hęc anno dominicę incarnacionis MCCXX. indictione VIII. — H. Dei gracia Wormaciensis episcopus. Universis presentem scedulam inspecturis constare cupimus, quod Widegowe miles de Walesheim in manus nostras libre resignavit decem solidos Spirensis monetę, quos a nobis tenebat in feodo, qui inquam denarii eidem singulis annis solvebantur de duabus curiis claustralibus, Nuhenhove videlicet et Affolterloch, nos quoque eosdem decem solidos pro remedio animę nostrę ecclesię in Hemmenrode liberaliter et benigne contulimus perpetuo possidendos. In memoriam hujus facti presens scriptum auctoritate nostri sigilli consignantes. Actum anno Domini MCCXXIX. sexto idus junii — 8. junii — indictione secunda. — In cujus testimonium huic cartae sigillum nostrum duximus appendendum.

---

19. *Raban bischof zu Speyer urkundet über die der domprobstei daselbst einverleibte pfarrei Stundweiler.* 1406.

Rabanus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas subsequentes vidimus et inspici fecimus nulla parte suspectas, hac forma: Petrus praepositus ecclesiae Spirensis, universis Christi fidelibus constare cupimus per praesentes, quod cum vicariae matricis ecclesiae in Stunewilre et capellarum sibi annexarum, scilicet in Keffena et in Hunesbach, olim propter sui mobilitatem eadem ecclesia rectorem sive pastorem habent, eminus sufficientes extitissent

ad subeundum onera episcopalia, archidiaconalia ac jura alia dictae ecclesiae incumbentia, quibus rector ejusdem ecclesiae fuerat oneratus, dictaque ecclesia cum suis filiabus nunc praepositurae nostrae sit unita et ipsius redditus nostrae et successorum nostrorum in dicta praepositura sint mensae deputati et ideo perpetuos vicarios, quibus cura dictae ecclesiae et filiarum suarum committatur in posterum, requirant, quibus onera incumbant et de juribus satisfaciant supradictis. Hinc est, quod assumpto nobis discreto viro, Henrico decano nostro in Sleyltal et aliis pluribus fratribus de capitulo dicti decanatus, providaque cum ipsis deliberatione praehabita, redditus dictarum vicariarum duximus augmentandos, volentes et statuentes ac ordinantes, ut quilibet vicarius perpetuus in Stunewilre, qui pro praebenda sibi deputata hactenus habuit bona ad dotem dictae ecclesiae matricis spectantia cum oblationibus, in posterum habere debeat pro augmento suae praebendae bona dotalia capellae in Boheln, ut deinceps in dicta vicaria secum habeat pro socio idoneum sacerdotem. Item perpetuus vicarius in Keffena, qui pro praebenda sibi deputata hactenus habuit novem modiorum siliginis annuam pensionem cum bonis dotalibus ibidem et oblationibus, deinceps alios novem modios siliginis, quos antiquae praebendae superaddimus, de decima praefatae capellae in Keffena pro augmento suae praebendae percipiat annuatim, ut similiter deinceps in dicta vicaria secum habeat pro socio idoneum sacerdotem. Item perpetuus vicarius in Hunesbach, qui hactenus pro praebenda sibi deputata viginti modiorum siliginis habuit annuam pensionem, in posterum tertiam partem minutae decimae in Hunesbach et dotem ejusdem ecclesiae ibidem et tertiam partem minutae dicimae in Goltzahe inferiori pro augmento suae praebendae percipiat annuatim. Et haec ita disponimus, ordinamus et statuimus a nobis et nostris successoribus perpetuo in posterum observanda. In quorum testimonium sigillum nostrum una cum sigillo praefati Henrici decani in Sleyltal praesentibus est appensum. Actum Spirae anno Domini MCCXCVIII. feria quarta post octavam beati Martini (19. nov.) in synodo generali. — In quorum fidem huic cartae sigillum nostrum duximus appendendum. Anno Domini MCCCCVI.

---

20. *Bernhard von Katzenellenbogen domprobst zu Speyer bestätiget eine zu St. Martin gestiftete altarpfründe.* 1402 *nov.* 3.

In Gots namen, amen. Wir Bernhard von Katzenehlenbogen, domprobst zu Spire. Um das alle ding, die da geschent in der zeit, mit der zeit untergehen unbekannt, es sy dann, das man sie mit einer wiederum lebendigen gezeugnus bewige, darum sollent wissen alle vnd besondere, sonderlich die es angehet oder hernach angehend wird, das die vesten vnd frommen herrn Gerhart vnd Wilhelm von Odenbach, die man nennet von Krobsberg, gebrudere Spirer bisthums, durch lob vnd ere des allmechtigen Gottes, vnsers schöpfers zu erwerbende sine gottliche gnade vnd auch siner lieben mutter Marien vnd der heiligen zehn tusend martyrer vnd darzu vm heils willen irer vnd irer ehefrawen vnd nachkommende vnd aller christen menschen selen, so hant sie eine ewige messe vnd priesterliche pfründe gesetzet vnd gewidmet vnd gemacht in der kirchen des dorffs zu sant Martin by der burge Krobsberg im Spirer bisthum gelegen mit willen vnd verhengnus der erbarn lute, herrn Henrichs von Altdorff genannt von Krobsberg kircheneltesten vnd pastor der ehegenannten kirchen zu sant Martin vnd Cuno von Altdorff, den man nennet von Krobsberg lehenherrn der Aegidien kirchen vnd pastorien vnd hant auch die egenannt gebrüder die vorgenannt ewige messe vnd pfrunde mit hernachgeschrieben zinsen, gulten vnd gutern bewidmet vnd mit einer rechten giffte ewiglichen vnd mit rechten gewissen durch Got mit vollkommner gabe vnder den lebendigen ewiglichen gegeben vnd geben vnd machen auch mit vollkommenen rechten, also das allermenniglich widerrede darwider nicht daugen vnd obsin sollen. Zum ersten so hant die obgenannte herrn Gerhart vnd Wilhelm vor sich vnd ihre erben vnd nachkommen zu den ewiglichen messen vnd pfrunde zu dotirung ewiglichen und eigentlichen gegeben einen priesterlichen sizse mit namen ein huss, hof, hofreide vnd garten. Item zwen morgen wingert in der huben vnd ein morgen wiesen wieder an der huben an der viehgassen, die sint eigen. Item zwen pfund ewigen heller gelts etc. Auch sol ein iglicher priester, dem die obgemelte pfrunde vnd Gots gaben gelihen wird, vorehe er darin gesetzet werde, ein instrument von einem offenen schreiben veber sich geben, damit zu geloben alles das zu tuende vnd zu halten als hievor vnd nachgeschrieben steet. Als nun alle

vorgeschrieben dinge gescheen sint, so hande vns die vorgemelte herrn Gerhart vnd Wilhelm gebeten, das wir die vorgemelte ordination, wyhunge vnd stifftunge der ebegenannte pfrunde loben, bewehren vnd bestetigen wollen, so seynt wir auch begehrende, das gottlicher dienst by vnser zyten gemehret werde vnd haben ein guten raten funden, wann dieselbe pfrunde recht vnd redlich vffgesetzet gewidmet vnd gestifftet ist. Herum so geben vnd legen wir vnsere gunst inen beyde zu vnd loben, bewehren vnd bestetigen dieselbe pfrunde in alle form vnd maas, als vorgeschrieben ist, im namen Gottes offentlich mit der geschrifft. Vnd des zu vrkunde so han wir vnser insiegel darin hencken an diesen brieff vnd ich Gerhart vnd Wilhelm gebrudere von Odenbach, die man nennt von Krobsberg, bekennen vor vns, vnsern erben vnd nachkommende, das diese vorgeschrieben gifft, stuck, punkte vnd artikul samentlichen vnd iglichen besonder, als vorbenamst mit vnserm guten willen, wissen gescheen vnd wir geloben auch mit guten eren vnd rechter wahrheit vor vns, vnsere erben vnd nachkommen alle vorgeschrieben stuck, punkt vnd artikul samentlichen vnd iglichen besonder stete, veste vnd vnverbruchlich zu halten vnd dawider ewiglichen nit zu tun, noch geschaffen getan werde in deheime wise ane alle geverde. Vnd des zu vrkunde, so hat vnser iglicher sine ingesiegel an diesen brieff gehenckt vns vnd vnser erben vnd nachkommen zu besagende aller vorgeschrieben dinge vesthaltung. Vnd ward dieser brief geben vff den nechsten fritag nach aller heiligen tag des jars da man zalt nach Christus geburte vierzehen hundert vnd zwen jar.

---

21. *Raban bischof zu Speyer vergiebt die dortige domsängerei dem domcapitulare Conrad von Hirschhorn. Speyer*, 1403 *feb.* 11.

Rabanus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis, honorando in Christo nobis dilecto Conrado de Hirtzhorn, canonico ecclesiae nostrae Spirensis, aeternam in Domino salutem. Laudabilia et multiplicia probitatis et virtutum tuarum merita, quibus te novimus experientia docente commendabiliter insignitum, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque officium cantoriae dictae ecclesiae nostrae nuper ex eo vacare coepit et vacet ad

praesens, quod honorabilis etiam in Christo nobis dilectus Gerhardus de Erenberg senior tunc ipsam cantoriam obtinens ad praeposituram ejusdem ecclesiae tunc vacantem canonice electus et per nos rite confirmatus, nec non possessionem ipsius quietam nactus existit et ob hoc ipsam cantoriam ad manus nostras libere dimisit, cujus quidem officii collatio seu quaevis alia dispositio ad nos pertinere dinoscuntur, nos praemissorum meritorum tuorum intuitu, idem officium cantoriae praescriptum praemisso vel alio quocunque modo vacans tibi duximus conferendum et cum omnibus juribus et pertinentiis suis conferimus in hiis scriptis, te nichilominus per birreti impositionem investientes de eisdem. Quocirca venerandis viris, in Christo nobis etiam dilectis, decano et capitulo dictae ecclesiae nostrae Spirensis, nec non universis et singulis aliis, quorum interest vel intererit, communiter et divisim tenore praesentium distincte praecipiendo mandamus, quatinus te ad dictum officium cantoriae et ejus ac omnium jurium et pertinentiarum ipsius possessionem quiete recipiant et admittant, tibi de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis, in quantum ad eos et eorum quemlibet pertinet, respondeant et faciant ab aliis responderi. In quorum testimonium praesentes literas fieri et per notarium publicum infrascriptum (Joannem Reusch) in publicam formam redigi mandavimus nostrique sigilli appensione jussimus communiri. Datum et actum in atrio palatii seu aulae nostrae episcopalis Spirensis sub anno Domini millesimo quadringentesimo tertio, indictione XI. pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Bonifacii, divina providentia papae noni, anno suo quarto decimo, die undecima mensis februarii, hora nonarum vel quasi, praesentibus venerandis et honestis viris dominis, magistro Reinboldo Vener de Gamundia advocato curiarum ecclesiasticarum Argentinensium et Henrico Eberlin, canonico ecclesiae sancti Germani extra muros Spirenses, testibus ad praemissa vocatis pariter et rogatis.

---

22. *Raban bischof zu Speyer vergiebt das amt des schatzverwahrers an der dortigen cathedrale dem domcapitulare Eglof von Knöringen. Speyer,* 1403 *feb.* 11.

Rabanus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis, honorando in Christo nobis dilecto Egloffo de Knoringen,

canonico ecclesiae nostrae Spirensis, licenciato in decretis, aeternam in Domino salutem. Literarum scientia ac probitatis et virtutum tuarum merita per fidelem et diuturnum famulatum a te nobis impensum nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque officium thesaurariae ecclesiae nostrae ex eo nunc vacare coepit et vacet, quod honorabilis etiam in Christo nobis dilectus Conradus de Hirtzhorn, canonicus praebendatus praedictae ecclesiae nostrae, tunc ipsum officium thesaurariae obtinens, officium cantoriae ejusdem ecclesiae nostrae sibi per nos collatum et ejus possessionem quietam nactus existit et ob hoc ipsum officium thesaurariae ad manus nostras libre dimisit, cujus quidem officii dum vacat collatio seu quaevis alia dispositio ad nos pertinere dignoscitur, nos praemissorum meritorum tuorum intuitu idem offiicium thesaurariae praescriptum praemisso vel alio quocunque modo vacans tibi duximus conferendum et cum omnibus juribus et pertinentiis suis conferimus in hiis scriptis, te nichilominus per birreti impositionem investientes de eisdem. Quocirca venerandis viris, in Christo nobis dilectis, decano et capitulo dictae ecclesiae nostrae Spirensis, nec non universis et singulis aliis, quorum interest vel intererit, communiter et divisim tenore praesentium districte praecipiendo mandamus, quatenus te ad dictum officium thesaurariae et ejus ac omnium jurium et pertinentiarum ipsius possessionem quiete recipiant et admittant, tibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis, in quantum ad eos et eorum quemlibet pertinet, respondeant et faciant ab aliis responderi. In quorum testimonium praesentes literas fieri et per notarium publicum infrascriptum (Joannem Reusch) in publicam formam redigi mandavimus nostrique sigilli appensione jussimus communiri. Datum et actum in atrio palatii seu aulae episcopalis nostrae Spirensis sub anno Domini millesimo quadringentesimo tertio, indictione XI. pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii, divina providentia papae noni, anno decimo quarto, die undecima mensis februarii, hora vesperarum vel quasi, praesentibus ibidem honorabilibus et probatis viris, magistro Reinboldo Vener de Gamundia advocato curiarum ecclesiasticarum Argentinensium, Henrico Eberlin canonico et Henrico de Durlach vicario ecclesiae sancti Germani extra muros Spirenses, testibus ad praemissa vocatis pariter et rogatis.

23. *Raban bischof zu Speyer vergiebt das amt des kämmerers an der dortigen cathedrale dem domcapitulare Eglof von Knöringen. Speyer,* 1403 *feb.* 11.

oder sunderlich, gnade, friheit, privilegia, hantfesten oder briefe gegeben hetten oder hernach geben wurden, oder yeman eyner oder mee, wer der, oder die weren, oder nemlich die obgenannte burgermeister, rate oder burger der stadt zu Spier gemeinlich oder sunderlich deheinerlei statut, ordnunge, gesetzde, gewonheit, herkommen, gebruche, nyess, habunge, gewere, besesse oder andere sachen oder handelungen, nuwe oder alte getan, gemacht, herbracht oder inhettent, die dem obgenannten bischoff Raban, sinen nachkommen bischofen oder sinem stiefft zu Spier, den prelaten, stifften, clorstern oder der pfaffheit in der stadt vnd bischtum zu Spier obgenannt an diesen egenannten dingen allen, an yr yglichen besunder oder an deheynen anderm iren rechten, friheiten, gnaden, herkommen oder angehorden schaden, intrag oder hindernisse bracht hetten oder hienfur bringen, oder sie swechen oder krencken mochten in welichen weg, wie, woher oder durch wene das were, meynen, wollen vnd setzen wir von Romischer kuniglicher mechte vollkommenheit, daz dieselben friheite, gnade, privilegia, hantvesten oder briefe, statuten, ordnunge, gesetzde, gewonheite, herkomen, gebruche, nyess, habunge, gewere, besesse, andere sachen oder handelungen, sie syen nuwe oder alte, als ferre sie widder derselben bischoff Rabans, siner nachkommen vnd syns stieffs zu Spier, der prelaten, stieffte, klorstern vnd der pfaffheit in der stadt vnd in den bischum zu Spier, recht, friheit, privilegia, briefe vnd herkommen oder zugehorde, weren oder gesin mochten, gentzlich todt vnd crafftloss vnd nicht sin sollen vnd vernichten, todten, widderrufen vnd abthun die von Romischer kuniglicher mechte vollkommenheit, nu alsdan vnd dan als nu, zu male in crafft diess briefs luternde von rechten wissen, daz der obgenannte Raban, sine nachkommen, bischove vnd der stiefft zu Spier, die prelaten, stieffte, clorstere vnd pfaffheit in der stadt vnd bischum zu Spier aller irer friheite, briefe, privilegia, gnade, rechte, herkommen vnd zugehorde vnd ir yglichs besunder genyessen sollen vnd magen in aller wise vnd masse, als obe sie die alzyt geruchlich inne herbracht vnd genossen hetten ane alle yntrag oder hindernisse aller menglichs. Vnd sunderlich solle ine herane deheyne ir selbs sumenisse oder entniessunge, noch yemans anders gewere oder herkommen keinen schaden bringen. Vnd darumbe gebieten wir allen vnd yglichen fursten, geistlichen vnd weltlichen gra-

ven, frihen, dinstluten, rittern, knechten, burggraven, pflegern, amtluten, richtern, burgermeistern, reten vnd gemeynden der stette, merckte vnd dorffern, vnd besunder den burgermeistern, reten vnd burgern gemeinlichen der stadt zu Spier vnd susste allen vnd yglichen vnsern vnd des richs vndertanen vnd getruwen ernstlichen vnd vestiglichen mit diesem briefe, daz sie bischoff Raban, sine nachkommen vnd sine kirche zu Spier, die prelaten, stieffte, clorstere vnd die pfaffheit in der stadt vnd bistum zu Spier wieder soliche vnsere gnaden vernuwunge, bestetigunge, meynunge, gesetzde, willen vnd luterunge nicht irren noch hindern in deheyne wise, sondern sie daby von vnser vnd des riches wegen getruwelich vnd vestiglichen hanthaben, schutzen, schuren vnd schirmen. Vnd wer darwidder tete, der sole in vnser vnd des richs swere vngnade vnd yn eyn pene hundert marcke lotiges goldes, als dicke das geschee, verfallen sin, die halbe in vnser vnd des richs kammer vnd das ander halp teile dem obgenannten bischoff Raban, sinen nachkommen bischove zu Spier oder dem stiefft zu Spier gentzlichen gefallen sollen. Mit vrkunde diess briefs versiegelt mit vnserm kuniglicher maiestadt ingesiegel. Geben zu Colne nach Cristi geburte vierzehen hundert jare vnd darnach in dem vierzehenden jare des nehesten fritags nach sant Elisabethen dage, vnserer riche des Vngerischen in dem acht vnd zwentzigzten vnd des Romischen erwelunge in dem funfften vnd der kronunge in dem ersten jare.

---

42. ***Rudolf herzog von Sachsen bestätiget als kurfürst die freiheiten, rechte und besitzungen des bisthums Speyer. Constanz,* 1415 *märz* 12.**

Wir Rudolph von Gots gnaden hertzog zu Sachsen vnd Lauemburg, pfaltzgrave zu Sachsen, grave zu Brene, burggrave zu Magdeburg, des heiligen Romischen richs ertzmarschalg vnd kurefurste, bekennen vnd tun kunt offenbare mit diesem briefe, daz wir zu allen vnd iglichen gifften, pfantschefften, tzollen, privilegien, gnaden, friheiden, hantvesten vnd briefen, die der erwirdige in Gott vatter vnd herre Raban bischoff zu Spier, vnser besunder gut frundt, sine vorfaren bischove oder der styfft zu Spier von dem allerdurchluchtigsten fursten herrn, herrn Sigmunde, Romischen kunige zu allen zyten merer des richs vnd zu Ungern etc. kunig, vnserm lie-

ben gnedigen herrn, sinen vorfaren Romischen keisern vnd kunigen vnd dem heligen riche samentliche oder besunder erworben vnd behalten haben, in allen stucken, punkten, artickeln, worten vnd meynunge, als sie begriffen sint vnd vsswisent, als eyn hertzog zu Sachsen vnd kurefurste des heligen richs vnsern guten willen, gunst vnd verhengnisse von rechten wyssen geben vnd getan haben, geben vnd tun in crafft diess briefs in aller forme vnd wise, als obe die vorgeschriben giffte, pfantschaffte, tzollne, privilegia, gnaden, friheiten, hantvesten vnd brieve clerlich vnd von worte zu worte in diesem briefe begriffen vnd genannt werent. Des zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel an diesen brieff tun hencken, geben zu Costentz nach Cristi gepurt vierzehen hundert jare ime funffzehenden jare am nehsten dinstage nach dem sontage Invocavit.

---

43. *Sigismund könig befreit die Speyerer geistlichkeit von weltlichem gerichtszwang. Constanz.* 1415 *mai* 8.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Ungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex, recognoscimus et notum facimus publice per praesentes literas, omnibus easdem visuris vel legi audituris. Quamquam multiplices curae animum nostrum regium sine intermissione moneant, universorum et singulorum sacri Romani imperii, cui divina dispositione praesidemus, subditorum et fidelium utilitatem atque bonum procurare, ex regia tamen et innata bonitate plus voluntarii et inclinati semper sumus, personis ecclesiasticis omnipotentem Deum quotidie laudantibus et ei obsequentibus pacem et commodum ordinare, ac eos etiam in justitia, gratiis et libertatibus conservare, ut laudes et obsequia hujusmodi, quae utique in tranquillitate debent exerceri, eo quietius et diligentius valeant adimplere. Sane nobis pro parte venerabilium praepositorum, decanorum, praelatorum, canonicorum, capitulorum, vicariorum, fratrum sedium et personarum majoris, sancti Germani, sancti Widonis et omnium sanctorum ecclesiarum et aliorum cleri civitatis Spirensis ad eosdem spectantium propositum fuit cum querela, quod ipsos atque suos ac etiam ipsorum bona contra concessa eis gratias, libertates et privilegia, jura, observantias et immunitates ecclesiasticas, nec non etiam contra sacros Romanorum pontificum canones imperialesque constitu-

tiones et praesertim contra constitutionem dilecti domini et genitoris nostri felicis memoriae Karoli quarti imperatoris, quae Karolina nuncupatur, ad diversa loca variisque saecularibus judiciis agitari, ad illa trahi et evocari, ac cum illis molestari et gravari, bonaque eorum arrestari contingeret, in ipsorum et ecclesiarum praedictarum non modicum dampnum et gravamen. Idcirco nos seriosius invocarunt humiliter petentes, quatenus ipsis et jam nominatis ecclesiis in praemissis subvenire ipsosque in praedictis suis gratiis, libertatibus et privilegiis, juribus et observantiis ac etiam immunitatibus ecclesiasticis gratiose conservaremus. Et quia ipsis ad id de jure sumus obligati, praesertim, quia gratias, libertates, jura, privilegia et observantias hujusmodi perprius confirmavimus et innovavimus ipsosque una cum hominibus et bonis suis in nostram et imperii protectionem et defensionem gratiose suscepimus, eapropter inspectis sacrorum canonum ac legalium constitutionum et praesertim Karolinae supradictae tenoribus, ac etiam praefatorum praepositorum, decanorum, praelatorum, canonicorum, capitulorum, vicariorum, fratrum sedium atque cleri invocatione et petitione, nec non eorum gratiis, libertatibus et privilegiis a divis Romanorum imperatoribus et regibus, praedecessoribus nostris in Romano imperio, impetratis et hactenus observatis, et specialiter, quod nonnulli Romanorum reges et reginae sepulturam suam in dicta ecclesia majori Spirensi ob suae dignitatis praerogativam elegerunt et inibi requiescunt, animo bene deliberato bonoque consilio principum, comitum, nobilium et fidelium nostrorum fecimus, ordinavimus et statuimus, facimns, ordinamus et statuimus, ex certa scientia vigore praesentium literarum et de plenitudine Romanae regiae majestatis, quod nullus saecularis judex seu potestas, nec aliquis alius, quicumque fuerint, praedictos praepositos, decanos, praelatos, canonicos, capitula, vicarios, fratres sedium et clerum, eorumque successores atque suos, et etiam eorum bona ubicumque situata et qualitercumque nominata, conjunctim vel divisim, ad judicia saecularia vel coram judicibus saecularibus ad quemcumque spectaverint seu quomodocumque nuncupentur, citare, evocare, trahere, sive eos cum eisdem gravare vel contra eos sententiare, seu super ipsis judicare, aut arrestum super personis vel bonis suis facere vel ponere debent, sive possint, quoquo modo. Sed quicumque eos, conjunctim vel divisim, seu ipsorum bona habuerit im-

petere, ex quacumque causa justitiam ab eis accipere debebit coram episcopo suo vel judicibus ecclesiasticis in civitate Spirensi, loco sui sedentibus, ubi etiam unicuique conquerenti inprotracte debebunt stare juri. Statuimus etiam et ordinamus, quod nullus super bonis suis ubicumque situatis agat, judicet vel sententiet eos, super hoc ab hujusmodi ecclesiasticis judicibus ad saeculare judicium trahendo vel cogendo, quodque etiam praefati praepositi, decani, praelati, canonici, capitula, vicarii, fratres sedium et clerus, communiter vel divisim, eorum debita, restantes census, redditus et proventus coram praedictorum episcopi et judicum ecclesiasticis judiciis valeant exigere, et specialiter super quibus ab ecclesiasticis judiciis hujusmodi pro communi testimonio bonorum suorum, censuum vel reddituum literas testimoniales habuerint, quas nos etiam ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc, plene validas esse volumus atque firmas. Si quis etiam, quicumque fuerit, unam vel plures de clero supradicto personas propter debita frivola, hereditates, testamenta seu ex alia causa habuerit impetere, propter hoc praedictarum majoris et aliarum ecclesiarum bona communia seu ad eorum beneficia spectantia nec invadere, detinere, arrestare vel super eis agere, nec etiam aliquis ob hoc super bonis hujusmodi communibus judicare vel sententiare debeat vel possit, quoquo modo, sed quilibet debeat et possit tales jam nominatas personas in praefatis ecclesiasticis judiciis impetere, ut est supra scriptum, nullus etiam, qualiscunque fuerit, debet praedictarum ecclesiarum atque cleri bona, conjunctim vel divisim, sive sint agri, vineae, silvae, aquae, pascua, redditus, decimae, census, pecora, sive alia bona immobilia sive mobilia, contra praemissa invadere, occupare seu arrestari facere, quocunque modo. Quodsi deinceps contra dictas nostras regias constitutiones et ordinationes in uno vel pluribus punctis facere seu fieri contingeret, id jam annullamus et tollimus ex certa scientia et praefata nostra Romana regia potestate, intendentes et volentes, quod id ipsum nullam habere debeat roboris firmitatem, quovis modo. Mandamus igitur omnibus et singulis principibus ecclesiasticis et saecularibus, comitibus, baronibus, dominis, militibus, clientibus, servientibus, communitatibus, judicibus, scultetis, scabinis et praeconibus in civitatibus, castris et foris, villis seu alias ubilibet consistentibus, caeterisque omnibus nostri et sacri imperii subditis et fidelibus seriose firmiterque per prae-

sentes, quod praefatos praepositos, decanos, praelatos, canonicos, capitula, vicarios, fratres sedium atque clerum, conjunctim vel divisim, in supradictis nostris ordinationibus, constitutionibus, gratiis, voluntatibus et libertatibus nullatenus impediant seu inquietent quovis modo, sed ipsos in illis quiete manere permittant, tueantur et defendant, prout cari pendunt nostram et imperii gravem indignationem evitare, et cum hoc sub poena quinquaginta marcharum puri auri, quam quilibet totiens, quotiens punctorum praedictorum unum vel plura transgressus fuerit, debeat incidisse, quarum una medietas nobis et imperiali camerae, alia vero medietas praedictis praepositis et capitulis, seu cui eam donaverint seu applicaverint, integraliter absque omni diminutione cedere debebunt, sub testimonio harum literarum sigillatarum cum sigillo nostrae regiae majestatis. Datum Constantiae post Christi nativitatem anno millesimo quadringentesimo quinto decimo, in vigilia ascensionis Domini nostri, regnorum nostrorum Ungariae etc. vicesimo nono, Romanorum vero quinto annis.

---

44. *Elisabetha gräfin von Sponheim bezeugt Speyerer lehen empfangen zu haben. Wachenheim,* 1415 *sept.* 27.

Wir Eltzabeth graffin zu Sponheim, zu Vyanden, hertzogin in Beyern, wytwe bekennen offenliche in diesem briefe, das der erwirdig herr Rabann byschoff zu Spire, vnsser lieber herre vns belehent hat mit solichen lehenn, als der edel grafe Symond, grafe zu Sponheim vnd zu Vyande, vnsser lieber herre vnd vatter selige, dem Got gnade, von im empfangen vnd getragen hat, das da mit namen ist Thann, die vesten mit iren zugehorden, doch also daz diese lyhunge dem vorgenannt byschoff Rabann, sinen nachkommen vnd sinne stifft zu Spire vnd auch vnssern erben nach vnsserm dode keynen schaden brengen, sondern beydersyte ine ire rechte behalten sin sol, als vff diesen hutigen dag vnd haben heruber dem obgenannten vnssern herrn von Spire gewonliche huldunge getan, ime vnd sinne stifft getruwe zu sin vnd zu tunde als solicher lehen recht vnd gewonheyt ist ane alle geverde. Vnd des zu vrkunde haben wir vnsser ingesiegel an diesen brieff tun hencken. Der geben ist zu Wachenheim an der Harte vff frydag vor sant Michels dag, des heyligen ertzengels anno Domini millesimo quadringentesimo quinto decimo.

---

45. *Johann von Lauterburg generalvicar des bischofes Raban zu Speyer bestätiget die stiftung einer frühemesserei zu Venningen. Speyer,* 1417 *jan.* 3.

In nomine Domini, amen. Johannes de Luterburg, licentiatus in decretis etc. reverendi in Christo patris ac domini, domini Rabani, Dei gratia episcopi Spirensis, in spiritualibus vicarius generalis et ad subscripta specialiter deputatus, universis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentes literas inspecturis cum subscriptorum notitia salutem in eo, qui est omnium vera salus. Inter alia nostri vicariatus officium tangentia hoc quasi principium esse dignoscitur, ut ea, quae divini cultus augmentum concernunt, verbo et opere studeamus favorabiliter promovere. Cum itaque in Christo nobis dilecti, villani et universitas villae Venningen, Spirensis dioecesis, et nonnulli alii devoti Christi fideles ad honorem et laudem omnipotentis Dei ejusque matris virginis Mariae et omnium sanctorum, nec non ob suorum et singulorum omnium progenitorum animarum salutem et in peccatorum suorum remissionem beneficium unum seu primissariam de bonis sibi a Deo collatis et in literis ac libris et registris cum eorum limitibus, ut didicimus, specificatis in ecclesia villae praedictae super altari ad honorem beatae Mariae virginis consecrato, fundandum et dotandum duxerint, patroni et rectoris ejusdem ecclesiae permissione et consensu expresso accedente, ad supradictorum fundantium, augmentantium et dotantium humiles et instantes preces fundationem, augmentationem et dotationem in modum et formam subnotatos auctoritate supradicti domini nostri episcopi nobis in hac parte specialiter commissa auctorizamus et confirmamus in Dei nomine per praesentes, inprimis volentes, quod hujusmodi primariae collatio et quaevis alia dispositio ad praefatum dominum nostrum episcopum et ejus successores episcopos Spirenses, quoties ipsam vacare contigerit, pro perpetuis futuris temporibus pertineat et pertinere debebit pleno jure, qui etiam illam, cum vacaverit, actu sacerdoti idoneo saeculari aut tali, qui infra annum a die collationis sibi factae in sacerdotem valeat ac possit promoveri, quodque sacerdos de praedicto beneficio provisus duas missas ad minus teneatur et debeat in singulis hebdomadis, excusantibus tamen excusatione canonica et impedimento legitimo, in dicto altari celebrare, absque tamen plebani seu vicarii ecclesiae supradictae pro tempore existentis praeju-

dicio qualicunque, nec non plebano seu vicario eidem singulis diebus dominicis et festivis legendo et cantando assistere debet in officio divinorum et tempore necessitatis fideliter asstare et eum adjuvare in eodem. Ad quam quidem primariam de praesenti in Christo nobis dilectum Johannem dictum Fergenmeister, presbyterum Spirensem, auctoritate supradicti domini nostri episcopi elegimus sibique eandem contulimus et praesentibus conferimus ac ipsum per libri traditionem investivimus et praesentibus investimus de eadem, mandantes et auctoritate supradicta districte praecipientes in Christo nobis dilecto decano sedis ruralis in Oedenkoben praefatae dioecesis, quatenus praenominatum Johannem ad dictam primariam et ejus corporalem, realem et actualem possessionem ac omnium jurium et pertinentiarum ejusdem inducat sibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus dictae primariae integre ab omnibus, quorum interest vel intererit, faciat responderi, ipsum quoque Johannem in confratrem recipiat, adhibitis circa haec sollempnitatibus debitis et consuetis. Ut autem fundatio, augmentatio et dotatio nostraque confirmatio praescripta ita permaneant et firma ac in posterum propter temporis diuturnitatem a memoria hominum non recedant, praesentes literas conscribi fecimus et nostri sigilli, quo ad praesens utimur, appensione legitime communiri. Datum et actum Spirae in curia habitationis nostrae sub anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, die III. mensis januarii.

---

46. *Martin V. pabst nimmt das St. Claren kloster zu Altspeyer und dessen besitzungen und freiheiten in schutz. Constanz,* 1418 *feb.* 16.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, abbatissae et conventui monasterii sanctae Clarae extra muros Spirenses, ordinis ejusdem sanctae, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilectae in Domino filiae, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et monasterium vestrum praedictum, in quo Domino estis obsequio mancipatae, cum omnibus bonis, quae

in praesentiarum rationabiliter possidetis et in futurum justis modis praestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri protectionem atque nostro omnesque libertates et immunitates a praedecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia sive alias indulgentias vobis et eidem monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus et principibus vel aliis Christo fidelibus vobis et monasterio vestro praedicto indultas, sicut eas juste et pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio eidem vestro auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communivimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis et communitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantiae quarto decimo kal. martii pontificatus nostri anno primo.

---

47. *Conrad stiftsdechant zu Allerheiligen in Speyer giebt zeugniss wegen des Speyerer weinmasses unter dem dortigen bischofe Adolf.* 1419 *mai* 18.

Ich Conrat von Grumbach, dechant zu allen heiligen zu Spire, bekenne vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff. Als der erwirdige in Gott vater, herr Adolff seliger gedechtniss ein bischoff zu Spire, vnd dick vnd vil zu Bruchsal wonende was, daz ist itz in dem vier vnd vierzigsten jare, zu den zyten was ich ein wideling des pferres daselbs vnd lagen zwenn erber herrn zu herberge im pfarrhofe, die dem obgenannten bischoff Adolffen gar heimlich waren, mit namen herr Conrat von Konigstein, vnd einer, den nant man eynen custor zu sant Victor zu Meintz. Von denselben zweien hort ich ettwedick, daz sie sprachen, daz ir herre bischoff Adolph mit der stat zu Spire ebenkomen were, daz sie die wynmasse zu Spire myndern mochten achten jare vnd daz yme darumb von den von Spire eyn sume gelts worden were. Vnd diss sage ich vff myn priesterlich ampte vnd vff den eyt, den ich zum stifft zu Allerheiligen gesworn han. Vnd des zu vrkunde han ich myn ingess gehangen an diesen brief. Datum feria quinta post dominicam, qua cantatur in ecclesia Dei Cantate, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo nono.

---

48. *Der stadtrath von Speyer beruft sich von der rachtung des pfalzgrafen Ludwig zwischen ihm und der geistlichkeit an den pabst. Speyer,* 1419 *oct.* 15.

In nomine Domini, amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimo nono, indictione duodecima pontificatus sanctissimi in Christo patris, domini nostri, domini Martini divina providentia papae quinti, anno suo secundo, die vero solis, quinta decima mensis octobris, hora decima diei ejusdem vel quasi in consistorio, in stuba majori domus proconsulum, consulum et communis civitatis Spirensis, in qua proconsules et consules consiliariter convocari et congregari ac jura querulantibus reddere consueverunt suis temporibus consuetis, in mei notarii publici testiumque subscriptorum praesentia constitutis personaliter vir discretus Johannes Venatoris de Gundelsheim, syndicus et procurator, syndicario et procuratorio nomine providorum et circumspectorum virorum, dominorum, proconsulum seu magistrorum civium, consulum et universitatis ac communis hominum civitatis antedictae in eadem, prout michi notario de ejus procurationis mandato liquide constabat, habens et tenens in suis manibus atque in medium exhibens et producens quoddam appellationis subscriptae papiream cedulam, quam animo et intentione appellandi et provocandi voce sonora et intelligibili de verbo ad verbum legit, sicque in scriptis appellavit, provocavit, apostolos petiit, contestatus fuit et alia fecit, quemadmodum in eadem cedula continebantur, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: In nomine Dei, amen. Cum appellationis remedium utriusque juris pagina testante in relevamen oppressorum et indebite gravatorum a sanctis patribus provide sit adinventum, hinc est, quod ego Johannes Venatoris de Gundelsheim, syndicus et procurator, syndicario et procuratorio nomine providorum et circumspectorum virorum, dominorum, proconsulum, consulum et universitatis hominum civitatis Spirensis coram te Heinrico Engelfritd, notario publico tanquam autentica persona, testibusque fide dignis hic praesentibus et astantibus animo et intentione appellandi et provocandi apostolosque petendi, allego, dico pariter et in hiis scriptis pono, quod subortis dudum nonnullis dissentionibus, altercationibus, litibus et controversiis de et super certis articulis, punctis et capitulis, in quo praetenso compromisso inter partes subscriptas taliter, qualiter inito, ac literis desuper confectis summatim expres-

satis et eorum occasione inter reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Rabanum, episcopum Spirensem, venerabilesque viros, dominos decanos et capitula ecclesiarum majoris, sanctorum Germani extra muros, Gwydonis et sanctae Trinitatis intra muros Spirenses, suo ac cleri omnis earundem ecclesiarum cunctim et divisim ex una, nec non antedictos proconsules et consules civitatis Spirensis suo ac civium et universitatis hominum ejusdem civitatis in omnibus partibus ex altera, tandem eaedem partes pridem pro bono pacis ac concordiae ex quorumdam inductione concorditer et pari consensu illustrem principem ac dominum, dominum Ludovicum, comitem palatinum Reni, sacrique Romani regni seu imperii archidapiferum, atque Bavariae ducem, volentem et consentientem, communem et superarbitrum, praefatique dominus episcopus, decani et capitula pro parte sua magistrum Petrum de Hinss, licentiatum in decretis sanctae Moguntinensis sedis prothonotarium et judicem generalem, et quemdem Gerotheum de Ratsamhusen de lapide, antifati vero proconsules et consules quosdam Dyelonem dictum zum Altenschultheissen, Moguntinum, et Wilhelmum Bonne, Wormatiensis civitatis cives, pro parte sua arbitros elegerunt, nominaverunt et deputaverunt, dantes et concedentes eisdem arbitris potestatem et facultatem, ut mutuis earum partium impetitionibus de et super capitulis, punctis sive articulis in dicti compromissi literis summatim, ut praefertur, expressatis, duntaxat factis et ipsis dominis arbitris una cum responsionibus, exceptionibus et explicationibus ad easdem factis memoratis dominis arbitris, in scriptis obtulerint et cum effectu praesentaverint, tamen praefati quatuor arbitri, antedicto domino duce communi et superarbitro penitus excluso, minime attendentes, arbitria ad instar judiciorum fore redacta, nullo ordine juris observato, formam dicti compromissi et limites potestatis eis traditae transcendentes ab invicem segregati ac seorsi debitis terminis servantibus et consuetis obmissis, partibus etiam et signanter dictis proconsulibus et consulibus minime vocatis seu citatis, quin immo ipsis non tamen per contumaciam absentibus taliter, qualiter praecedentes, quasdam praetensas suas, sententias arbitrales, si sic dici merentur, sibi invicem contrarias et adversantes, ut dicitur, conceperunt et easdem ut sic in discordia conceptas, aliter tamen minime rite latas et promulgatas antefato domino Ludovico duci et communi arbitro in quibusdam ipso-

rum praetensis scripturis praesentarunt atque praesentari fecerunt, qui etiam dominus dux nichil penitus dispositive sententiando vel pronuntiando, sed nunc horum, tunc illorum perversas sententias conceptas quodammodo approbando et collaudando, longe etiam post terminum antefatis arbitris statutum, nuper decem dierum spatio nondum effluxo, praetactorum arbitrorum assertas sententias, sic ut praefertur conceptas, cum nonnullis suis adjectionibus, applicationibus et terminationibus in quibusdam cartulis suo ac jam dictorum arbitrorum sigillis appendentibus sigillatis, antefatis dominis meis proconsulibus et consulibus civitatis Spirensis transmisit et per certum ejus nuntium praesentari fecit. Quas siquidem cartulas et dicti quasi compromissi literas, nec non omnia et singula per antefatos dominos arbitros et coram eis acta et actitata, quatenus saltem pro justificatione praesentis appellationis faciunt seu facere vel interpretari possunt et non alias, aliter nec ultra praesentibus inserere et pro insertis habere volo. Et quamquam assertum supratactum compromissum nulla fuerit, neque sit poena aut juramenti impositione vallatum, nec a pronuntiatione sui appertis dictorum arbitrorum sententiis ipso jure nullis necesse sit appellari: tamen ne antefati domini mei proconsules, consules et communis civitatis Spirensis videantur velle talismodi assertas sententias sui pronuntiatione, quatenus saltem contra eos latae et perfectae praetenduntur, ab aliquo vel aliquibus valeant et possint executioni demandari: ego Johannes Venatoris syndicus et procurator antedictus sentiens antefatos dominos meos proconsules, consules, cives et universitatem praescriptae civitatis Spirensis communiter et divisim ac me eorum nomine, per praemissa quam plurimum fore laesos et gravatos, timensque verisimiliter nos in posterum plus et fortius posse laedi ac gravari, idcirco ab eorundem dominorum arbitrorum et cujuslibet et quorumlibet eorum processu, sententiis ac pronuntiatione assertis, salvis semper eorum nullitatibus tanquam revera iniquis et injustis ipsorum dominorum arbitrorum reverentiis, salvis nec non eorundem sequelis et contra memoratos dominos, episcopum, decanos et capitula praetactarum ecclesiarum Spirensium, omnesque alios et singulos in hac sua parte interesse putantes: ad sanctissimum in Christo patrem ac dominum nostrum, dominum Martinum divina providentia papam quintum et modernum ejusque sanctam sedem apostolicam, oppressorum relevatricem

in Dei nomine, in hiis scriptis provoco et appello apostolosque peto primo instanter, secundo instantius, tertio instantissime et cum debita juris instantia. Si quis sit, qui michi eos dare et concedere possit ac valeat et saltem a te nuntio publico testimoniales subjiciens nichilominus et submittens jam saepedictos dominos meos et me eorum nomine omnesque et singulos praesenti appellationi inhaerentes ac adhaerentes vel de ipsa confidere volentes, nostra quoque et eorum bona, res et status protectioni, tuitioni et defensioni dicti domini nostri papae atque sedis apostolicae. Protestor insuper de intimandis, insinuandis et prosequendis praesentem appellationem tempore et loco congruis et opportunis, nec non de addendis, minuendis, mutandis, corrigendis, aliam vel alias appellationem de novo interponendis, quolibet juris beneficio michi semper salvo. Praefatus igitur syndicus et procurator syndicario et procuratorio nomine proconsulum, consulum et communis civitatis Spirensis in eadem me notarium publicum infrascriptum, sibi de hujusmodi appellationis cedula ut super praemissis omnibus et singulis unum vel plura, publicum seu publica instrumentum vel instrumenta confici ac conformam debitam redigi requisivit. Hujus rei testes sunt providi et circumspecti viri, Hermannus Wirtschafft et Petrus dictus zum Rade, cives Wormatiensis civitatis, Ditherus Rack, Heinricus Kucheler de Odenheim, scriptor et Ulricus scriptor et ambo clerici conjugati. Acta sunt haec anno, indictione, die, hora et loco praescriptis. Et ego Heinricus Engelfritd, clericus Spirensis publicus imperiali auctoritate notarius, quia praescriptae appellationis et procurationis hujusmodi apostolorum petitioni ac actui praefato omnibusque aliis et singulis praemissis, dum sic, ut praemittitur, fierent et agerentur, una cum praenominatis testibus in et praesens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, quapropter hoc praesens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque nomine meis solitis et consuetis signavi, rogatus et requisitus in fidem, testimonium praemissorum singulorum.

---

49. *Raban bischof zu Speyer bittet den pabst Martin V. seinen abgesandten wohl aufzunehmen. Bruchsal,* 1419 *nov.* 20.

Beatissime pater et domine metuendissime, post devotissima pedum beatitudinis vestrae oscula, ac mei et ecclesiae meae

totiusque cleri mei humillimam subjectionem! Rediens ad me dominus Ernestus, capellanus et secretarius meus dilectus, lator praesentium, retulit se a vestra beatitudine benigne susceptum, gratiose auditum et paterna caritate celeriter remissum, de quo et etiam sincera avisatione et consilio vestrae beatitudinis michi circa factum, pro quo eundem ad ipsam beatitudinem vestram transmiseram, relatis, etiam vestrae beatitudini quantas possum et valeo humiles ex corde refero gratiarum actiones. Praeterea, beatissime pater, pro nonnullis gravibus et arduis negotiis, me ecclesiamque meam et clerum meum tangentibus, quae brevi stylo explicari non valeant, eundem capellanum meum ad vos remitto, cui et etiam venerabili magistro Conrado de Susato, beatitudinis vestrae subdiacono, hujusmodi incumbentia negotia beatitudini vestrae commisi oretenus referenda et beatitudinem vestram omni qua possum humilitate et devotione supplicans, quatenus eosdem in hiis, quae mei parte vestrae beatitudini retulerint, benigne et gratiose audire pariterque exaudire et in referendis, uti michi, fidem credulam adhibere et etiam hujusmodi referendis paternum et apostolicum subsidium, consilium, favorem scilicet et auxilium generose, prout de ipsa vestra beatitudine spem firmam et indubiam gero, impartire dignemini, pro ipsa beatitudine vestra me ecclesiamque meam et clerum meum ad beatitudinis vestrae jussa, monita pariter et accepta ferventius obligabit, quam ipsam vestram beatitudinem omnipotens Deus perfelici regimine ecclesiae suae sanctae sanam et incolumem conservare dignetur ad tempora longiora. Scriptum Bruchsalis vigesima die mensis novembris me subsignato, anno MCCCCXVIIII.

---

50. *Raban bischof zu Speyer belehnt seinen bruder Hanns von Helmstädt mit der thannmühle bei Queichheim. Kirrweiler,* 1420 *feb.* 3.

Wir Raban von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen, als der edel herr, Hermann herre zu Scharfeneck selige, die male mule genannt die thannmule vnd die walckmule vnd wiesen daby, nyedewendig Landauwe vff der Queych, in Queichheymer marck gelegen, die von vns vnd vnsserm stifft zu lehen rurent, verkaufft vnd zu kauff geben hat vmb vierdhalb hundert gulden vff eine wiederkauff Hansen von Helmstat ritter, vnsserm lieben bruder vnd amptman zu Lu-

terburg vnd sinen erben, zu demselben kauff wir auch unsern willen geben haben. Wann nu der obgenannt Herman von Scharfeneck vnd auch herr Friedrich von Scharfeneck sin bruder, bede von todes wegen abgangen sin ane lehens erben vnd auch dasselbe lehen vns verfallen ist, so haben wir angesehen das, das wir vnsern willen zu demselben kauff vormals getan vnd gegeben haben vnd auch solich getreuwe dinst, die der vorgenannte Hans von Helmstat ritter, vnser bruder vns vnd vnserm stifft getan hat vnd auch in kunfftigen zyten getun mag vnd haben yme dasselbe lehen mit namen die malemule vnd malckmule genannt Thammule, vsswendig Landauwe vff der Queich zu Queichheimer mark gelegen, mit allen iren nutzen vnd zugehorden vor eyn verfallen lehen geliehen vnd verlyhen auch yme des zu rechtem lehen in crafft diess brieffs also das er vnd sin erben das von vns vnd vnsern nachkommen furbass zu lehen haben, empfahen vnd tragen sollen als dick sich das geburte vnd noyt ist. Vnd der vorgenannt Hans hat auch das ytzunt von vns empfangen vnd vns huldunge daruber getan mit glubden vnd eyden vnsern schaden zu warnen vnd vnsern frommen vnd bestes zu werben vnd vns zu tun, als dann eyn mann syne herren von recht vnd gewonheit schuldig vnd pflichtig ist zu tun von solicher lehen wegen ane alle argeliste vnd geverde. Vnd des zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel gehangen an diesen brieff. Datum Kirwilre ipso die Blasii episcopi et martyris, anno Domini MCCCCXX.

---

51. *Martin V. pabst bevollmächtiget die aebte zu Neuburg und Maulbronn die klöster und stifter im Pfälzer gebiete zu untersuchen und zu bessern. Florenz,* 1420 *feb.* 26.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis in Castello et Mulbronnen, Cisterciensium et Spirensis dioecesis monasteriorum abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Inter curas multiplices, quibus occurrentium rerum negotiorumque varietatibus obsidemur, illam attentius amplectimur, per quam regulares ordines et loca jugo sanctimoniae dedita, prout congrue, prospicius in spiritualibus et temporalibus prosperitatis optatae dirigentur eventu. Unde efficacis ad id sollicitudinis studium instruere cupimus et provisionis occurrere remedio salutari, ne ordines et loca ipsa apostolicae, quod absit, providentiae destituto concilio

Bayerische Staatsbibliothek München

periculosae deformationis attingat opprobrium, sed labentis cursu temporis eis exquisito statu prospero continuum dante Domino in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiant incrementum. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri, Ludovici, comitis palatini Reni, nobis nuper exhibita petitio continebat, ut in plerisque, tam virorum quam mulierum ordinum diversorum monasteriis aliisque regularibus locis infra comitatum palatinum Reni ac alias terras, in quibus ipse comes temporale obtinet dominium, consistentibus, regularis depressa observantiae norma, ritus monasticus divinumque ministerium laxantur in dies, ac personae inibi adstricti divinis, piae vitae studio, nec non suavi contemplationis jugo sepositis, variis criminibus et excessibus, quae damnabiliter, proh dolor! impunita succedunt, se immergere periculosius non timescunt in suarum salutis animarum dispendium non sine scandalorum fomite, sacrae religionis opprobrium plurimorum pariter et extra ac propterea, ut obstruet praecipitantium gressibus plantaria, inibi vigeant Deo grata et fruges deinceps afferant ampliores monasteria et loca ipsa, tam in capite, quam in membris, spiritualibus quoque et temporalibus reformationis praesidium exposcunt salutare. Nos igitur, quorum interest super hiis nostrae vigilantiae partes sollicitius impartiri, etiam dicti comitis in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestrae, de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus sub illius, qui, ut religione munda salutis nobis praepararet iter, proprio sanguine non pepercit, ductu almifico ad illa, quae non exempta fuerint, si et postquam locorum ad id ordinariorum accessit consensus, ad ea vero, quae exempta fuerint, ex monasteriis et locis praemissis etiam sine hujusmodi consensu quotiens vestrarum, quas in hoc onerari volumus, judicio conscientiarum expedire videritis, personaliter accedentes Deumque solum vestris proponentes oculis in monasteriis et locis eisdem, tam in spiritualibus, quam temporalibus, nec non capitibus et membris hujusmodi debitae visitationis officium auctoritate apostolica impendere ac sollicitius explere curetis reformationis ejusdem adminiculum propensius exquirentes. Nos enim, ut ex visitationis et reformationis hujusmodi vestro studio vigilantiae fructus committentur optati, vobis omnes et singulos, monasteriis praesidentes eisdem, illorumque personas, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis

vel conditionis existant, juxta criminum et excessuum per eos quomodolibet perpetratorum, qualitatem et exigentiam sanctionesque canonicas ac regularia eorundem ordinum constitutionem et instituta, nec non prout praesidentium et personarum animarum saluti, monasteriorum quoque et locorum eorundem statui ac indempnitatibus congruere prospexeritis, eadem auctoritate corrigendi poenisque debitis percellendi, praesidentes praeterea et personas hujusmodi, si ipsorum culpae seu demerita id poposcerint, a dignitatibus etiam abbacialibus regiminibusque monasteriorum et locorum praefatorum, nec non aliis et illorum administrationibus et officiis, quibus tunc praefuerint et pro quibus occasione vacationum earundem pro parte praesidentium et personarum hujusmodi, ut surrogentur inibi, ad sedem apostolicam specialis non consuevit haberi recursus, eadem auctoritate penitus destituendi et amovendi ac eorum loco alios utiles et idoneos inibi servatis alias ipsorum monasteriorum, locorum, nec non dignitatum, administrationum et officiorum hujusmodi, quibus eos praefeceritis, plenarie committendi eisque ab eorum subditis obedientiam et devotas, nec non ab aliis et aliis singulis, prout ipsos continget, consueta servitia et jura eis debita integre exhiberi, nec non omnia loca et singula in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria vel opportuna faciendi, disponendi, ordinandi et exequendi, contradictores quoque et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia opportuna juris remedia, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, compescendi, nec non praesidentes et personas hujusmodi ac eorum quemlibet, si id humiliter expetierint, ab omnibus et singulis excommunicationum, suspensionum et interdicti aliisque sententiis, censuris ecclesiasticis et poenis, quibus jam forsitan ligati habentur, vel quas in eos per nos pro executione officii visitationis hujusmodi quomodolibet promulgari contigerit, in forma ecclesiae consueta, injunctis eis inde pro modo culpae poenitentia salutari et aliis, quae de jure fuerint injungenda, eadem auctoritate absolvendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, non obstantibus constitutionibus apostolicis, nec non statutis et consuetudinibus monasteriorum, locorum et ordinum eorundem juramento, confirmatione, consummatione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis caeterisque contrariis quibuscunque, seu si monasteriis, locis, ordinibus et personis praedictis vel quibusvis aliis,

communiter vel divisim, a dicta sit sede indultum, quod aliquos praeter aut contra eis concessa privilegia sive indulta ad visitandum vel alias dimittere minime teneantur, praesidentes quoque et personae ad id compelli vel excommunicari, seu ipsi aut monasteria vel loca hujusmodi interdici seu suspendi non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et quibuslibet etiam apostolicis privilegiis, exemptionibus et indulgentiis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenore existant, per quem praesentibus non expressa vel totaliter non inserta nostrae jurisdictionis explicatio, in hac parte valeat quomodolibet impediri, quoad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari. Volumus autem, quod quilibet ex praesidentibus et personis eisdem, quem a dictis sententiis, censuris et poenis seu ipsarum aliqua absolvere vos continget, singulis, quibus propterea per illum fuerit satisfacere impendenda, ipsam infra competentem ad id ei per vos peremptorium statuendum terminum impedimento cessante canonicam impendere debeat et teneatur, alioquin termino elapso hujusmodi in sententias, censuras et poenas pristinas relabatur eo ipso. Profecto si hujusmodi directione durante visitationis officii eorum, qui tunc monasteriis, locis, dignitatibus, administrationibus et officiis, propter quorum vacationes aut ipsis per praefatum consolatur sedem, illa adiri consuevit, praefuerint supradictis, ab eis seu eorum aliquo privationem et amotionem expetentia aliqua vobis occurrant, ea cum circumstantiis illa contingentibus universis nobis aut successori nostro Romano pontifici per vestras patentes literas sigillis vestris munitas fideliter, quantocius intimare curetis, ut ipsius providentia sedis super hiis remedium cedat per amplius profuturum, praesentibus post biennium atque quo hujusmodi visitationis officium, ut praefertur, impendere et exercere incipieritis computandum minime valituris. Datum Florentiae quarto kalendas martii, pontificatus nostri anno tertio.

---

52. *Martin V. pabst beauftragt den erzbischof Conrad von Mainz die bereits geschlichteten zerwürfnisse der geistlichkeit und bürgerschaft zu Speyer zu prüfen und im namen des pabstes beizulegen. Florenz,* 1420 *märz* 13.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Conrado electo Moguntinensi, salutem et apostolicam benedictio-

nem. Justis et honestis supplicum votis libenter annuimus illaque favoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem, cum in diversis mundi partibus consules civitatum et rectores, nec non alii, qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent ecclesiis, ut deteriorum conditionis factum sub eis sacerdotium videretur, quam sub Pharaone fuisset, qui legis divinae notitiam non habebat, quique omnibus aliis servituti subactis, sacerdotes et possessiones eorum in pristinas libertates dimisit et de publico eis alimoniam ministravit. In concilio Lateranensi ecclesiae immunitati providendo sub anathematis districtione prohibitum existit, ne consules, rectores aut alii praefecti ecclesias et viros ecclesiasticos talleis seu collectis vel exactionibus aliis aggravare praesumerent, transgressores et fautores eorum praecipiendo anathematis sententiae subjacere, donec satisfactionem impenderent competentem. Et deinde etiam in generali concilio editum fuerit, quod si episcopi forte simul cum clericis, etiam si tantam necessitatem vel utilitatem inspicerent, ut absque ulla coactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppeterent facultates, subsidia per ecclesias laicis ducerent concedenda, minime, super hoc consulto Romano pontifice, concessiones et summae, quae a talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatae, essent irritae et inanes, nullo unquam tempore valiturae, ac etiam in ipso generali concilio decretum existit, illum, qui infra tempus sui regiminis propter fractionem constitutionum vel sanctionum hujusmodi sustineret anathema, tanquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus, nec non ipsius successorem, qui satisfaceret infra mensem, manere ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum succederet in onere, qui substitueretur in honore. Postmodum vero felicis recordationis Honorius papa tertius, praedecessor noster, attente considerans, quod quondam Fridericus secundus, olim Romanorum imperator, tunc sub obedientia et devotione sanctae Romanae ecclesiae persistens, ad laudem ejusdem ecclesiae et sacri decus Romani imperii cupiens, ut expugnatis quorundam erroribus et nequis statutis penitus destitutis de caetero ecclesiae et ecclesiasticae personae plena vigerent quiete et secura libertate gauderent ac pie et juste attendens, quod quorundam perversorum iniquitas adeo habundaverat, ut non dubitarent, contra ecclesiasticam libertatem et sacros cano-

nes, statuta sua confingere ad usus ecclesiasticas personas et ecclesiasticam libertatem edictali lege, hujusmodi statuta iniqua irritaverat et praeceperat, irrita nuntiari ac omnia statuta et consuetudines, quae civitates et loci potestates vel consules aut quaecunque aliae personae contra libertatem ecclesiasticam vel personas ecclesiasticas hujusmodi edere aut servare temptarent contra canonicas vel imperiales sanctiones de ipsorum capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri facerent et si de caetero talia attemptarent, illa ipso jure decrevit esse nulla, et eos sua jurisdictione privatos, nec non locum, ubi talia deinceps praesumpta fuissent, banno mille marcarum auri fischo imperiali praeceperat subjacere. Potestates vero, consules, statutarii et scriptores statutorum praedictorum, nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta et consuetudines memorata judicarent, ex tunc essent ipso jure infames, quorum sententias et actus legitimos statuerat, quodque si per annum praefatarum constitutionum jubenti forent contemptores, bona eorum per totum suum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, salvis nichilominus aliis poenis contra tales in eisdem consiliis generalibus promulgatis. Et insuper voluit idem tunc imperator, quod nulla communitas vel persona publica seu privata collectas sive exactiones angarias vel perangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis hujusmodi imponere seu invadere ecclesiastica bona praesumeret, quod si secus faceret et requisitam ab ecclesia vel imperio hujusmodi emendationem contempneret, tripliciter refunderet et nichilominus banno imperiali subjaceret, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper, quod quaecunque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiae violatam persisteret, ipso jure similiter dicto banno imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinaverat, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quaestione vel civili ad judicem saecularem trahere praesumeret contra easdem canonicas sanctiones et constitutiones imperiales, quod si secus faceret, actor a suo jure caderet et judicatum non teneret, ac judex ex tunc foret judicandi auctoritate privatus, quodque judices temporales, qui clericis et personis ecclesiasticis justitiam denegare praesumerent, tertio requisiti suam jurisdictionem amitterent,

constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum suorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium, qui tunc erant, auctoritate apostolica approbans et confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari, nec non statutarios et scriptores et vialatores praedictos excommunicatos eadem auctoritate annuntiari. Et deinde ad audientiam divae memoriae Karoli quarti etiam Romani imperatoris semper augusti deducto, quod nonnullae personae saeculares in potestatibus et officiis publicis constitutae, videlicet duces, marchiones, comites et barones et alii domini temporales, nec non consules civitatum, oppidorum, villarum et locorum, rectores in diversis provinciis ejusdem imperii, Dei timore postposito, statuta singularia et nequas ordinationes motu proprio et de facto contra ipsas personas ecclesiasticas et ecclesiarum libertates ac earum privilegia condiderant, illisque de facto et publice utebantur, contra canonicas et legitimas sanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam transferrent, et ne clerici in sacris ordinibus constituti ad agendum et testificandum in civilibus et maxime in piis causis aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati laici et publice denuntiati in civili foro minime repellerentur, et insuper praedicti domini temporales, consules et rectores per saecularem potestatem res et bona clericorum occuparent, arrestarent et oblationes Christi fidelium minuerent atque restringerent, exactiones et talleas indebitas de bonis et redditibus ecclesiarum exigerent et extorquerent, possessiones ecclesiarum et personarum earundem devastarent, incendiis et rapinis contractus inter clericos et laicos factos legitime ad libros civitatum, villarum et locorum praedictorum inscribere et sigillare recusarent, donataque et legata ad fabricas et ecclesiarum structuras contra praelatorum voluntatem et aliorum, quorum interrogat, temere usurpare praesumerent ac in fraudem et odium clericorum de bonis etiam et rebus eorundem clericorum, quae non causa negotiationum, sed pro eorum propriis usibus, per eorum terras ducebant seu duci faciebant, theloneum exigere et recipere non verebantur et confugientes ad ecclesias et etiam cimiteria inde extrahere contra canonicas et imperiales sanctiones hujusmodi praesumpserant et praesumebant. Idem Karolus imperator tanquam christianissimus princeps volens in praemissis providere de remedio salutari etiam et quorundam principum, ducum, comitum, baronum fideliumque aliorum

sacri imperii saepedicti, consilio et auctoritate imperiali quaecunque statuta et consuetudines praedicta tanquam per canonicas atque per civiles sanctiones expresse reprobata cassavit, irritavit et annullavit ac cassa et irrita nulliusque esse voluit roboris vel momenti, praecipiens sub imperialis banni poena universis et singulis principibus et dominis temporalibus, consulibus, potentatibus ac aliis in officiis publicis in eodem imperio constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta et ordinationes sicut in praejudicium ecclesiasticae libertatis editae fuerant, omnino revocarent et de luce tollerent, quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias dicerent aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet per se et contra eandem ecclesiasticam libertatem potirentur. Pronuntiavit insuper et eadem decrevit auctoritate, quod quicunque laicus, cujuscunque status aut conditionis existeret, ausu sacrilego et propriae temeritatis audacia sacerdotem vel clericum saecularem aut religiosum diffidaret, prosterneret, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret aut in carcere detineret, vel hujusmodi malificia perpetrantes scienter receptaret, aut eis favorem praestaret praeter poenas a sacris canonibus et legalibus sanctionibus in tales inflictas, eo ipso redderetur infamis ac omni honore privatus, nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quovis modo, hortans insuper in Domino et requirens ecclesiasticos praelatos in illis partibus, in quibus committerentur talia, constitutos, ut legem imperialem hujusmodi per eorum ecclesias et synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam suam valerent in hac parte excusare, prout in constitutionibus et sanctionibus consiliorum et Honorii praedictorum ac imperialibus praefatis plenius continetur. Postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Rabani episcopi et dilectorum filiorum, majoris et sancti Widonis ac omnium sanctorum intra Spirenses, nec non sancti Germani extra muros Spirenses ecclesiarum, decanorum et capitulorum ac cleri civitatis Spirensis petitio continebat, magistri civium, consules et communitas ejusdem civitatis iniquis et sinistris suasionibus forsan ducti, constitutiones, censuras et poenas supradictas non verentes, seu se eas ignorare dissimulantes, diversas villas, praedia, possessiones et domos ad episcopum, decanos, capitula, clerum et ecclesias praedictas communiter vel divisim spectantes, ausu voluntario manuque po-

tenti hostiliter invaserunt earumque aliquas ignis incendio, aliquas vero aliis exquisitis maliciis devastarunt ac rebus et bonis earum de facto spoliarunt, nonnullas etiam ex canonicalibus et aliis domibus earundem ecclesiarum in dicta civitate consistentes ruperunt, seu in parte vel in toto juxta eorum libitum voluntatis diruerunt, seu demoliri fecerunt aliaque multiplicia et gravia dampna ac impedimenta, nec non molestias et injurias eisdem episcopo, decanis, capitulis ac clero in eorum et ipsarum ecclesiarum libertatibus, juribus et jurisdictionibus, bonis et rebus aliis irrogarunt ac irrogare non desistunt, easdem censuras et poenas dampnabiliter incurrendo in animarum suarum grave periculum, divinae majestatis offensam, ecclesiasticae libertatis contemptum et scandalum plurimorum, quodque nuper ipse episcopus, decani, capitula et clerus, cupientes discordias et contentionem inter eos et dictos magistros civium, consules et communitatem, tam praemissorum occasione, quam ex aliis diversis causis suscitatas ad majora scandala et pericula, quae exinde timebantur continue exoriri et in foribus earum evitandum magis per concordiae et amicitiae, quam vigoris et justitiae viam sedari, post diversos tractatus et dietas super hujusmodi sedatione habitos in quatuor unum videlicet clericum et laicos tres probos viros, quorum videlicet clericus et unus ex eisdem laicis per episcopum, decanos, capitula et clerum, reliqui vero duo laici per magistros civium, consules et communitatem praedictos ad hoc tunc electi et nominati fuerant tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores, nec non in dilectum filium, nobilem virum, Ludovicum comitem palatinum Reni, tanquam in communem hominem sive arbitrum, ea conditione inter alia adjecta, quod si dicti quatuor arbitri partes ipsas de earum scitu et voluntate super praemissis amicabiliter concordare non possent, ex tunc quaelibet dictarum partium impeditionis querelas et articulos suos, quos contra partem sibi adversam exhibere et producere, nec non responsiones, exceptiones et replicationes, quas partes ipsae hincinde contra hujusmodi ex adverso proposita seu producta exhibere et quibus se juvare vellent, altera partium earundem in certis tunc expressis terminis successive tradere et exhibere deberent ac quod eisdem terminis transactis praefatus comes dictis partibus certum terminum eis per quatuordecim dies ante significandos statuerat, in quo praefatae partes cum dictis quatuor

arbitris coram eodem comite comparerent et hujusmodi suos impeditiones, querelas, articulos, responsiones, exceptiones et replicationes coram eisdem comite et aliis quatuor arbitris producerent et exhiberent, nec non si quid contra alterutrius articulos seu praedicta hujusmodi dicere vel allegare vellent, hoc etiam dicerent et allegarent ac alios sub certis modo et forma tunc expressis concorditer compromiserunt, suis literis earum sigillis munitis bona fide promittentes, quod quidquid comes et alii arbitri praedicti seu major pars ipsorum super articulis et aliis praedictis hujusmodi eis per ipsos arbitros visis et diligenter examinatis in jure cognoscerent, diffinirent seu dictarent, partes ipsae firmiter observare deberent et quod successive, cum praefati quatuor arbitri hujusmodi compromisso in se sponte suscepto, partes praedictas nec amicabiliter, nec etiam de jure componere seu concordare valerent, illi videlicet, quos episcopus, decani, capitula et clerus pro parte sua ab eis et quos magistri civium, consules et communitas praedicti pro parte sua, ut praefertur, elegerant, quatuor arbitri hujusmodi ab illis, quae utrimque contra partem sibi adversam dare, ponere, producere seu dicere volebant, articulis et capitulis traditis super hujusmodi discordiis et contentionibus, receptis praefatis tamen partibus, aliter non vocatis, nec aliis juris sollempnitatibus in praemissis adhibitis, juxta morem laicorum illarum partium hincinde suas super praemissis discordiis et contentionibus sententias dictantes, illas sub suis literis et sigillis praefato comiti consignarunt, idemque comes illis receptis ac eisdem, nec non omnibus aliis tam coram eo, quam dictis quatuor arbitris actis, actitatis, habitis et praedictis in praemissis diligenter recensitis et examinatis, habitisque super ipsis cum pluribus praelatis, doctoribus, comitibus, baronibus, militibus et aliis jurisperitis in numero copioso et digesto consilio deliberationeque matura, praefatis partibus etiam ad hoc aliter non vocatis, nec aliquibus aliis juris ordine vel sollempnitatibus in praemissis servatis, sed secundum hujusmodi morem laicorum partium earundem aequum arbitrium tulit inter partes antedictas, sed ipsi magistri civium, consules et communitas contra promissionem literas et sigilla sua hujusmodi venire non verecundantes, forsan ut eosdem episcopum, decanos, capitula et clerum, quorum magna pars ineffrenatos et voluntarios mores et motus ipsorum magistrorum civium, consulum et communitatis abhor-

rentes et fugientes, se ex dicta civitate, eorum habitationibus et ecclesiis etiam in non modicam divini cultus diminutionem relictis absentantes, in diversis locis extra civitatem eandem cum non paucis et gravibus angustiis jam per plures menses degerunt et degunt, diutius affligere et suorum excessuum et dilectorum poenas evadere valeant ab eodem arbitrio ipsum iniquum seu nullum asserentes, ad sedem apostolicam dolose et frivole, ut praesumitur, appellarunt. Nosque causam appellationis hujusmodi et negotii principalis dilecto filio magistro Friderico Deys, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, ad instantiam eorundem magistrorum civium, consulum et communitatis audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui in causa hujusmodi ad nonnullos actus citra tamen conclusionem inter partes ipsas dicitur processisse. Quare pro parte dictorum episcopi, decanorum, capitulorum et cleri asserentium, quod nisi ipsis in praemissis, de quibus etiam clarius in partibus illis, quam in in Romana curia liquere potest, celeriter succurratur, multo plura et majora mala et scandala ex eis oriri poterint, nobis fuit humiliter supplicatum, ut sublatis appellatione et causa praedictis arbitrium praefatum confirmare et observare, mandare et alias eis super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum statum salubriter dirigi earumque periculis et damnis obviare summis desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati ac causae statum, nec non compromissi arbitrii literarum et omnium aliorum praemissorum tenores ac merita habentes per singula sufficienter expressis, causamque hujusmodi, in quocunque etiam statu fuerit, harum serie ad nos advocantes, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis dictis magistris civium, consulibus et communitate ac aliis, qui fuerint evocandi de praemissis omnibus et singulis, te summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, auctoritate nostra diligenter informes, et si per informationem hujusmodi praemissa vera fore inveneris, arbitrium praedictum, si alias aequum fuerit, eadem auctoritate confirmes ac omnes defectus, qui propter ordinem et sollempnitatem juris non servatos aut alias intervenerunt, in praemissis suppleas ipsumque arbitrium facias, prout aequum est, auctoritate praedicta firmiter observari et insuper eosdem magistros civium, consules et com-

munitatem, nec non singulares personas praefatae civitatis, quos per similem informationem in praemissis excessibus culpabiles fore repereris, declares anathematis et excommunicationis ac alias censuras et poenas, tam per praedictas, quam alias canonicas et legales constitutiones et sanctiones, in talia perpetrantes, promulgatas incidisse eosque facias, ubi et quando ac quotiens expedierit, anathematizatos et excommunicatos ac censuras et poenas hujusmodi incidisse publice nuntiari et ut tales ab omnibus Christi fidelibus arctius evitare, donec passis injuriam satisfecerint competenter ac suum recognoscentes errorem ad ecclesiae unitatem redeuntes absolutionis beneficium meruerunt obtinere. Et nichilominus legitimis per te super hiis habendis servatis processibus eos, quotiens expedierit, aggravare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Caeterum si forsan hujusmodi magistrorum civium, consulum et communitatis, nec non singularium personarum praesentia promonitionibus et requisitionibus per te de ipsis faciendis tute vel commode haberi nequiret, nos tibi monitionem et requisitionem hujusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica locis affigendi publicis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam citatorum et monitorum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam et liberam concedimus tenore praesentium potestatem, volentes, quod monitionem, requisitionem et citationem hujusmodi, proinde ipsos citatos, requisitos et monitos, ut praemittitur, arcent, ac si eis factae et insinuatae praesentialiter et personaliter extitissent, non obstantibus tam piae memoriae Bonifacii papae octavi etiam praedecessoris nostri, quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et dioecesin, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad judicium evocetur, seu ne judices extra civitatem et dioecesin, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere seu aliquos ultra unam dietam a fine dioecesis eorundem trahere praesumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate praesentium non trahatur ac de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quae aliis apostolicis, nec non provincialibus et synodalibus ac municipalibus constitutionibus caeterisque contrariis quibuscumque aut si magistris civium, consulibus et communitati praedictis vel quibusvis aliis

communiter vel divisim a sede praedicta indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Florentiae tertio idus martii, pontificatus nostri anno tertio.

---

53. *Conrad III. erzbischof von Mainz beruft als bevollmächtigter des pabstes den Speyerer stadtrath vor sein gericht nach Aschaffenburg. Eltvil,* 1420 *april* 8.

Conradus Dei gratia archiepiscopus Moguntinensis, apostolicae sedis legatus ac sacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius judexque et commissarius causarum et causae ac partibus infrascriptis a sede apostolica specialiter deputatus, universis et singulis dominis, abbatibus, prioribus praepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, thesaurariis tam cathedralium quam collegiatarum, canonicarum parochialiumque ecclesiarum rectoribus et eorum locum tenentibus, plebanis, viceplebanis, presbyteris, curatis et non curatis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et dioecesin Spirensem et alias ubilibet constitutis salutem in Domino et mandatis nostris imo verius apostolicis firmiter obedire. Literas sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini divina providentia papae quinti, ejus vera bulla plumbea in cordula canapis more Romanae curiae impendentis, bullatas sanas et integras, non viciatas, neque in aliqua sua parte suspectas, sed prorsus omni vitio et suspicione carentes, nobis per reverendum in Christo patrem et dominum Rabanum, Spirensem episcopum, pro se, nec non venerabilem virum dominum Rabanum de Helmstatd, cantorem et canonicum ecclesiae Spirensis, etiam pro se ac procuratorio nomine venerabilium virorum, dominorum, decanorum, capitulorum et canonicorum majoris ac sancti Germani extra et sancti Gwydonis ac omnium sanctorum intra muros Spirenses ecclesiarum ac cleri civitatis Spirensis praesentatas, nos cum ea qua decuit reverentia recepisse noviter, tenorem qui sequitur continentem: Martinus episcopus etc. (sicuti Nrs. 52.) Post quarum quidem literarum apostolicarum praesentationem et receptionem fuimus per memoratum dominum Rabanum, episcopum principalem in dictis literis principaliter nominatum, nec non do-

minum Rabanum de Helmstatd, praefatorum dominorum decanorum et capitulorum majoris, sancti Germani extra, sancti Gwydonis et omnium sanctorum intra muros Spirenses ecclesiarum ac cleri civitatis Spirensis principalium praedictarum etiam in dictis nobis praesentatis literis principaliter nominatorum procuratorem sive syndicum, prout de sui procuratione sive syndicatione mandatis nobis legitimis constabat atque constat, documentis coram nobis personaliter constitutis, debita cum instantia requisiti, quatenus ipsis literas citatorias legitimas contra et adversus providos viros magistros civium, proconsules, consules et communitatem dictae civitatis Spirensis ex adverso, principales etiam in dictis nobis literis ex adverso principaliter nominatos, in forma legitima et consueta decernere et concedere ac alias ad executionem dictorum apostolicam et contentorum in eisdem juxta traditam et dictatam nobis a sede apostolica formam procedere dignaremur. Nos igitur attendentes requisitionem hujusmodi fore justam et rationi consonam, volentesque mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi ac in causa et causis hujusmodi rite et legitime procedere et partibus ipsis dante Domino justitiam ministrare, ut tenemur: idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet, qui super hoc fueritis requisiti seu fuerit requisitus, tenore praesentium primo, secundo, tertio et peremptorie requirimus et monemus, vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus accedatis, quo propter id fuerit accedendum et praefatos magistros civium sive proconsules et consules in eorum propriis personis, si ipsorum praesentiam commode habere poteritis, alioquin in hospitiis et habitationibus suis, si ad ea tutus pateat accessus. Consules vero et communitatem praedictos in loco, ubi ad sonitum campanae vel alias soliti sunt, convocatis, si hoc commode et tute fieri poterit, sin autem in cathedrali Spirensi ac parochialibus, sub quibus degunt et morantur, ecclesiis infra missarum sollempnia, dum ibidem populi multitudo convenerit ad divina, aliisve locis publicis et idoneis auctoritate nostra, imo verius apostolica, publice alta, intelligibili voce peremptorie citare curetis, ita et taliter, quod verisimile sit hujusmodi nostram citationem ad dictorum magistrorum civium, proconsulum, consulum et com-

munitatis dictae civitatis Spirensis notitiam pervenire, quos etiam et nos tenore praesentium sic citamus, quatenus duodecima die post executionem praesentium per vos aut alterum vestrum, ejus feriam immediate sequenti, si juridica fuerit et nos pro tribunali sederimus, alioquin proxima die juridica ex tunc immediate sequenti, in oppido nostro Aschaffenburg, nostrae dioecesis, et in castro ejusdem oppidi, quo nos inibi hora primarum consueta ad jura reddenda pro tribunali sedere contigerit, compareant coram nobis in judicio legitime per se vel procuratorem seu procuratores aut syndicos idoneum seu idoneos ad causam seu causas hujusmodi sufficienter instructos cum omnibus et singulis actis, actitatis, literis, scripturis, privilegiis et monumentis causam et causas hujusmodi quomodolibet tangentibus et concernentibus, dictis dominis Rabano, episcopo, ac decanis, capitulis et clero praefatis de et super omnibus et singulis, in dictis nobis praesentatis literis contentis de justitia responsuri ac in causa et causis hujusmodi ulterius ad omnes et singulos actus et terminos gradatim et successive ac usque diffinitam sententiam inclusive processuri et procedi visuri aliasque dicturi, facturi, audituri et recepturi, quod justum fuerit et ordo dictaverit rationis. Certificamus nichilominus dictos citatos, quos et nos tenore praesentium sic certificamus, quod sive in dicto citationis termino coram nobis comparere curaverint, sive non, nos nichilominus vel loco nostri forte per nos surrogandus judex et commissarius in causa et causis hujusmodi ad omnia et singula praemissa, prout justum fuerit, procedemus seu procedet, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Diem vero executionis hujusmodi atque formam et quidquid in praemissis duxeritis faciendum per vestras patentes literas seu instrumentum publicum, harum seriem seu designationem in se continentem seu continentes una cum remissione praesentium nobis quantociens poteritis fideliter intimare curetis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes nostras literas, sive praesens publicum instrumentum exinde fieri et per discretum virum magistrum Eberhardum, notarium publicum, infrascriptis subscribi et publicari mandavimus, nostri sigilli jussimus appensione communiri. Datis et actis in castro nostro Eltvil, nostrae dioecesis, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo, indictione tertia decima, die vero octava mensis aprilis hora vesperarum vel

quasi, pontificatus dicti sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini divina providentia papae quinti, anno suo tertio, praesentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Joanne, Dei gratia episcopo Herbipolensi, nec non venerabilibus et circumspectis viris dominis, Johanne Weysen, decano, Philippo Flach, custode, et Theodorico Knebel, canonicis ecclesiae Moguntinensis, Wernhero vom Hagen, scolastico et canonico ecclesiae Herbipolensis, Heinrico de Gulpen, decretorum doctore, Gothardo Stammel, decano ecclesiae sancti Stephani Moguntinensis, Heinrico de Bensheim, capellano nostro, et Heinrico de Bruchsella, vicario ecclesiae Spirensis, testibus ad praemissa vocatis pariter et rogatis.

---

54. *Raban bischof zu Speyer verspricht dem dortigen stadtrathe die burg bei Hanhofen nicht fortzubauen.* 1420 *mai* 31.

Wir Raban von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff. Als wir eynen buwe vnd beheltnisse angefangen haben by vnserm vnd vnsers stiffts dorf Heyenhofen mit graben vnd anders, das wir da dem erwirdigsten in Gots vatter vnd herrn herr Conraden ertzbischoffen zu Meyntze, vnserm gnedigen lieben herren zu willen vnd den ersamen burgermeister vnd rate gemeinlich der statd zu Spire, vnsern guten frunden vnd lieben getruwen zu fruntschafft, vnsern leptagen denselben buwe nit bevestigen wollen mit muren noch mit thornen, ane die bruckenheupt vnd da das thor vff steen wirdet. Vnd des zu vrkunde han wir vnser ingesigeln tun hencken an diesen brieff. Datum feria sexta infra octavas penthecostes anno Domini MCCCC. vicesimo.

---

55. *Martin V. pabst beauftragt den erzbischof Conrad zu Mainz die urtheilbriefe zwischen der geistlichkeit und dem rath in Speyer zu prüfen und zu bessern. Rom,* 1421 *mai* 15.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Conrado, archiepiscopo Moguntinensi, salutem et apostolicam benedictionem. Justis et honestis supplicum votis libenter annuimus illaque favoribus prosequimur opportunis. Sane petitio dilectorum filiorum, magistrorum civium, proconsulum, consulum et communitatis Spirensis nobis nuper exhibita

continebat, quod orta dudum inter ipsos ex una parte et venerabilem fratrem nostrum Rabanum, episcopum Spirensem, et dilectos filios, decanos, capitula ecclesiarum et clerum civitatis Spirensis super certis juribus, jurisdictionibus, injuriis et nonnullis aliis articulis tunc expressis et eorum occasione communiter vel divisim partibus ex altera, materia quaestionis et causa hujusmodi ad sedem apostolicam legitime introducta et coram dilecto filio, magistro Frederico Deys, capellano nostro et auditore causarum palatii apostolici, diutius ventilata, tandem nos causa hujusmodi in eo statu, quo tunc coram eodem Frederico auditore extitit, ad nos advocantes, eam tibi fratri archiepiscopo tunc electo Moguntinensi audiendam commisimus et fine debito terminandam et subsequenter partes ipsae volentes, ut dicebant, a lite hujusmodi omnino recedere illamque amicabili compositione finiri, etiam in te tanquam arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super praemissis omnibus et singulis compromiserunt tuque hujusmodi arbitrio in te sponte suscepto et ejus forma servata, de consilio etiam multorum comitum, baronum et nobilium virorum illarum partium, ad hoc etiam de earundem partium voluntate pariter et consensu vocatorum, aequam tulisti sententiam arbitralem sive concordiam inter ipsas partes et per illas perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observandam, quam etiam sub forma diversorum articulorum pronuntiasti, volens expresse, quod super omnibus et singulis articulis et concordia hujusmodi nil addendo vel diminuendo sub tuo et partium earundem sigillis ad perpetuam rei memoriam literae testimoniales confici debuissent et partibus tradi antedictis. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, postmodum repertae sunt quaedam literae super articulis et concordia praefatis confectae et sigillatae, in quibus ex errore vel prae nimia occupatione aut alias articuli et concordia hujusmodi aliter descripti, facta noscuntur, quam per te super praemissis pronuntiatum extitit sive expressum, pro parte magistrorum civium, consulum, proconsulum et communitatis praedictorum, ne occasione erroris hujusmodi nova oriatur quaestio inter partes, cum tu ac comites, barones et nobiles praedicti adhuc superstites, qui illis interfuistis, ut praefertur, et recordemini verisimiliter de praemissis, cum factum recens fore noscitur, nobis humiliter supplicatum, ut providere eis super hoc paterna diligentia curaremur. Nos igitur hujusmodi supplica-

tionibus inclinati fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis episcopo, decanis, capitulis et clero praefatis, nec non notariis, seu tabellionibus ac testibus et personis tunc praesentibus et in dictis literis descriptis et aliis, qui fuerint evocandi, omnes et singulas literas, super articulis et concordia praefatis confectas, auctoritate nostra coram te facias exhiberi, illasque una cum comitibus, baronibus et aliis nobilibus praedictis, nec non notariis seu tabellionibus ac testibus et personis tunc praesentibus et in ipsis literis descriptis aut illis ex ipsis, de quibus tibi videbitur, auctoritate nostra recenseas et quod justum fuerit, decernas, faciens quod deciveris eadem auctoritate per poenas in compromisso appositas praedicto per utramque partium praedictarum et alias firmiter observari. Non obstante, si episcopo, decanis, capitulis et clero, magistris civium, consulibus, proconsulibus et communitati praedictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a praedicta sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem et tenore praesentium decernimus hujusmodi concordiam juxta literarum ipsarum tenorem etiam interim hujusmodi pendente negotio plenarie observari, quodque si te contingat literas corrigere memoratas, priusquam ipsarum sigilla casses et amoveas ab eisdem, alias literas secundum hujusmodi correctionem de novo conficiendas a partibus hincinde suis sigillis ad instar praedictarum facias sigillari. Datum Romae apud sanctum Petrum, idus maji, pontificatus nostri anno quarto. Rta. gratis. Erasmus.

---

56. *Johann von Bensheim generalvicar zu Mainz beschwert sich über verleumdungen des Speyerer stadtraths.* 1421 *juli* 18.

Burgermeister vnd rate zu Spire. Ich han eynen brieff gesehen, mynem gnedigen herren von Meyntze von euch gesant, in dem in mynem herrn von Spire vnd siner pfaffheit meynent abzuslahen soliche freudliche rachtunge, die der egenannt myn gnediger herr von Meintz mit grosser arbeit vnd flissigem ernst mit beider parthien wissen vnd willen zwuschen uch zubracht hat. Vnd ihr bezihend mich in denselben brieff ettlicher sachen, die mir myn ere

antreffen, nemlich das ich in den versigelten brieven anders geschriben habe, dann die geratschlagt vnd vberkommen nottel vsswise. So ist mir auch gesagt, das ir semlichs fur vnsern heiligen vatter dem pabst, offenbarlich in dem hoff zu Rome habt lassen furlegen. Daran ir mir fur Gote vnd der gantzen werlde vnrecht vnd geweltichlich, vngutlich thut. Wannet ich libe vnd gute myne leptage sere wegethun vnd darnach mit flisse gestanden vnd gerungen han, wie ich myn ere erberclich zu bringen vnd semliche vntadt vermyden mochte, die ir mir vnverschulter sachen offmessend, dann der almechtig Gotd woll mir nummer anders getun, an selle, lip, ere vnd gut, dann als ich in uwer sachen gern getan hette, begeren ich von uch zu dem ersten male, das ir mir vmb soliche sache, damitd ir mir myn ere, alss ferre an uch ist, vntersteet zu benemen, karunge und wandel thud, als mir darumb noit ist. Vnd mich wundert auch sunderlich sere vnd ettlich andere, warumb in der pfaffheit rachtunge, von der ir furmals nye geclagt habt, un auch nit halten wollent, vnd begere des uwer beschriben entwurte mit diesem botten. Datum ipso die divisionis apostolorum, anno Domini MCCCCXXI. Johann von Benssheim probst zum heiligen crutz vsswendig Mentze etc. myns gnedigen herrn von Mentze vicarie in geistlichen sachen.

---

57. *Conrad III. erzbischof zu Mainz ersucht den pabst Martin V. der klagsucht der Speyerer keinen vorschub zu geben.* 1421 *juli* 24.

Cum humillima mei recommendatione devotissima pedum oscula beatorum. Beatissime pater et domine gloriosissime. Alias orta quaestionis materia inter reverendum patrem dominum Rabanum, episcopum Spirensem, amicum meum carissimum, ejus capitulum et clerum ex una, et consules et proconsules civitatis Spirensis ex altera parte, super nonnullis juribus et aliis statum ecclesiasticae libertatis concernentibus, tandem praeviis diversis tractatibus per praefatos compromissum erat in illustrem principem dominum Ludovicum, comitem palatinum Reni et Bavariae ducem, consanguineum meum carissimum, qui maturo praehabito consilio inter easdem partes pronuntians eis arbitralem sententiam in scrip-

tis, suo et sigillis amicorum a partibus electorum sigillatis, utrique parti tradidit et assignavit, a qua sententia pro parte consulum et proconsulum praefatorum ad vestram beatitudinem fuit appellatum, tandem beatitudo vestra sub ejusdem bulla michi eandem causam decidendam et praefatam sententiam sub certis modis et formis exequendam commisit. Volens igitur, ut decuit, apostolicis obedire praeceptis, onus michi per beatitudinem vestram impositum subii. Servatis demum coram me per partes praefatas nonnullis terminis, aestimavi melius fore, si praefata discordia partium assensu amice terminari valeret. Per hoc omnem rancorem inter ipsas partes sperabam funditus exstirpare. Praehabitis igitur multis tractatibus et placitis quam plurimis, non modicum laboriosis, tandem sicut placuit altissimo, vero pacis datore, partes ipsas hincinde, non ut arbiter, sed de scitu et assensu expresso partis utriusque plene concordavi, quam concordiam in scriptis per meos fideliter redactam et sigillo meo et partium praefatarum sigillatam eisdem tradidi et assignari feci, quam concordiam partes hincinde acceptarunt et ne pacis inimicus suae discordiae veneno hujusmodi concordiam turbare valeret in posterum, ad majoris roboris firmitatem partes hincinde, videlicet decani, capitula ecclesiarum praedictarum et consules et proconsules civitatis praedicti eandem concordiam, ut praemittitur, sollempniter juraverunt perpetuo servaturam, omni fraude et dolo semotis. Nunc autem, pater sanctissime, ad meam devenit notitiam, qualiter saepedicti consules et proconsules coram vestra beatitudine instent aut instare proponant, ut denuo sub certis modis praefata causa cognoscenda per beatitudinem vestram committatur, affectantes, ut aestimo, in suppressionem totalem, libertatis ecclesiasticae causam ipsam nunquam aliquo durabili fine concludi, de quo, si ita foret, ad plenum non sufficerem communicari. Supplico igitur vestram beatitudinem, beatissime pater, cum plena fiducia et omni humilitate, quatenus beatitudo vestra attendere dignetur, quo zelo laici plus solito hodiernis temporibus contra ecclesiasticum statum moliantur, fatigas meas et meorum, quibus in labore non modico vultus nostri pro plena concordia habenda insudavimus, et ut novit ille, qui nichil ignorat, incessimus puro corde et manibus, et si praefati consules et proconsules coram beatitudine vestra aliquid in praejudicium praefatae concordiae per ipsos voluntarie as-

sumptae et juratae proponere aut obtinere praesumerent, ipsos ab exauditionis gratia repellere et eis perpetuum silentium imponere dignetur, ut alii, hoc exemplo provocati contra libertatem ecclesiasticam agere, literis et sigillis propriis ac juramento eorum firmatis contravenire magis vereantur. Haec ergo beatitudini vestrae humilibus et fidelibus obsequiis deservire propono, quam altissimus pro regimine ecclesiae suae sanctae feliciter conservare dignetur. Datum die vigesima quarta julii anno Domini MCCCCXXI. vestrae beatitudinis humilis et totus fidelis, Conradus archiepiscopus Moguntinus, sacri imperii princeps elector.

---

58. *Raban bischof zu Speyer und die dortigen capitel ersuchen den pabst Martin V. der arglist der Speyerer keinen vorschub zu geben. Speyer,* 1421 *aug.* 5.

Beatissime pater et domine metuendissime post humillimam recommendationem ad devotissima pedum oscula beatorum. Quamvis per immensos labores, gravissimas expensas, plurimas vexationes, exilia, sollicitudines atque curas diversaque placita, multos tractatus, sententias, arbitramenta et compositiones, quae etiam ad vestrae beatitudinis aures saepius pervenerunt, crederemus, tam ego Rabanus episcopus quoad ea, quae mensem episcopalem, quam nos decani et capitula quoad ea, quae nostras mensas et libertatem ecclesiasticam concernunt, jam penitus esse cum civibus Spirensibus comportati, etiam apostolico beatitudinis vestrae favore non modico interveniente putaverimus quoque, nullum fore locum ultimam praesertim compositionem per reverendissimum in Christo patrem ac dominum, dominum Conradum, archiepiscopum Moguntinensem, non quidem ut arbitrum vel arbitratorem, seu etiam commissarium, uti fuerat a beatitudine vestra specialiter deputatus, sed tanquam primum interventorem ac pacis et concordiae ferventissimum zelatorem et sollertissimum mediatorem de partium expressis hinc-inde consensu et voluntate tractatam, per ipsas partes ex certa scientia sigillatim acceptatam pariter et praemissam ac per ipsum dominum archiepiscopum enuntiatam, per eundemque primo ac deinde per quamlibet partium seorsum sigillatam, nec non quoad clerum et cives ad invicem etiam juramento reciproce praestito validatam, prout ex tenore literarum autenticarum desuper confectarum, quarum trans-

sumpta ad vestrae beatitudinis curiam destinavimus, apparere potest cuilibet intuenti et in multiplicem observantiae practicam coram multis testibus fide dignis per partes hinc-inde positam et redactam, aliquatenus instringendi, cavillandi aut contra eam quomodolibet veniendi vel ipsam in dubium revocandi. Audivimus tamen, nec mirari sufficimus, quod praefati cives apud beatitudinem vestram insteterint sive instent, laboraverint vel laborent, mendosis et confictis quibusdam suggestionibus, ut ex praemissis convicitur, anhelantes, ut nova quaedam commissio in causa hujusmodi per vos fiat et per vos nova per ipsos contra nos, super rebus sollempniter finitis et transactis, placita instaurentur, in tantum quoque processerint, quod quaedam eis super hoc signatura in beatitudinis vestrae cancellaria, de quo non immerito aliqualiter territi sumus, dicitur esse facta, sed nullae apostolicae literae sunt nobis adhuc desuper intimatae. Cum itaque, beatissime pater, supra modum et ultra quam calamo scribi vel etiam verbo explicari posset, sumus occasione praemissorum tribulati, exinaniti, quasati pariter et exhausti, non sine ecclesiarum nostrarum damno maximo et jactura videlicet videamus aut excogitari posse credimus aliquid certitudinis refugium, si ultra et contra tot pacta, promissiones, juramenta et concordias sigillatas requiem non habemus, beatitudem vestram humili et devota prece instantissime supplicamus, quatenus nobis ecclesiisque nostris atque clero Spirensi apostolico praesidio taliter dignemini prōvidere, quod praefati cives non valeant contra nos de redemptione temporis et aliis aufractibus atque supterfugiis, quae diebus istis suspectissimis diu perperam quaesiverunt et cottidie quaerere non desistunt, amplius inaniter gloriari. Et ut vestra beatitudo etiam ultra praetacta ex habundanti valeat magis liquide conformari, dignetur etiam literas domini reverendi in Christo patris domini nostri archiepiscopi Moguntini eidem beatitudini vestrae destinatas et una cum praesentibus exhibendas advertere gratiose, per quas siquidem constat evidenter, quod praefati cives non erubescant manifesta falsa auribus apostolicis inculcare. Faciemus, beatissime pater, uti confidimus in eo, cujus indubias vices in terris geritis, Jesu Christo Domino nostro, qui beatitudinis vestrae personam excellentissimam pro salubri gubernatione populi christiani longis faciat temporibus prosperari. Datum sub meo Rabani epis-

copi, decani et capituli ecclesiae majoris Spirensis, sigillo die quinta mensis augusti anno MCCCCXXI.

---

59. *Raban bischof zu Speyer beurkundet die ächtheit dreier bullen des pabstes Johannes XXIII. zu gunsten der stadt Speyer.* 1422.

Rabanus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas domini Johannis, vigesimi tertii papae, vidimus et inspici fecimus nulla parte suspectas, hac forma: Johannes episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis, proconsulibus, consulibus et scabinis ac communi civitatis Spirensis salutem et apostolicam benedictionem. Vestrae devotionis integritas promeretur, ut votis vestris, in his praesertim, quae animarum salutem et divini cultus augmentum respiciunt, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte nostra petitio continebat, quod licet ad ea, per quae in singulis ecclesiis ac aliis piis locis civitatis Spirensis cultus ipse augeri valeat, ferventer anheletis sitisque singulis de vobis querulantibus, seu quibus estis quomodolibet obligati, prout debitum rationis exigit, jus suum realiter exhibere parati, contigit tamen saepius excommunicatos aliquos, clericos sive laicos, quibus etiam ecclesiae ingressus interdictus extitit, ad eandem civitatem declinare et propterea, nec non etiam propter diversas alias et praesertim pecuniarias causas, quosdam ex civibus, nec non habitatoribus et incolis civitatis ejusdem auctoritate ordinaria vel per conservatores seu delegatos, per sedem apostolicam deputatos aut ipsius sedis legatos seu eorum commissarios sive subdelegatos, diversis etiam potestatibus suffultos, excommunicari eisque dictum ingressum ecclesiae interdici seu loca illa, in quibus degunt aut ad quae declinant pro tempore eis stantibus ibidem, post ipsorum abinde recessum ad tempus aliquod interdici. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut ne propterea cultus ipse in civitate hujusmodi et ejus suburbiorum ecclesiis atque locis lentescat seu aliquatenus negligatur vobis, quod quotienscunque illi, quibus hujusmodi ingressus ex quacunque causa interdictus fuerit, ut praefertur, recesserint aut realiter expulsi fuerint a civitate praefata, in ecclesiis et locis eisdem missae et alia divina officia sollempniter et publice, apertis etiam januis, pulsatis campanis et ad notam pro

tempore celebrari valeant, vobis concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque volentes, ut eadem devotio ad nos et Romanam ecclesiam ferventius augeatur, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis ut etiam absque aliquo temporis intervallo, postquam illi, quibus hujusmodi ingressus ex causa quacunque extiterit interdictus, recesserint, sive realiter per vos expulsi fuerint a civitate praefata in ecclesiis ac locis eisdem, dummodo vos causam hujusmodi non dederitis interdicto, missae et alia divina officia hujusmodi sollempniter et publice, januis etiam apertis ac campanis pulsatis et ad notam pro tempore celebrari licite valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium de speciali gratia indulgemus, praemissis ac constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Bononiae VIIII. kal. aprilis, pontificatus nostri anno primo (24. martii 1411). Gratis de mandato domini nostri papae. G. Stoter. — Johannes episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quia libenter in pacis observantia delectamur, ea, quae sunt judicio vel concordia diffinita, ut illabata persistant, apostolico nos decet praesidio communire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, proconsulum, consulum, scabinorum et communis civitatis Spirensis petitio continebat, quod cum olim inter eos ac clerum civitatis praedictae super nonnullis dissensionibus ac discordiis tunc expressis materia quaestionis suborta fuisset, tandem super illis amicabilis inter ipsos, mediante clarae memoriae Rudolpho, Romano rege, compositio intervenit, quam pro ejus subsistentia firmiori apostolico praedicti praeconsules, consules, scabini et commune petierunt munimine roborari. Nos itaque petitionibus ipsis grato concurrentes assensu compositionem praedictam, sicut rite et provide facta et ab utraque etiam parte sponte suscepta et hactenus pacifice observata existit, ratam habentes atque gratam, eam auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio cummunimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eadem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, communitionis, ratihabitionis et suppletionis infringere vel ei ausu

temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Bononiae, VIIII. kal. aprilis, pontificatus nostri anno primo. Gratis de mandato domini nostri papae. G. Stoter. — Johannes episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Cognita dilectorum filiorum, proconsulum et consulum, nec non scabinorum et communis civitatis Spirensis devotionis constantia, quam ad nos et Romanam hactenus habuerunt et habent ecclesiam eosque habituros speramus in posterum, merito nos inducunt, ut petitionibus ipsorum, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte proconsulum et consulum, nec non scabinorum ac communis praedictorum nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim majoris et collegiatarum civitatis ejusdem ecclesiarum praepositi et decani, qui tunc erant, et capitula de facto statuissent et etiam ordinassent, quod nullus ex filiis sive nepotibus aut consanguineis vel affinibus civium Spirensium ad quodcunque ecclesiasticum beneficium in civitate praedicta vel dioecesi Spirensi posset recipi vel assumi, postea ut pax et concordia inter praepositos, decanos et capitula, nec non proconsules, consules, scabinos et commune hujusmodi pro tempore foveri ferventius ac conservari valerent, praepositi, decani et capitula praedicti statutum et ordinationem praefata duxerunt protinus revocanda. Nos igitur, qui cunctorum Christi fidelium pacem et concordiam intensis desideriis affectamus, eorundem proconsulum, consulum, scabinorum et communis in hac parte supplicationibus inclinati, revocationem praedictam utpote juri et rationi consonam approbantes, volumus et auctoritate apostolica statuimus, quod contra illam quicquam per praepositos et decanos earundem ecclesiarum, qui sunt et erunt pro tempore, nec non capitula hujusmodi nihil possit aut debeat aliquatenus innovari, decernentes irritum et inane, si quid forsan contra approbationem et nostrum statutum hujusmodi scienter et ignoranter contigerit attemptari. Datum Bononiae VIIII. kal. aprilis, pontificatus nostri anno primo. Gratis de mandato domini nostri papae. G. Stoter. — In quorum testimonium cartae huic sigillum nostrum est appensum, anno Domini MCCCCXXII.

---

60. *Raban bischof zu Speyer begabt Johann von Breitenbron mit Speyerer lehen.* 1422 *jan.* 17.

Wir Raban von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff, das Johann von Breydenbronn der junge, Symons seligen von Breydenbronn altester son, von vns empfangen hat vnd wir im auch geluhen han soliche lehen von vns vnd vnsserm stiffte zu Spire rurende, nemlich die dorffer Otterbach vnd Sampach vnd das burggestelle des bergs genannt Sterrenberg, vnd darczu gerichte, banne vnd manne vnd lude, hube vnd bestheupte, weide vnd weidgang vnd zehende, walde vnd felde, ecker vnd wiesen vnd wege, gulte vnd zinsse, nutz vnd felle mit allem begriff vnd zugehorunge, ersucht vnd vnersucht, wie man das nennen oder finden mag nust vssgenommen. Derselbe Johann hat vns von diesen vorgeschrieben lehengutern gelobt vnd gesworn, getruwe vnd holt zu sin vnd vnssern schaden warnen vnd zu tunde, als eyn man syme herren billich vnd durch rechte pflichtig ist zu tunde ane alle geverde. Wir han herinn vssgenommen vnssere rechte, vnsserer manne rechte vnd einem iglichen sine rechte ane alle geverde. Des zu vrkunde haben wir vnsser ingesiegel tun hencken an diesen brieff. Der geben ist vff sant Anthonius tag, anno Domini MCCCCXXII.

---

61. *Raban bischof zu Speyer sendet der stadt Speyer den fehdebrief. Udenheim,* 1422 *juni* 15.

Wir Raban von Gots gnaden bischoff zu Spire, lassen uch burgermeister vnd den rate, alle vnd igliche burger vnd die gemeynde der statd zu Spire wissen, das vmb der kuntliche vnd schinbare frevele, gewalt, mutwillen, vngehorsame, wiederspennkeite, verzuge, vbergriffe, intrage, infelle, schmacheite vnd vnrechte, die ir gein dem almechtigen Gotte, siner wirdigen mutter, vnser lieben frauwen vnd vnsern stiffte, vnd den die zu vns vnd vnserm stiffte gehorent vnd vns zu versprechen steent, vns gethan, gehellen vnd bewogen hant, vber vnd wieder sunen rachtungen, verschribungen, gelubde, verspruchnisse, briefe, ingesigele, ere vnd eyde, des ir dick vnd vil hermanet vnd versucht sint, wollen wir uch strafen vnd zu uwern liben vnd guten griffen, wie, wo vnd durch wen wir des bekomen mogent vnd wollent in solicher massen,

uwer fint sin vnd alss ferre vns not oder bekemelich ist, das vnser ere fur alles das, daz sich darunder verlauffen wird gein uch bewart han, mit vrkunde diss vnsers offen briefs, versiegelt mit vnserm vffgedruckten ingesiegel. Der geben ist zu Udenheim vff montag nach vnsers herrn lichnams tag, anno Domini MCCCCXX. secundo.

---

62. *Ludwig IV. kurfürst von der Pfalz sendet der stadt Speyer den fehdebrief. Heidelberg,* 1422 *juni* 15.

Ludwig von Gots gnaden pfalzgraf by Rine etc. Wissent burgermeister, rate vnd burger gemeynlich der statd zu Spire. Als der gnedige in Got vatter, herr Raban bischoff zu Spire, vnser besonder freundt, uch verschrieben, verkundet vnd zu wissen getan hat, das er uch strafen vnd zu uwerm liben vnd guten griffen, vnd uwer fint sin wolle, als dann sine brieff innehaltet, den er uch gesannt hat: do wollen wir desselben herrn Rabans, umb siner anruffunge vnd bete willen, helffen vnd vmb sinen willen uwer fint sin vnd in sinem frieden vnd vnfrieden sin vnd des vnser ere vmb alles das, daz sich darunder verlauffen wirdet, gein uch bewaret han, mit diesem vnserm offen brieff zu urkunde versiegelt mit vnserm vffgetruckten ingesigel. Geben zu Heydelberg vff mentag nach vnsers herrn lychnams tag, anno Domini MCCCCXXII.

---

63. *Ludwig IV. kurfürst von der Pfalz und Raban bischof zu Speyer vertragen sich mit einander wegen eroberung der stadt Speyer.* 1422 *juni* 20.

Von Gottes gnaden, wir Ludewig pfaltzgrave by Rine des heiligen Romischen riches ertztruchses vnd hertzug in Beyern, vnd wir Rabann bischoff zu Spire. Bekennen beyde vnd tun kund offenbar mit diesem brieve allen den, die yne sehent oder horent lesen, das wir hertzug Ludewig vor vns vnd vnser erben, pfaltzgraven by Rine vnd wir Rabann bischoff zu Spire vor vns, vnsere nachkomen bischove vnd den stiefft zu Spire, vns gutlichen vnd fruntlichen mit eynander vereyniget vnd yetwedder syte eynander getruwelichen zu halten verschrieben han, in der masse als hernach geschrieben stet. Czum ersten, wer es das der almechtige Got vns

bischoff Rabann das glucke gebe, das wir mit hulffe vnd bystand des obgenannten vnsers herren hertzug Ludewiges vnd vnsers herren hertzog Otten sines bruder die rechte stad zu Spire gewonnen, so sullen vnd wollen wir bischoff Rabann vnd vnsere nachkommen bischove vnd der stiefft zu Spire, dem obgenannt vnserm herren hertzug Ludewige oder sinen erben, pfaltzgraven by Rine, funffzig dusent guter Rinischer gulden vnd dem vorgenannt vnserm herren hertzug Otten sinem bruder zehen dusent guter Rinischer gulden geben vnd bezalen, oder wir vnd vnser nachkomen bischoffe vnd der stiefft zu Spire sullen aber dem obgenannt vnserm herren hertzuge Ludwige vnd sinen erben, pfaltzgraven by Rine, das halbeteyl der vorgenannten rechten stad zu Spire vnd auch das halbeteyl der furstedte daselbes, mit allen nutzen, renten vnd fellen zu dem halben teyl werden vnd fallen lassen in pfandeswise uff eyne abelosunge, die wir Rabann vnd vnsere nachkomen, bischove vnd stiefft zu Spire, mit der obgenannten summe funfftzig tusent guter Rinischer gulden daran haben sullen. Vnd wir der obgenannt hertzog Ludewig vnd vnsere erben, pfaltzgraven by Rine vnd wir bischoff Rabann vnd vnsere nachkomen, bischove vnd der stiefft zu Spire, sullen auch alsdann die vorgenannte stad zu Spire mit den furstedten vnd yren zugehorunge als vorgeschrieben stet in rechter gemeynschafft besitzen vnd inhaben als lange biss das die abelosunge mit den funfftzig dusent gulden geschicht, als vorgeschrieben stet, derselben abelosunge wir hertzug Ludwig vnd vnsere vorgeschrieben erben dem obgenannten herren Rabann bischoff zu Spire, sinen nachkomen vnd dem stiefft, willig vnd gehorsam sin vnd darinne nit tragen noch vns darwidder setzen sullen, wann das von yren wegen an vns gefurdert wirdet. Vnd wann die vorgenannte losunge also gescheen ist, so sullen die alsdann, darnach wir bischoff Rabann vnd vnsere nachkommen, bischoffe vnd der stiefft zu Spire, alleyne by der stad Spire vnd den fursteten daselbs gantze mit allen nutzen, renten vnd fellen verliben vnd sullen die alsdann haben vngehindert von vns hertzug Ludewig vnd vnsern erben, pfaltzgraven by Rine. Vnd ist es, das wir hertzug Ludewig vnd bischoff Rabann die stad zu Spire also in gemeynschafft besitzen vnd innehaben werden, so sullen wir beyde dem obgenannten vnserm bruder vnd herren hertzug Otten die obgenannten zehen tusent gulden bezalen, vnser

iglicher das halbeteyl daran, oder wir sullen yme aber eyn jerliche gulte davon geben, mit namen funff hundert gulden geltes, vnser iglicher drythalb hundert gulden, als lange biss das wir yme die vorgenannt zehen tusent gulden bezalen, doch mit solichem gedinge, wann wir bischoff Rabann oder vnsere nachkommen bischove vnd der stiefft zu Spire das halbeteyl der stad zu Spire mit der vorgenannte summe funfftzig tusent gulden von vns hertzug Ludewigen oder vnsern erben, pfaltzgraven by Rine abelosen wollent, das sie auch alsdann vns oder vnsern erben, pfaltzgraven by Rine, so vyl geltes, alsdann wir oder dieselben vnsere erben, pfaltzgraven by Rine, dem vorgenannten vnserm bruder, hertzug Otten an den obgenannten zehen tusent gulden haubtgeltes geben vnd bezalet hetten, auch damytde geben vnd bezalen sullen. Es sollent doch auch wir der vorgenannte bischoff Rabann vnd vnser nachkomen, bischoffe vnd stiefft zu Spire, by vnsern bischofflichen ampten vnd by dem geistlichen geriecht daselbes, wie das dann eynem bischoff zugehoret, gentzlich alleyn verliben, vnd auch alle werntliche gerichte, herlichkeyde, ampte, zolle, zinse, gulte, nutze vnd felle an gelte, fruchte, wine vnd anders, wie dann vnser furfaren bischoffe, wir vnd vnser stiefft die bisher inne vnd herbracht haben, vngeverliche zuvornss alleyne geruwelichen besitzen vnd inhaben, von vns hertzug Ludwig vnd vnsern erben vngehindert ane alle geverde. Wir die obgenannten hertzug Ludewig vnd bischoff Rabann vnd vnsere erben vnd nachkomen sullen vnd wollen auch, so wir mit eynander in gemeynschafft der vorgenannten stad Spire also komen vnd die besitzen vnd innehmen igliche parthie die andern by iren halbenteil daran mit iren zugehorungen als vorgeschriben stet, alle diewile die vorgeschriben losunge nit gescheen ist, geruweclichen bliben lassen vnd hanthaben, schuren vnd schirmen ane alle geverde. Auch sullen vnd wollen wir hertzug Ludewig vnd vnsere erben, pfaltzgraven by Rine, als lange wir mit den vorgenannten herrn Rabann vnd sinen nachkomen bischoven vnd dem stiefft zu Spire die stad zu Spire also in gemeynschafft besitzen vnd innehan, den dumeprobest, dechane, capittele vnd alle pfaffheid zu Spire, innewendig vnd vsswendig der muren, samentliche vnd besunder by allen yren rechten, gewonheiden, freiheiden, zinsen, gulten, suonen vnd rachtungen verliben lassen vngehindert vnd sollen sie auch mit dem obgenannten herren Ra-

bann vnd sinen nachkomen daby hanthaben, schuren vnd scirmen ane alle geverde. Vnd wir bischoff Rabann sullen auch alsdann mit dechan vnd capittel vnseres stiefftes zu Spire nach allem vnserm vermogen bestellen, yren willen vnd verhengnisse mit irem besiegelten brieve zu allem dem das hievor geschriben stet zu tunde. Es sullen auch wir beyde herren, so wir die stad zu Spire also ingenommen, mit den burgern vnd innewonern zu Spire bestellen vnd sie dartzu halten, so wir hierinne kommen, das sie sweren vns, bischoff Rabann, vnsern nachkomen vnd dem stiefft, als iren rechten herren vnd vns hertzug Ludwig vnd vnsern erben pfaltzgraven by Rine in pfandewise, nach lude dieses brieves zu gehorchen, zu gewarten vnd gehorsam zu sinde, vnser bestes zu werben vnd vnsern schaden zu warnen ane alle geverde. Vnd es sullent vnser beider amptlude, dorwerter, thornknechte vnd wechter daselbes uff diesen brieff auch hulden, globen vnd sweren vnser iglichen herren, vnsern erben vnd nachkomen zu yren rechten zu gewarten vnd gehorsam zu sinde. Alles das hie vorgeschriben stet versprechen, gereden vnd globen wir hertzug Ludewig vor vns vnd vnsere erben, pfaltzgraven by Rine vnd wir bischoff Rabann vor vns vnd vnsere nachkomen, bischove vnd stiefft zu Spire, by vnsern furstelichen truwen, eren vnd wirdikeyden, allezyt getruwelichen ware, feste, stete vnd vnverbruchlichen zu halten, zu vollenfuren vnd zu tunde vnd auch darwidder nit zu suchen oder zu tunde durch vns selbs oder ymand andern in deheyne wise ane alle geverde. Vnd haben des alles zu vrkund vnd vestem gezugnisse wir hertzog Ludwig vor vns vnd vnsere erben, pfaltzgraven by Rine vnd wir bischoff Rabann vor vns vnd vnsere nachkomen, bischove vnd den stiefft zu Spire, vnsere ingesiegeln an diesen brieff tun hencken. Der geben ist in dem jare als man schreyb nach Cristi gepurte viertzehen hundert zwentzig vnd zwey jare vff den samsstag nach vnsers herren lychnams dag.

---

64. *Sigismund könig entbindet den bischof Raban der verantwortlichkeit für die abgegebenen reichsregister. Nürnberg,* 1422 *aug.* 24.

Wir Sigmund von Gots gnaden Romischer kunig zu allen zyten merer des richs, vnd zu Ungarn, zu Beheim, Dalma-

tien, Croatien etc. kunig, bekennen vnd tun kunt offenbare mit diesem brieve allen den, die yen sehen oder horen lesen. Als der erwirdige Raban, bischoff zu Spire, vnser furste, rate vnd lieber andechtiger, seligen gedechtnuss herrn Ruprechts etwant Romischen kunigs, vnsers nechsten vorfaren an dem heligen riche cantzler gewesen ist vnd also etliche register vnd bucher solicher sachen vnd handlunge, die sich by des obgenannten kunig Ruprechts zyten seligen inne dem heligen Romischen riche vnd von desselben richs wegen ergangen vnd erlauffen hant, machen vnd begriffen lassen vnd die zu sinen handen gehapt hat, dieselben register vnd bucher auch wir darnach, als wir zu dem heligen Romischen riche kamen, dem obgenannten Raban, bischoffe zu Spire empfolhen hatten von vnsern vnd des riches wegen zu gehaltende vnd die nyemans zu vbergebende an vnser sunderliche geheiss vnd bevelhunge. Das haben wir nu sunderlichen den obgenannten Raban geheissen vnd ym auch nemlich bevolhen, daz er soliche registere vnd buchere dem erwirdigen Jorgen, bischove zu Passauwe, vnserm fursten cantzler vnd lieben andechtigen eyngeben vnd zu sinen handen reichen solle, das auch derselbe bischoff Raban also getan vnd dieselben register vnd bucher dem obgenannten vnserm cantzler vbergeben vnd gereychet vnd derselbe vnser cantzler sie von vnsern vnd des riches wegen inne genommen vnd empfangen hat, daran vns gentzlich von dem obgenannten bischoff Raban von solicher register vnd bucher wegen genuget vnd haben es wole von yme zu dancke. Hyervber so sagen wir fur vns vnd vnsere nachkomen an dem Romischen riche den obgenannten bischoff Raban, sine nachkommen bischove zu Spire vnd auch sin erben, von rechter wissen vnd Romischer kuniglicher macht, vollkommenheit, allen ansprach, forderunge vnd anlangunge, die wir oder vnsere nachkommen an demselben Romischen riche von solcher register vnd bucher wegen, haben oder tun mochten, aller dinge qwyt, ledig vnd lose. Wir setzen vnd wollen auch mit rate vnserer fursten, graven vnd anderer getruwen, daz der obgenannte bischoff Raban, sine nachkommen bischove zu Spire vnd auch sin erben aller handlunge vnd sachen von deheyner register oder bucher wegen, die vns oder dem heligen riche zugehoren solten oder mochten vnd was sich damit verlauffen hat biss vff diesen hutigen tag datum diss briefs, gentzliche ledig absolvieret vnd zu

ewigen zyten von vns vnd vnsern nachkommen an dem heligen Romischen riche dess aller dinge on ansprache vnd vnbeteydingt sin sollen. Mit vrkunde diss brieves versigelt mit vnser kuniglichen majestadt ingesiegel. Geben zu Nuremberg nach Crists geburte viertzehen hundert jar vnd darnach in dem zwey vnd zwenitzigsten jare, an sant Barthlomes tag vnserer riche des Hungerischen etc. in dem sechs vnd dreyssigsten, des Romischen in dem czwelfften vnd des Beheimschen inne dem drytten jaren. Ad mandatum domini regis, Michael praepositus Beleslaviensis.

---

65. *Sigismund könig erneuert dem bischofe Raban zu Speyer die zollfreiheit für alle bedürfnisse des bisthums. Nürnberg,* 1422 *sept,* 3.

Wir Sigmund von Gots gnaden Romischer kunig zu allen zyten merer des richs vnd zu Hungern etc. bekennen vnd tun kunt offenbare mit diesem briefe allen den, die yen sehen oder horen lesen. Wie wole alle kirchen, geistliche personen vnd ire gutere von gemeynes rechten rechtes wegen nicht schuldig sint, zolle oder andere vngelt zu geben oder zu bezalen von yeren eigenen gutern, die sie nit in kauffmanschatz wise furent, tun faren oder senden, vnd sie nyemandt dazu zu bezalende dringen sol, daz auch die erwirdigen zu zyten bischofe vnd der stiefft zu Spire, also lang zyte nach einander genossen vnd herbracht vnd von seligen gedechtenisse kaiser Karln, vnsers lieben vatters, friheit hant, als wir vernommen haben: ydoch ist vns von wegen des erwirdigen Rabans, nu bischoff zu Spire, vnsers lieben fursten, rats vnd getruwen furbracht, daz das etwan geyn yme vberfaren vnd er vnd sin stifft das zu schaden komen sint. Wann wir nu eyme iglichen vnd sunderlich geistlichen personen sines rechten nit alleyn gunnen, sunder sie auch daby hanthaben vnd schirmen sollen vnd die obgenannte stieffte zu Spire ein merglich glid des heligen Romischen richs, dem wir von Gottes vorsehunge vor sin, ist, vnd auch der obgenannte Raban, drettende in die fussstapfen siner furfaren, vns vnd dem heligen riche vfft vnd dicke getrulichen gedienet hat, vnd wir das teglichen von im, sinen nachkomen vnd dem stieffte zu Spire wartende sint: haben wir mit rade vnserer fursten, graven, herrn vnd anderer vnser getruwen vor vns vnd vnsere nachkommen Romische

keiser vnd kunige, dem obgenannten Raban, bischoff zu Spire vnd sinen nachkommen daselbst, das obgedachte gemeyn rechte an dem ende sunderlichen zu erfüllende vnd zu vollfurende vnd ym vnd dem stieffte sin redliche friheite vnd herkommen zu behaltende vnd zu bestetigende, verlihen, gegunnet vnd erlaubet, verlihen, gunnen vnd erlauben yne auch in crafft dieses briefs von rechter wissen vnd Romischer kuniglicher machte, vollkommenheit, daz sie zu yeren vnd des stiffts gebruche, wo, wie vnd wanne sie das duncket, yne oder demselben stiefft, nutzlich oder bequemlich sin, alle vnd igliche fruchte, wyne, spise, coste, holtze, stein vnd andere dinge, der sie dann gebruchen wollen, die sie mit kauffmannschafft zu triben, furent an allen vnd yglichen enden, stetten, wegen, strassen vnd pessen, zu wasser vnd zu lande, alles zolles, vngelts vnd andere beswerunge frey vnd ledig fure vnd furen lassen, oder senden mogent vnd sie nyemant, wer oder in welichem state, wirdigkeit oder wesen der sey, deheynen zolle oder vngelt davon zu bezalende dringen oder von yne oder wem sie das empfellende, nemen oder schetzen sol noch mag, noch sie beschweren in deheyne wise. Hervmbe so gebieten wir allen vnd yglichen vnsern vnd des riches kurefursten, andern fursten, graven, herrn, fryen, rittern, knechten, gemeinschaften der stete vnd dorffere vnd auch vnsern des richs vnd iren amptluten vnd zolnern, die nu sind vnd die hernach werdent vnd allen andern vnsern vnd des richs vndertanen vnd getruwen, geistlich vnd werntlich, daz sie den obgenannten Raban, sine nachkommen, bischofe vnd den stiefft zu Spire solichs obgedachten gemeynen rechten, friheit vnd herkommens vnd auch vnser sunderlichen bestetigunge, verlihunge, gunsts vnd erlaubunge, als vorgeschriben stent, geniessen vnd der gebruchen lassent vnd keinen zoll oder vngelte von yen noch dem yeren nement oder vffhebent noch susst heran beschwerent in deheyne wise als liep in sy vnsere vnd des heligen riches swere vngnade zu vermiden. Wann wer herwidder tete, in welichem state, wirdigkeit oder wesen der were, der sol vber vnser vnd des richs vngnade in eyn pene zwyentzig margk lotiges goldes, als offt vnd dicke daz geschee, mit der geschicht zu stund verfallen sein, die halbe in vnser kunigliche camer vnd das ander halpteile dem obgenannten Raban oder sinen nachkommen, bischoven vnd dem stifft zu Spire zugehoren sollent. Mit vrkunde des briefs versiegelt

mit vnser kuniglichen majestat ingesiegel. Geben zu Nurenberg nach Cristus geburte vierzehen hundert jare vnd darnach in dem czwey vnd zwenigisten jare, am durnstag nach sant Egidien tag, vnser riche des Hungerischen etc. in dem sechs vnd drissigisten, des Romischen in dem zwolften vnd des Beheimischen in dem dritten jare. Ad mandatum domini regis, Franciscus praepositus Strigoniensis.

---

66. *Sigismund könig ertheilt dem bischofe Raban zu Speyer die erlaubniss allenthalben im hochstifte festungsbauten errichten zu können. Nürnberg, 1422 sept. 3.*

Wir Sigmund von Gots gnaden Romischer kunig zu allen zyten merer des richs etc. bekennen vnd tun kunt offenbare mit diesem briefe allen den, die yen sehen oder horen lesen. Wann wir von Gott darzu gekoren sind, daz wir allermenglich zu rugen frieden vnd guten bewarunge furderlich, gunstlich vnd behulflich sin sollent vnd wir doch daz nit an allen enden, also folliglich versorgen kundent, da werde etwan wider rechte, mit gewalte vnd freveln vnd vngezemten mentschen darzu getragen, darumbe wir auch ydermann vnd allermeist fursten vnd herrn, geistlich vnd werntlich gunnen sollent, sich solichs frevels vnd gewalts zu beschutten vnd zu erwerende vnd sunderlich sichs selbs ir vndertane vnd das ir darfur zu bewarende. Herumbe angesehen, daz der stift zu Spire ein mergklich furstenthume vnd glid des heligen richs vnd an mancherley andern furstenthum, herschafft vnd lande, da zu dickenmale sich misshelunge, kriege vnd vngefelle erhebendt, stossende vnd gelegen ist vnd der erwirdige Raban, bischoff zu Spire, vnser furste, rade vnd lieber getruwer, vns vnd dem riche manigfelterlichen mit truwen vnd zu gedient hat vnd er vnd sin nachkommen, bischofe zu Spire daz furbass thun sollen vnd mogen, haben wir mit rate vnserer fursten, graven, herrn vnd anderer getruwen fur vns vnd vnsere nachkommen Romische keisere vnd kunige dem obgenannten Raban vnd sinen nachkommen bischoven zu Spire, verlihen, gegunnet vnd erlaubet, verlihen, gunnen vnd erlauben in crafft diesss brieffs von rechter wissen vnd von Romischer kuniglicher macht, vollkommenheit, daz sie in yeren vnd des egenannten stiefftes von Spire landen vnd gebieten, allenthalben vnd an iglichen enden, wo sie dan getruwen, daz

ess dem stiefft nott oder beqwemlich sy vff vnserm vnd des riches, daz sie von vns zu lehen haben oder iren vnd des stiffts eigen, mit graben, steinen, muren, turnen vnd anders burglichen werlichen vnd andern buwe von nuwem an vnd auch davor gebuwen ist durch sich selbs, ire amptlute oder wene sie daz heissent oder empfelhent, anfahen, beharren, volfuren vnd vollenden mogent, von vns, vnsern nachkommen an dem riche vnd aller menglich daran vngehindert. Were auch, daz wir oder vnsere vorfarn an dem riche yeman, inne was states, wirdigkeit oder wesens der were, oder deheyner stat oder gemeinde, wer die weren vnd nemlich vnsern lieben getruwen burgermeistern vnd rate der stat zu Spire deheyn verlihunge, gnade vnd friheit, herwidder vor zyten getan oder geben hetten, oder hernach tun oder geben wurden, die sol dem egenannten Raban, sinen nachkommen, bischofen vnd dem stiefft zu Spire heran keinen schaden oder vnstatten bringen. Wann wir soliche verlihunge, gnade vnd friheit, als ferre sie dem obgenannten Raban, sinen nachkommen, bischoven vnd dem stifft zu Spire, schaden oder vnstatten heran brechte oder bringen mochte, von rechter wissen vnd Romischer kuniglicher machte, vollkommenheite von nu als dan vnd von dan als nu gentzlich abetunt, vernichtent vnd widderrufent vnd wollen, daz sie aller dinge craftloss vnd vermechtig sin sollen. Vnd wir gebieten auch herumb allen vnd iglichen kurfursten, anderen fursten, graven, herrn, frien, rittern, knechten, gemeinschafften der stette vnd dorffere vnd andern vnsern vnd des richs vnderthanen vnd getruwen vnd sunderlich den obgeschrieben burgermeistern vnd rate der stat zu Spire, daz sie den obgenannten Raban vnd sine nachkommen, bischove zu Spire by solicher vnser verlihunge, gnaden, gunst vnd erlaubunge, bleiben, solichen buwe, als obgeschriben stet, tun lassent vnd sie daran nit hindernt, noch irren inne deheyne wise, als liep yem sy vnser vnd des heligen riches swere vngnade zu vermiden. Dan wer herwidder tete inne welichem state, wirdigkeit vnd wesen, wer der were, der sol vber vnser vnd des riches vngnade in eyn pene funfftzig marke lotiges goldes, als oft vnd dicke daz geschen, mit der geschicht zu stunt verfallen sin, die halbe in vnser kunigliche kammer vnd das ander halpteile dem obgenannten Raban oder sinen nachkommen, bischoven vnd dem stifft zu Spire zugehoren sollen. Mit vrkunde

diss briefs versigelt mit vnserer maiestadt ingesiegel. Geben zu Nuremberg nach Crist geburte vierzehen hundert vnd darnach ime zwey vnd czwenitzigisten jare am durnstag nach sant Egidien tag, vnserer riche der Hungerischen etc. in dem sechs vnd drissigsten, des Romischen in dem zwolften vnd des Beheimischen in dem dritten jare. Ad mandatum domini regis, Franciscus praepositus Strigoniensis.

---

67. *Raban bischof zu Speyer bestätiget die ächtheit einer urkunde seines vorfahrers Friedrich's von Bolanden vom* 13. *november* 1290. 1423.

Rabanus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant omnes, quod nos literas huic cartae insertas vidimus et inspici fecimus, nulla parte suspectas: Fridericus Dei gratia episcopus Spirensis. Ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod nos attendentes grata fidelitatis obsequia nobis per dilectum famulum et camerarium nostrum, Waltherum de Lemberg, impensa et impendenda, eundem aliquali munusculo respicere cupientes, eidem decem marcas argenti legalis in feodum concedimus, ita quod singulis de praecaria vini nostri apud Hagenbach singulis annis unam carratam vini recipiat, donec praedictas marcas integre vel partem mediam persolvamus ac media parte soluta dimidiam carratam vini recipiet supradicti, totali vero facta solutione pecuniam praedictam in possessiones convertet, inviolabiliter easdem a nobis et ecclesia nostra titulo feodi perpetuo possidebit. In cujus rei testimonium eidem has nostras literas dedimus sigilli nostri robore communitas. Datum Valle coloris anno Domini MCC. nonagesimo in crastino beati Briccii confessoris. — In quorum fidem huic cartae sigillum nostrum duximus appendendum. Anno Domini MCCCCXXIII.

---

68. *Raban bischof zu Speyer bestätiget die ächtheit zweier vom pabste Martin V. im jahre* 1418 *dem kloster St. Lambrecht ausgestellter urkunden.* 1423.

Rabanus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant omnes, quod nos literas huic cartae insertas vidimus et inspici fecimus, nulla parte suspectas: Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus, priorissae et conventui monasterii sancti Lamberti in montibus per priorissam soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, sub cura et secundum

instituta ordinis fratrum praedicatorum viventium, Spirensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam rigor aequitatis, quam etiam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilectae in Christo filiae, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipatae, cum omnibus bonis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis praestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri protectione suscipimus atque nostra, omnesque libertates et immunitates a praedecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia vel alias indulgentias nobis et monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus, principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et monasterio vestro praedicto concessas, specialiter autem terras, decimas, possessiones et alia bona vestra, sicut ea juste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, salva in praedictis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae susceptionis, confirmationis et communitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Constantiae VIII. kal. februarii, pontificatus nostri anno primo. Jo. de Nursia. — Martinus episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio decano ecclesiae sancti Guidonis Spirensis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in Christo filiarum, priorissae et conventus monasterii sancti Lamberti in montibus per priorissam soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, sub cura et secundum instituta ordinis fratrum praedicatorum viventium, Spirensis dioecesis, precibus inclinati, praesentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, quae de bonis ipsius monasterii alienata inveneris illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Constantiae VIII. kal. fe-

Digitized by Google

bruarii, pontificatus nostri anno primo. Jo. de Nursia. — In quorum fidem huic cartae sigillum nostrum duximus appendendum. Anno Domini 1423.

---

69. *Raban bischof zu Speyer erlässt mit dem domcapitel daselbst neue capitelsstatuten. Heidelberg,* 1423 *april* 21.

Nos Rabanus, Dei gratia episcopus Spirensis, recognoscimus publice per praesentes, quod matura deliberatione cum venerabilibus decano et capitulo majoris ecclesiae nostrae praehabita, de consilio, assensu et expressa voluntate eorundem ad laudem Dei omnipotentis, gloriosae virginis Mariae, matris suae, dominae atque patronae nostrae, pro divini cultus augmentatione, ipsius ecclesiae nostrae bono statu et tranquillitate, partim ex antiquis observantiis honeste introductis, per nos recensitis et partim ex sanctorum patrum institutis canonicis, jure, scripto et ratione adminiculantibus, nonnullas ordinationes in vim et modum statutorum praesentibus duximus annotandas, volentes atque decernentes, easdem salvis aliis canonicis provincialibus et synodalibus statutis atque rationabilibus consuetudinibus ecclesiarum, quibus tamen non fuerit expresse inferius derogatum, sub poenis annexis inviolabiliter observari. Inprimis itaque volumus et ordinamus, quod nulla fiat distributio seu divisio praebendarum in nostra ecclesia cathedrali in grano, vino, pecuniis aut aliis obventionibus quibuscunque, nisi prius deductis pensionibus et aliis debitis persolvendis. Item quia beneficium datur propter officium, volumus et ordinamus, quod canonici nostrae ecclesiae cathedralis praebendas suas, tam in vino, quam in grano et aliis obventionibus per totius anni circulum pro rata suae circa ecclesiam praesentiae, quando suspensi non fuerint, mereantur, nec aliquo certo die vel brevi duntaxat tempore praesentes, vinum, granum seu aliquam notabilem quotam obventionum quarumcunque ultra ratam suae praesentiae valeant deservire, sed ultra quamlibet tertiam diem suae absentiae, juxta morem ipsius ecclesiae computandam, pro rata temporis sint suspensi ab omni emolumento seu perceptione fructuum aut obventionum quarumcunque eisdem ratione praebendae seu canoniae quomodolibet debitorum portione cujuslibet sic suspensi, ad fabricam vel aliam ecclesiae utilitatem publicam et non alias per suspensores, qui hoc diligenter respicere debent, conservanda

et secundum arbitrium capituli convertenda, salvis tamen quindena suspensorum decano Spirensi cedente, nec non autumpno et tribus quindenis cuilibet canonicorum pro absentia sine suspensione concessis seu indultis. Item ut in praecipuis festis divinus cultus in nostra cathedrali ecclesia decentius et sollempnius peragatur, volumus et ordinamus, quod quicunque canonicorum nostrae cathedralis ecclesiae, in primis vespris alicujus festorum subscriptorum, videlicet nativitatis Christi, paschae, penthecostes, assumptionis beatae Mariae virginis, annuntiationis ejusdem, dedicationis ecclesiae, et omnium sanctorum in choro dictae ecclesiae non comparuerit et in missa ejusdem festi non remanserit, pro quolibet festorum praedictorum poenam unius floreni Rhenensis, pro medietate ad fabricam et pro alia medietate ad ornatum ipsius ecclesiae applicandi se noverit incurrisse, salvis nichilominus aliis poenis prius ex statuto vel consuetudine introductis. Item ut personis praesentibus et capitularibus ecclesiam respicientibus eo major facultas suppetat, onera suae residentiae et respectús hujusmodi supportandi, alliciantur quoque canonici ad magis residendum circa ecclesiam et eam ferventius respiciendum, volumus et ordinamus, quod bona ecclesiae, quae hactenus sub certo annuo censu canonicis sub officiorum nomine fuere concessa, quotienscunque et quandocunque deinceps vacaverint, ad manus capituli devolventur et proventus eorundem inter vere et personaliter residentes et canonici capitulares aut in negotio ecclesiae missos, et non alios, perpetuo dividantur, solo censu, qui prius de bonis hujusmodi solvi consuevit, inter praebendas communiter dividendo. Item quoniam in ecclesia Spirensi fuit non sine rationabili causa antiquitus observatum, quod nullus Spirensis canonicus quantumcunque praebendatus ad dignitatem vel officium in eadem ecclesia eligebatur, nec ad aliquam electionem active aut claustralem curiam, seu specialem possessionem ecclesiae sub nomine officii admittebatur, aut etiam jure nominandi, praesentandi vel conferendi aliquod beneficiorum ecclesiasticorum ad collationem decani et capituli ejusdem ecclesiae spectantium, gaudebat vel utebatur, nisi completis annis redemptionis et personali residentia per annum facta, satisfactoque camerae de anno episcopali, nos observantiam hujusmodi laudantes, approbantes et renovantes, statuimus et ordinamus hoc deinceps, ut praemittitur, perpetuis temporibus observari, volentes insuper ex

certis causis, quas experientia rerum magistra rationabiles docuit, quod nullus canonicorum voce capitulari in ecclesia Spirensi gaudeat, seu capitulum, nisi specialiter vocatus intret, aut capitularis dicatur, seu juribus capitularibus utatur, nisi dictis redemptionis et residentiae annis completis et factis, nec non de anno episcopali camerae satisfacto. Poterunt tamen canonici presbiteri vel alias in sacris constituti etiam non capitulares uti mitra canonicali et in choro stare in locis sive stallis, in quibus alii presbiteri seu in sacris constituti stare consueverunt. Item ad obviandum diversis scandalis et oblocutionibus antiquam nostrae cathedralis ecclesiae observantiam, quamvis certis praeteritis temporibus aliqualiter non sine scandalo interruptam renovantes, statuimus et ordinamus, quod ex nunc in antea nullus in eadem ecclesia nostra recipiatur in canonicum, vicarium seu beneficiatum, nisi sit de legitimo matrimonio procreatus, volentes, quod quilibet in admissione sua juret inter alia se propria aestimatione de legitimo matrimonio procreatum a suis consanguineis et ejus notitiam habentibus, haberi, teneri et reputari. Et si talis admittendus fuerit de partibus remotis seu prosapia ignota aut alias de illegitimatione suspectus, fidem de sua nativitate legitima decano et capitulo facere teneatur, antequam ad beneficium ecclesiae admittatur. Ut tamen viris literatis deferatur, nolumus dictum nostrum statutum ad doctores vel licentiatos in jure divino vel humano seu baccalaureos formatos in theologia aut magistros in medicina extendi, quominus ad vicarias vel alia beneficia minora in ecclesia nostra propter gradus dignitatum recipi valeant et admitti. Item pro arduis ecclesiae nostrae negotiis eo diligentius pertractandis et celerius, si opus fuerit terminandis, statuimus et ordinamus, quod deinceps quolibet anno quatuor generalia ipsius ecclesiae capitula habeantur temporibus infrascriptis, primum scilicet ipso die sancti Anthonii, secundum quarta feria post dominicum Quasimodogeniti, tertium ipso die sancti Kiliani, quartum in crastino beati Gorgonii et fiat quodlibet illorum capitulorum cum continuatione aliquot dierum sequentium, si et prout tunc decano vel ejus locum tenenti et capitulo praesentibus videbitur expedire. Quilibet etiam quatuor terminorum seu dierum praedictorum sic pro homine interpellet, quod quilibet capitularis ecclesiae nostrae se ad hujusmodi capitula teneatur praesentare, etiam non vocatus. Absentes quoque tunc a

voce et emolumentis capitularibus sint suspensi, nec infringere valeant ea, quae tunc praesentes agentur et capitulariter concludentur. Item statuimus et ordinamus, quod si contingat aliquem canonicorum seu vicariorum nostrae ecclesiae in civitate Spirensi furiosum, quod absit, aut loprosum effici vel alias taliter infirmari, quod ad chorum, capitulum vel computum non valeat commode personaliter venire et hujusmodi infirmitas non sit manifestata, tunc capitulum honestam personam ad infirmum hujusmodi transmittat, et si hujusmodi personae transmissae fuerit de hoc facta fides, tunc talis infirmus percipiat distributiones cottidianas et denarios computales, ac si personaliter in choro, capitulo vel computatione comparuisset, non obstante consuetudine contraria alias observata, quam tenore praesentium tollimus et abolemus, nolentes tamen per hoc alicui plus juris in distributionibus cottidianis seu denariis computalibus percipiendis tribuere, quam alias sibi debeatur, nec etiam antiquo statuto, per nos renovato de perceptione praesentiarum, quod incipit: „Bonae rei," quoad sanos et incolumes aliqualiter derogare. Item ad obviandum fraudibus quorundam petentium licentiam ad studia literarum, providendumque ecclesiae nostrae, ut reperiri valeant strictius personae ipsius in casibus opportunis, statuimus et ordinamus, quod si quis canonicorum nostrae cathedralis ecclesiae Spirensis licentiam petiverit et obtinuerit se ad generale studium transferendi, nominare teneatur decano et capitulo ecclesiae nostrae certum studium sive locum ad hoc privilegiatum, ubi voluerit tunc studere, et si fuerit propinquus locus scilicet infra sex dietas, vel circiter, in eodem manere et perseverare debebit absque loci mutatione seu hincinde vagatione, nec ad aliud studium se transferre, nisi nova a praedictis decano et capitulo petita licentia et obtenta. Si vero locus fuerit remotus, utpote ultra montes in Italia, Gallia, Anglia, Ungaria, Bohemia, Austria, Moravia, Bolonia vel Brusia, poterit talis absque nova licentia se ad aliud studium similiter remotum se ex causa rationabili transferre, dum tamen decano et capitulo praedictis notificet locum, ad quem se transtulerit, quantocius poterit opportune. Si quis vero contrarium fecerit, ab illa hora, qua dimittit studium, primo per eum nominatum suam noverit licentiam exspirasse et per consequens a perceptione fructuum praebendae suae se suspensum, donec secundum nostrae ecclesiae consuetudinem restituatur. Item, ut

divinus cultus eo diligentius et decentius, praesertim in cantu, psalmodia, lectionibus cottidianis, responsoriis et versiculis peragatur, statuimus et ordinamus, quod deinceps esse debent perpetuis temporibus octo juvenes panenses sive chorales nuncupati, bene vociferati, disciplinati et in cantu sufficienter instructi, chorum ecclesiae nostrae Spirensis cottidie tempore divinorum respicientes, quatuor videlicet in uno et quatuor in latere altero chori constituti, non divertentes, nec a choro recedentes, sed divino cultui continue diligenter intendentes, nisi de licentia decani vel ejus locum tenentis aliud pro tempore incumbat, quibus decanus et capitulum dictae nostrae ecclesiae habebunt ultra ea, quae ab olim consueverant talibus choralibus assignari de cappis nigris et pelliciis hyemalibus et alias competenter providere. Si quis autem istorum choralium sive panensium minus videretur idoneus aut deficeret in praedictis, per decanum et capitulum repelli et alius idoneus in ejus locum subrogari poterit et debebit, totiens quotiens fuerit opportunum. Item cum plures missae cottidie veniant diversis horis in nostra ecclesia celebrandae, quae juxta instituentium rationabilem voluntatem transire debent ebdomadatim de persona in personam per canonicos et vicarios presbiteros successive, volumus et ordinamus, quod quilibet canonicus sive vicarius ecclesiae nostrae, quem ordo tetigerit, si emolumentum exinde percipere voluerit, missam hujusmodi, nisi rationabilis infirmitas vel decrepita senectus impediat, per se ipsum et non per alium cantare seu legere teneatur. Si vero supersedere et emolumento hujusmodi carere voluerit, hoc tempestive decano, vel ejus locum tenenti, notificare poterit et debebit, ut videlicet alius, secundum ordinem sequens de hoc certificatus, se ad hoc disponere valeat et optare, salvo tamen decani privilegio, qui juxta nostrae ecclesiae consuetudinem propter alia ardua sibi incumbentia potest tales missas et alios chori actus per suum capellanum vel alium celebrare, exceptis summis festivitatibus, quibus per se debet chori officia eum tangentia peragere, nisi fuerit legitime impeditus. Item ut tractatus sive actus capitulares eo maturius et quantum fieri poterit absque divini cultus impedimento peragantur, statuimus et ordinamus, quod decanus nostrae cathedralis ecclesiae, vel ejus pro tunc locum tenens, quandocunque sibi capitulum videbitur pro die crastina celebrandum, hoc circa horam completorii de sero singulis canonicis residentibus, vel ad minus ad eorum

habitationes faciat intimari, intimatione autem sic facta quilibet canonicorum tunc praesentium in crastinum, cessante impedimento legitimo, statim finitis matutinis in loco capitulari comparere, nec abinde sine capituli licentia recedere, quamdiu pro tunc capitulum celebratur, sed in loco et ordine suo secundum introitum ad praebendam sedere et colloquium suum sive votum disciplinate et modeste in ordine suo et non alias explicare sive proferre in medium teneatur, nisi forsan specialiter de aliqua facti circumstantia vel alias interrogaretur aut causae tunc tractandae singularem notitiam habens, pro leviori expeditione, caeteris negotium enarraret, contrarium faciens pro qualibet vice a fructibus beneficii et distributionibus chori ac etiam capituli per diem integrum sit suspensus. Si tamen inopinate casus vel causa emerserit aut literae, vel nuntiatio decano vel ejus pro tunc locum tenenti innotuerit, propter quam vel quas repente videatur capitulum indicendum, hoc statim poterit singulis canonicis praesentibus intimari et quocunque opportuno tempore, modo quo praemittitur, celebrari. In quorum omnium et singulorum testimonium nos Rabanus episcopus praedictus sigillum nostrum praesentibus fecimus appendi. Nos vero decanus et capitulum dictae majoris ecclesiae Spirensis fatemur et recognoscimus per praesentes, quod omnia et singula suprascripta, de nostris consilio, assensu et bona voluntate certaque scientia, per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Rabanum Spirensem episcopum supradictum, edita sunt et promulgata, unde nostri capituli sigillum majus dicti domini nostri episopi sigillo est praesentibus coappensum. Datum et actum in oppido Heidelberg, Wormatiensis dioecesis, in monasterio Augustinensium, ubi tunc generale capitulum nostrae ecclesiae certis ex causis celebrabatur, feria quarta proxima ante dominicam, qua cantatur in ecclesia Dei Jubilate, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio.

---

70. *Raban bischof zu Speyer erlässt mit dem domcapitel daselbst neue anordnung für die Speyerer dompräbendare und anderweitigen stiftsgeistlichen. Heidelberg,* 1423 *april* 21.

Nos Rabanus Dei gratia episcopus Spirensis, recognoscimus publice per praesentes, quod matura deliberatione cum venerabilibus decano et capitulo majoris ecclesiae nostrae

praehabita, de consilio, assensu et expressa voluntate eorundem ad laudem Dei omnipotentis, gloriosae virginis Mariae, matris suae, dominae atque patronae nostrae, pro divini cultus augmentatione, morum compositione, ecclesiae nostrae et totius cleri Spirensis bono statu et tranquillitate populorumque nobis subjectorum aedificatione, partim ex antiquis observantiis honeste introductis, per nos recensitis, et partim ex sanctorum patrum institutis canonicis, jure, scripto et ratione adminiculantibus, nonnullas ordinationes in vim et modum statutorum praesentibus duximus annotandas, volentes atque decernentes easdem salvis aliis canonicis, provincialibus et synodalibus statutis atque rationabilibus consuetudinibus ecclesiarum, quibus tamen non fuerit expresse inferius derogatum, sub poenis annexis inviolabiliter observari. Inprimis itaque statuimus et ordinamus, quod canonici et vicarii nostrae cathedralis et aliarum ecclesiarum collegiatarum civitatis et dioecesis nostrae Spirensis, cessante legitimo impedimento, diligenter visitent chorum, devote intersint sollempniis divinorum, cantantes et psallentes communiter ea, quae communiter sunt cantanda seu psallenda et quilibet singulariter vel cum alio aut aliis secundum exigentiam temporum et festorum, per se actus chorales sibi adscriptos incumbentes vel injunctos peragentes, aut per alium seu alios ejusdem status, praesertim in festis majoribus, alias per vicarios in eadem ecclesia, nec aliqua pro tunc ibidem colloquia seu privatas orationes, bini vel trini facientes, ingredientes, stantes, sedentes in propriis stallis et suo tempore egredientes humiliter et disciplinate, tonsurati et coronas suo congruas ordini, nec non decentes vestes, absque fissuris et foderaturis externis patentibus atque superpellicia vel cappas cum mitris deferentes, collopedes praesertim ferratos extra chorum dimittentes, nullo modo per ecclesiam vel circa tempus divinorum spaciantes vel vagantes, sed reverenter divino cultui intendentes. Quicunque vero in praemissis negligens vel culpabilis fuerit, canonicus per decanum, coassumptis sibi duabus canonicis non negligentibus vel culpabilibus in praemissis, vicarius autem per ipsum decanum arbitrarie puniatur, quorum in puniendo negligentiam, si comperta fuerit, episcopus pro tempore existens per se, vel quoad canonicos ecclesiae cathedralis per suum commissarium ad hoc specialiter deputandum, quoad alios vero per suum vicarium aut officialem, aliumve commissarium, suppleat et emendet, decanus autem, si fuerit culpabilis in

praemissis, per capitulum amicabiliter corripiatur, et nisi resipuerit, per episcopum arbitrarie puniatur. Item volumus et ordinamus, quod cottidianae distributiones sive praesentiae chori distribuantur et deserviantur secundum formam et tenorem antiqui statuti per decanum et capitulum nostrae majoris ecclesiae dudum facti, per nos approbati et etiam renovati, cujus tenor sequitur in haec verba: „Bonae rei dare consultum“ etc. (Sicuti supra tom. I. Nr. 539). Hoc autem statutum ad alias collegiatas ecclesias civitatis et dioecesis nostrae, ubi melius per statutum vel approbatam consuetudinem provisum non fuerit, extendimus per praesentes, volentes, quod in omnibus hujusmodi ecclesiis collegiatis distributiones cottidianae sive praesentiae pariformiter distribuantur et similiter deserviantur. Item statuimus et ordinamus, quod vicarii et altaristae seu capellani nostrae majoris et aliarum collegiatarum ecclesiarum civitatis et dioecesis nostrae Spirensis missas sibi incumbentes personaliter celebrent, aut si fuerint legitime impediti, per alios sacerdotes notos et honestos celebrari procurent vicibus et horis, prout ex fundationis onere vel antiqua consuetudine sunt adstricti, quibus vero certus missarum numerus non est impositus, ad minus in ebdomada semel, cessante impedimento legitimo, celebrare teneantur, alioquin per decanum ejusdem ecclesiae a perceptione fructuum suorum in hujusmodi ecclesiis, beneficiorum et chori praesentiis suspendantur, cujus negligentiam episcopus per se vel alium suppleat et emendet. Nullus etiam vicariorum, altaristarum seu capellanorum praedictorum suum beneficium aut celebrationem missarum sibi incumbentium ultra unam ebdomadam alteri commendare, nec quisquam commendam hujusmodi in se recipere praesumat absque sui decani vel alterius superioris immediati licentia speciali. Item statuimus et ordinamus, quod omnes clerici civitatis et dioecesis Spirensis etiam extra ecclesias incedant tonsurati et coronas suis ordinibus congruas deferentes, in habitu clericali honesto et decenti, non cincti desuper, nec brevibus, variis, fissis aut appertis vestibus, quibus corporis habitudo pateat, desuper induti, nisi forsitan in itinere constituti, nec calciamentis ab extra consuticiis vel alias dissolutis utentes. Secus faciens per episcopum per se, vel si nostrae cathedralis ecclesiae canonicus fuerit, per ejus specialiter ad hoc commissarium, alter vero per ejus vicarium aut officialem aliumve commissarium arbitrarie taliter puniatur, quod cedat caeteris

in exemplum. Item prohibemus, ne aliquis clericus beneficiatus aut in sacris constitutus publice chorisare seu ad taxillos vel in alea ludere, praesertim cum laicis aut coram eis, praesumat. Contrarium faciens per ebdomadam pro qualibet die factionis hujusmodi a fructibus beneficii et chori distributionibus sit suspensus, et si continuaverit, ad acriores poenas usque ad privationem suam inclusive procedatur. Item statuimus, quod nullus vicariorum nostrae cathedralis aut alterius collegiatae nostrarum civitatis et dioecesis absque licentia decani sui se ab ecclesia valeat absentare, qui decanus sibi ex causa licentiam per quindenam et non ultra concedere possit. Si quis vero ampliori tempore voluerit abesse a suis decano et capitulo, petat licentiam et reportet, alioquin adstatim a suo beneficio in illa ecclesia sit suspensus et ulterius usque ad privationem contra ipsum, si qualitas negotii et ipsius rebellio seu contumatia exegerint, procedatur. Item prohibemus, ne aliquis clericus intra vel extra muros Spirenses beneficiatus tempore divinorum infra emunitatem nostrae cathedralis vel alterius collegiatae ecclesiae infra vel extra muros Spirenses constitutae, sine religione, hoc est superpellicio vel cappa chorali audeat incedere quovis modo, alioquin per decanum ipsius ecclesiae, ubi sic incesserit vel in qua beneficiatus exstiterit, aut per quemcunque canonicum cum religione incedentem, qui ipsum sine religione transeuntem per hujusmodi emunitatem viderit, a fructibus sui beneficii atque praesentiis per unam diem suspendatur. Item ne defunctorum piae voluntates perperam infringantur, quin potius, ut institutiones seu fundationes aut dotationes beneficiorum diligentius observentur, volumus et ordinamus, quod deinceps omnes et singuli collatores, praesertim ecclesiastici nostrarum civitatis et dioecesis, beneficia ad suam collationem spectantia juxta tenorem et intentionem institutionis, fundationis seu dotationis cujuslibet beneficii personis idoneis et capacibus atque in aetate et ordine pro tunc sufficientibus constitutis et non alias conferant, alioquin collatio sit ipso jure nulla pro illa vice, mox ad superiorem proximum, salvis tamen institutionibus, fundationibus et dotationibus beneficiorum hujusmodi, desolvatur, qui etiam sub eadem poena taliter conferre, ut praemittitur, teneatur et collator secus faciens nichilominus per quatuor menses ab beneficiorum collatione sit suspensus. In quorum omnium et singulorum testimonium nos Rabanus episcopus praedictus sigillum nostrum praesen-

tibus fecimus appendi. Nos vero decanus et capitulum dictae majoris ecclesiae Spirensis fatemur et recognoscimus per praesentes, quod omnia et singula suprascripta de nostris consilio, assensu et bona voluntate certaque scientia per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Rabanum, Spirensem episcopum supradictum, edita sunt et promulgata, unde nostri capituli sigillum majus dicti domini nostri episcopi sigillo est praesentibus coappensum. Datum et actum in oppido Heidelberg, Wormatiensis dioecesis, in monasterio Augustinensium, ubi tunc generale capitulum nostrae ecclesiae certis ex causis celebrabatur, feria quarta proxima ante dominicam, qua cantatur in ecclesia Dei Jubilate, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio.

---

71. *Raban bischof zu Speyer ordnet die curatpfründe zum h. kreuz im allerheiligen stifte daselbst. Udenheim,* 1423 *mai* 15.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Rabanus Dei gratia episcopus Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. In partem sollicitudinis ecclesiasticae divina miseratione vocati, hoc praecipue gerimus in votis, ut subditarum nobis ecclesiarum status taliter disponatur, quod exinde saluti fidelium animarum nostris temporibus consulatur, et quamvis hoc idem nostri praedecessores zelati fuerint, temporibus retroactis, uti praeclara eorum vestigia manifestant, pro veritate tamen temporum, etiam quantoque salubriter ordinata conveṇit in melius transmutari. Sane ad ecclesiam sanctae Trinitatis praedictae in nostra civitate Spirensi oculos nostrae pastoralis vigilantiae inter caetera dirigentes animadvertimus, quod cum in eadem sit ab antiquo sollemne canonicorum saecularium collegium institutum, nonnullis etiam laicis ad eandem confluentibus et ibidem percipientibus ecclesiastica sacramenta, pro quibus ministrandis et animarum cura exercenda quoddam manuale officium ibidem in altari sanctae crucis consueverit haberi pro sacerdote, ad nutum venerabilium devotorum nostrorum dilectorum, decani et capituli dictae ecclesiae pro tempore institutum seu destitutum, solitum gubernari, hujusque officii proventus fuerint et sint adeo tenues et modernis suspectis temporibus diminuti, quod nullo modo pro sustentatione congrua ipsum gubernantis incumbentibusque supportandis oneribus suffecerint, nec sufficiant de praesenti. Unde non reperiatur idoneus, qui hujusmodi velit officium

acceptare et sit tam vivorum parochialia jura quaerentium, quam defunctorum ibidem quiescentium animae, debitis obsequiis, quod nonnisi dolenter ferimus, defraudentur. Nuper autem quodam beneficio in dicta ecclesia, quod apud aliquos canonicatus et praebenda temporibus praesertim ultimis auris vulgariter nuncupata, quaeque vero vicaria in dicta ecclesia apud alios censebatur per mortem seu liberam resignationem quondam Emerici de Sunsheim, ejusdem beneficii ultimi possessoris, vacante, prout hodie vacat, opportunitas se nunc ingerat apto remedio dictis neglectibus occurrendi. Nos ad instantem petitionem dictorum decani et capituli, matura cum eisdem deliberatione praehabita, de eorum consensu expresso et certa voluntate, circa praemissa taliter duximus providendum. Inprimis siquidem dictum vacans beneficium sive canonicatus et praebenda sive vicaria in dicta ecclesia fuisse censeatur, annullavimus, extinguimus et suppressimus, nec non totaliter annullamus, extinguimus et supprimimus per praesentes, delentes atque cassantes in eodem, tam canonicatus et praebendae, quam etiam vicariae seu alterius ecclesiastici beneficii nomen et rem, cum omnibus suis honoribus, appendiciis, titulis seu praerogativis penitus et omnino, sic quod nullus deinceps ad ipsum beneficium suppressum, ut praemittitur, et exstinctum sub canonici, vicarii aut quocunque alio nomine, quavis auctoritate seu facultate assumatur vel quomodolibet admittatur, aut eodem vel ejus juribus, aut fructibus seu obventionibus ut sic, uti valeat, vel gaudere. Insuper de praefato officio in manuali in dicto altari sanctae crucis, omnibusque juribus et emolumentis ejusdem novum, stabile et perpetuum beneficium ordinavimus et ereximus in ecclesia memorata, nec non ordinamus et erigimus, atque instituimus per praesentes, quod quidem beneficium vicariam seu capellaniam curatam in dicto altari sanctae crucis ejus temporibus esse volumus et nominari, nec non titulo, juribus, honoribus, libertatibus et praerogativis, vicariae seu capellaniae curatae gaudere decernimus et mandamus, atque ad collationem praefatorum decani et capituli pertinere, qui tam pro praesenti, quam futuris temporibus, quotienscunque ipsum beneficium, ut praemittitur, erectum per mortem, dimissionem aut liberam resignationem vel alio quovis medio vacare contigerit, tanquam veri patroni et collatores ejusdem, primo loco illud conferre habeant personae idoneae, scientia et moribus taliter eruditae, quod sit sufficiens ad regimen animarum, et si non fuerit in sacerdotio

collationis tempore constituta, saltem velit, possit atque sub privationis ejusdem beneficii ipso facto poena teneatur, infra annum ad sacerdotium promoveri, habeatque respicere plebem sive populum, ad dictam ecclesiam confluentem, seminando verbum Dei et sacramenta ecclesiastica fideliter ministrando, omniaque onera sufferre et singulos actus facere, quae et quos regentes seu tenentes officium praedictum altaris sanctae crucis sustulerunt hactenus et fecerunt, nec sit aut vocetur canonicus in dicta ecclesia, aut voce et juribus capitularibus ibidem, seu praerogativa canonicali quomodolibet gaudeat vel utatur, sed vicarius seu capellanus curatus dictae ecclesiae censeatur, deferens almutium nigrum, de pellibus ovinis sive agninis, nec non decano dictae ecclesiae obedientiam faciens atque distributiones quotidianas percipiens, sicut caeteri vicarii in eadem, salvo, quod eo tempore, quo curae seu regimini actuali subditorum fuerint intenta, distributiones quotidianae sibi tanquam in choro praesenti vicario ministrentur. Dictis vero decano et capitulo infra tempus juris dictam vicariam seu capellaniam curatam conferre negligentibus, aut minus idoneo juxta praemissa conferentibus, quotienscunque hoc contigerit, ad nos nostrosque successores Spirenses episcopos pro illa vice duntaxat collatio facienda personae, ut praemittitur, idoneae devolvatur. Verum ut vicarius seu capellanus ille curatus et ejus successores eo diligentius et salubrius vacare possint eis commisso regimini animarum, quo sibi copiosius in temporalibus noverint esse provisum, omnes res, bona, redditus, census, fructus, obventiones et proventus, quae et qui olim ad dictum beneficium suppressum et extinctum quomodolibet pertinebant, quocunque nomine censeantur, quotidianis distributionibus, nec non mere canonicalibus et capitularibus juribus duntaxat exceptis, cum omnibus suis instrumentis, litéris et munimentis, quae et quas etiam hic haberi volumus pro expressis, dictae vicariae seu capellaniae curatae, per nos, ut praemittitur, erectae, anneximus, univimus, conjunximus et incorporavimus, atque tenore praesentium annectimus, unimus, conjungimus et incorporamus, sic quod deinceps quilibet vicarius aut capellanus curatus dicti altaris sanctae crucis hujusmodi percipere, levare, colligere et exigere sibique inbursare et hiis uti et gaudere debeat, valeat atque possit, omni contradictione, impedimento seu obstaculo cessantibus et exclusis. Statuimus quoque, volumus et ordinamus, quod quilibet ad

hujusmodi vicariam seu capellaniam curatam deinceps recipiendus vel admittendus adinstar caeterorum beneficiatorum de novo ingredientium ecclesiam praedictam, qui juxta suorum in eadem beneficiorum facultatem in sublevamen vel augmentum ecclesiae seu ornatus contribuere consueverunt, infra mensem a die receptionis seu admissionis suae mox computandum dare et solvere teneatur realiter et expedite decem florenos auri Rhenenses in pecunia numerata praefatis decano et capitulo assignandos, ut exinde dicta vicaria seu capellania curata per comparationem reddituum vel alias augmentetur, alioquin, dicto mense elapso, tam diu ab hujusmodi beneficio noverit se suspensum, quousque de praedicta florenorum summa, ut praemittitur, satisfecit cum effectu. Per praemissa vero non volumus, alicui alteri canonicatui seu praebendae dictae ecclesiae, ultra quam clare superius exprimitur, aliquatenus derogari. Cuncta itaque suprascripta volumus a nostris subditis, quorum interest vel interesse poterit, inviolabiliter observari. Quicunque vero hanc nostrae provisionis, extinctionis, suppressionis, deletionis, cassationis, erectionis, ordinationis, institutionis, annexionis, incorporationis, unionis, condictionis, statuti et nostrae voluntatis paginam infringere vel eidem ausu temerario contraire praesumpserit, praedictae sanctissimae Trinitatis, ob cujus dignissimam reverentiam haec omnia sunt facta, indignationem se noverit incurrisse, per nos nostrosve successores nihilominus juxta demerita puniendus. In quorum omnium et singulorum testimonium et robur perpetuum, sigillum nostrum praesentibus est appensum. Nos quoque decanus et capitulum ecclesiae sanctae Trinitatis praedictae fatemur et recognoscimus publice per praesentes, quod reverendus in Christo pater et dominus, dominus Rabanus episcopus supradictus, dominus noster gratiosus, ad repetitas preces nostras humiliter effusas, de nostra bona et libera voluntate, certa quoque scientia et consensu, omniaque et singula suprascripta fecit, statuit et ordinavit, quibus et nos plenarie consentimus. Unde nostrum etiam sigillum sigillo dicti domini nostri episcopi duximus hiis literis coappendendum. Datum et actum Udenheim anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, die quinta decima mensis maji.

72. *Conrad III. erzbischof von Mainz weiset einige stiftsherren von St. German bei Speyer an, geld bei dem dortigen stadtrathe zum wiederaufbaue ihres stiftes zu erheben. Frankfurt,* 1423 *juli* 5.

Wir Conrat von Gots gnaden des heiligen stuls zu Meyntz ertzbischoff, des heiligen Romischen richs in tutschen landen ertzcantzler, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff allen den die yne sehent oder horent lesen. Als der allerdurchluchtigste furste vnd herre, herr Sigmund, Romischer konig etc. zwuschent dem erwirdigen jnn Got, herr Raban bischoff, vnserm besundern guten frunde vnd syner pfaffheit vff eyn vnd den ersamen burgermeystern, rate vnd gemeynde der stat zu Spire vff der andern syten, eyn sunne vnd rachtunge zu Nuremberg, dess nehsten vergangen jares, gemacht, die verschriben, versiegelt vnd vnder andern stucken eynen artickel darine gesetzt vnd begriffen hat, also von worte zu worte lutende: „Als auch die kyrch vnd stifft zu sant German vnd der pfaffenhuser daselbs, in der obgenannten fehde verbranet sint, also haben wir gesprochen, geordnet, gemacht vnd gesetzt, sprechen, ordnen, machen vnd setzen von der vorgenannt vnssern macht in crafft diss brieffs, daz die burger zu Spire dem obgenannten Conrat ertzbischoff zu Meyntz, oder sinen nachkommen daselbs, oder wem er oder sie das an ir stat bevelhen werden, funffzehen tusent Rinischer gulden in den nehsten funff jaren, die nach datum diss brieffs aneynander kommen werden vnd mit namen alle jare dieselben funff jare vss dry tusent guldin vff sant Martins tag, die vorgenannte kyrchen vnd stifft wieder zu buwen, geben vnd bezalen sollen, vnd das sie auch die bezalunge der ersten dry tusent guldin tun sollen vff sant Martins dag der schierst kommpt vnd darnach die andern als vorbegriffen ist, vnd daz auch derselbe Conrat oder sine nachkommen bestellen sollen, daz solicher buwe redlich getan vnd vssgericht werde. Vnd weme er oder sine nachkommen den buwe also zu tun bevelhen, das der im oder sinen nachkommen, ertzbischoffe zu Meyntze alle jare rechnunge davon tun solle.“ Vnd wir des gelts innemendes, buwes vnd das darzu gehoret selbs andere vnssere vnd vnssers stiffs trefflichen vnmussen halp, nit gewarten mogent vnd sunderlich swere were, solich gelt vns hienieden an, als wir vnsser wesen vnd wandel des merern teils hant zu antwurtende, das doch wieder hinvff zu dem buwe anzulegen gehoret,

also haben wir die erbern meister Walthern Schorling vnd meister Petern Grombach, canonicken desselben stiffts zu sant German vnd Johans Hatzenbohel, vikaren des meren stiffts zu Spire empfolhen vnd sie geheissen, empfelhen vnd heissen sie in crafft diss brieffs, das sie solich gelt von vnssern wegen an die von Spire fordern, das von yne nemen vnd empfahen vnd sie auch darumb quittieren sollent vnd mogent, zu allen vnd iglichen zielen, als dick vnd wovon sich das geburet, nach des obgeschrieben artikels lute. Vnd sie sollent auch den buwe bestellen, ordnen vnd regieren, das gelt daran legen nach rate des obgenannten herren Rabans, bischoffs zu Spire, vnd vns vnd vnssern nachkommen davon redlich rechnunge tun, wovon wir oder vnssere nachkommen das an sie fordernde vnd begerende sint. Vnd was die obgenannte meyster Walther, meister Peter vnd Johans Hatzenbohel also von des buwes wegen innement, bestellent, ordnent, quitierent, vssgebent, tun, schaffent oder machent, das wollen wir stete vnd veste halten vnd vns sol vnd wil von allen den, die dess mit yne zu schaffende habent oder gewynnent wol genugen, beheltnisse der rechnunge, die sie vns oder vnssern nachkommen davon tun sollent, als vorgeschriben steet, alle geverde vnd argelist genzlich vssgeschieden. Mit vrkunde diss brieffs versiegelt mit vnsserm anhangenden ingesigel. Geben zu Frankfurt am nehsten mentag nach sant Ulrichs tag, nach Cristi gepurte vierzehen hundert jare vnd darnach in den dry vnd zwentzigsten jaren.

---

73. *Martin V. pabst bestätiget den der Speyerer geistlichkeit vom könig Sigismund ertheilten freibrief vom jahre* 1415 *und stellt hiefür schirmer auf. Rom.* 1423 *dec.* 12.

Martinus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Herbipolensis et beatae Mariae ad gradus Moguntinensis ac sancti Spiritus Heidelbergensis, Wormatiensis ecclesiarum decanis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilectis filiis clero civitatis Spirensis nostras concessimus literas, tenoris subsequentis. Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sacrosanctae Romanae, quae super universas orbis ecclesias divina obtinet institutione primatum, praesidentes ecclesiae tunc ingenti mentis hilaritate perfundimur, tunc grandia nostri cordis gaudia

profluunt, dum ad ecclesiarum hujusmodi earumque personarum profectus et commoda saeculares prospicimus intendere principes orthodoxae veluti fidei zelatores, et tanto conscendere iis, quae pro ecclesiarum personarumque ipsarum statu et indemnitatibus processerint, nostra ferventius satagimus dirigere vota, quanto ex suscepto servitutis onere singularius ecclesiarum et personarum earundem sollicitudinem et curam perstringimus nobis imminere. Sane pro parte dilectorum filiorum cleri civitatis Spirensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim carissimus in Christo filius noster Sigismundus Romanorum rex illustris se divinae dispositionis arbitrio defensorem advocatumque ipsius universalis ecclesiae recognoscens, attentaque dijudicans indagine, quod ejus intererat cunctas tueri, adversusque impugnatores earum praemunire ecclesias, quodque hujusmodi clerus ac singulares ex eis personae, etiam in suis personis et rebus contra concessa eis gratias, libertates, observantias, immunitates, jura et privilegia, nec non Romanorum pontificum, imperialesque et praesertim recolendae memoriae Caroli quarti imperatoris semper augusti constitutiones, ad diversa loca variisque saecularibus judiciis agitari, contrahi et evocari, cum illisque molestari et gravari, ac eorum bona arrestari contingeret in illorum, et quibus divinis mancipati sunt obsequiis ecclesiarum dampnum non modicum pariter et gravamen, cupiensque rex ipse, quantum in eo foret, congruis super hiis hujusmodi clero remediis providere, suorum principum comitumque nobilium ac fidelium consilio, et animo bene deliberato, pro praemissis observandis gratiis, libertatibus, munitatibus, juribus et privilegiis nonnulla statuit, ordinavit ac fecit, prout in quibusdam autenticis desuper in vulgari patriae illius ideomate confectis literis ipsius regis sigillo munitis, quarumque substantiam et effectum, nullo etiam detracto vel addito, quod facti substantiam hujusmodi alteret vel immutet per nonnullos in talibus expertos fideliter elici et transferri, ac post diligentem eorum in cancellaria apostolica de nostro mandato subsecutam examinationem de verbo ad verbum praesentibus inseri fecimus, latius luculentiusque dinoscitur contineri. Quare pro parte eorundem cleri nobis fuit humiliter supplicatum, ut statutis, ordinationibus effectuique literarum hujusmodi, nec non omnibus in dictis contentis literis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolicae confirmationis adjicere de benignitate apostolica

dignaremur. Nos igitur, qui praetacta profectus et commoda indesinenter expetimus studiisque prosequimur indefessis, hujusmodi supplicationibus inclinati, statuta et ordinationes, nec non effectum et contenta praemissa, ac quaecunque inde secuta, rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica et ex certa scientia confirmamus et approbamus praesentisque scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem. Tenor vero literarum suarum effectus hujusmodi talis est: (Sicuti supra Nr. 43.) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, communicationis et suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum secundo idus decembris, pontificatus nostri anno septimo. Cupientes igitur, ut nostrae literae praedictae solidioribus vigore, roboreque persistant, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, statuta et ordinationes, nec non effectum contenta et nostras literas hujusmodi, ubi, quotiens et quando expedire videritis, auctoritate apostolica sollempniter publicantes, aut super illis, ut irrefragabiliter perpetuis futuris observentur temporibus, hujusmodi clero et cuilibet eorundem opportunae defensionis praesidio efficaciter assistentes, non permittatis aliquem, qui nunc est et pro tempore fuerit, de clero hujusmodi contra statutorum, ordinationum effectus contentorum et nostrarum literarum praedictarum, aut alicujus eorum seriem sive formam per quosvis impeti quomodolibet vel etiam molestari. Et insuper omnes et singulos, qui statutorum, ordinationum et effectus praemissorum, sive ipsorum alicujus transgressores fuerint, postquam illos vobis tales esse legitime constiterit, poenam quinquaginta marcharum auri hujusmodi, de qua in ipsius regis literis cavetur, eosdem incidisse auctoritate apostolica praedicta decernatis, facientes ab illis juxta seriem sive formam praemissam, de poena ipsa et quota marcharum earundem singulis, quos, et prout contingere poterit, plenam debitamque satisfactionem impendi. Praeterea legitimis per vos super hiis habendis servatis processibus eos, quotiens expedierit, aggravare curetis contradictores per censuram ecclesiasticam, et quaevis alia opportuna juris remedia compescendo, invocato ad hoc, si opus

fuerit, auxilio brachii saecularis, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii papae octavi, praedecessoris nostri, illis praesertim, quibus cavetur, ut cum actor et reus ejusdem civitatis sive dioecesis fuerint, extra illas causa non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem, et ne quis extra suam civitatem vel dioecesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine suae dioeceseos ad judicium evocetur, seu ne judices a sede apostolica deputati extra civitatem et dioecesin, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere sive alii vel aliis vices suas committere, seu ne aliquos ultra unam dietam a fine dioeceseos eorundem trahere praesumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate praesentium non trahatur, quam apostolicis constitutionibus caeterisque contrariis quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel divism a praedicta sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud sanctum Petrum secundo idus decembris, pontificatus nostri anno septimo.

---

74. *Sigismund könig gestattet dem bischofe Raban zu Speyer die verleihung der dortigen königspfründen auf lebensdauer. Wissegraden,* 1411 *aug.* 27.

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus etc. venerabili Rabano, episcopo Spirensi, principi devoto nostro dilecto, gratiam regiam et omne bonum. De tuae circumspectionis et legalitatis industria, quibus nos et sacrum Romanum imperium continuata fide semper honoras et adaucto virtutis studio auxiliante Deo in posterum attentius persequeris, obtinentes praesumptionem spei et fiduciae singularis, devotioni tuae damus et conferimus plenam auctoritatem et omnimodam potestatem de duabus nostris praebendis regalibus in dicta tua Spirensi ecclesia, quoties vacaverit, personis quibus volueris juxta tuae discretionis modulum, quamdiu vixeris, auctoritate regia providendi ac personas hujusmodi ex officio tuo ad dictas praebendas more solito et consueto instituendi et alia omnia et singula faciendi, quae ad haec necessaria videbuntur, etiam si de his fieri deberet mentio specialis, omnem defectum, si quis in praesenti litera compertus fuerit, ex certa nostra scientia supplentes de ple-

nitudine regiae potestatis, gratum et ratum habere volentes, quidquid contra praemissa quomodolibet duxeris faciendum. Attende tamen in praemissis, quod tu primam ,quam ex praedictis duabus regalibus praebendis vacare contigerit, devoto nostro dilecto magistro Henrico de Hassia, sacrae paginae baccalaureo formato, cui desuper exspectativam gratiam pridie fecimus et nulli alteri nostro nomine conferas ac ipsum juxta solitum modum investias de eadem, praesentium sub nostri regalis sigilli appensione testimonio literarum. Datum in castro nostro Wissegraden anno Domini millesimo quadringentesimo undecimo, vigesima septima die augusti, regnorum nostrorum anno Ungariae etc. vicesimo quarto, Romani vero primo. — Per D. R. burggravium Nurenbergensem, Johannes Kirchen.

---

75. *Raban bischof zu Speyer belehnt den ritter Hanns von Rupertsberg mit der hälfte des dorfes Forst. Speyer*, 1424 *aug.* 29.

Wir Raban von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen offenbar mit diesem brieff, daz vff diesen hutigen dag, datum diess brieffs fur vns kommen ist der strenge herr Hans von Ruperstburg ritter, vnser lieber getruwer vnd hat sich bekannt, daz er von vns vnd vnsserm stieffte zu Spire zu lehen habe vnd trage daz dorf vnd gericht Vorste vndwenndig Dydessheim gelegen, halber mit marckten, hubgerichten, wald, wasser, weyde, zwinge vnd bannen, mit allen rechten vnd zugehorungen vnd ettlichen eygenen gutern vnd vellen, wyngarten vnd andern daselbs vnd darczu vier pfunt heller geltz vff vnser muln zu Hergssheim vnd hat vns dartzu furbracht, wie daz Henne von Friesenheim, den man nannte von Wachenheim, sine vetter selige das ander hälp teyle dez dorffs vnd gerichts zu Vorste, mit walt, wasser, weyden, mit allen yeren zugehorungen vnd auch mit ettlichen eigen gutern vnd vellen in derselben marckt gelegen von dem stifft zu Spire zu lehen gehabt habe, vnd bade vns ime dasselbe halbe teyle auch zu lyhen, wann er dess ein rechter erbe were. Darauff wir entwurtent, wir bekenntent, daz Vorste obgenannt gantz von vns vnd vnserm stiffte zu lehen rurte, aber der obgenannt Henne von Wachenheim hette sinen teyl nit von vns empfangen vnd were vns vnd vnsserm stifft verfallen. Doch so haben wir angesehen sine vnd siner sone flissige bete vnd getruwe, geneme dinst die

sie vns vnd vnsserm stifft obgenannt in kunfftigen zyten tun sollent vnd mogent vnd haben dem obgenannten herr Hansen von Rupestburg daz andere halb teyl an dem obgenannten dorf vnd gerichte zu Vorste, mit allen sinen zugehorden vnd eigen gutern, woran die sint, gelichen vnd verlyhen yme die auch geinwerticlichen in crafft diss brieffs zu rechten manlehen, was wir yme von rechte daran verlyhen mogen, vssgenommen vns, vnsser stiffts zu Spire, vnssere manne vnd yns iglichen rechten daran. So hat vns auch der vorgenannt herr Hans huldunge daruber getan, mit glubden vnd eyden, vns vnd vnsserm stifft zu Spire getruwe vnd holt zu sin, vnssern schaden zu warnen, vnser bestes vnd frommen zu werben vnd gewarten, verbunden vnd gehorsam zu sin, als manne yerem herren billich tund vnd solichen lehen recht vnd gewonheit ist. Vnd dez zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel tun hencken an diesen brieff. Der geben ist zu Spire vff sant Johanns baptisten tag, als er enthaubt wart, in dem jare als man zalt nach Crists geburt dusent vierhundert vnd vier vnd zwentzig jare.

---

76. *Martin V. pabst bestimmt, dass die Speyerer domcapitulare ehelich und adelig geboren seyn sollen, unadelige gelehrte aber in das domcapitel ebenfalls zuzulassen. Rom.* 1424 *dec.* 16. *und* 1425 *juli* 29.

Martinus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani pontificis providentia ad amplificationem et conservationem ecclesiarum semper invigilans ea, quae a suo maxime proposito deviant, etiam si per ea concessa videantur et super his literae apostolicae sunt confectae, libenter declarationibus opportunis ad suum reducit intentum, quo ipsae valeant ecclesiae felicius in obsequio Domini conservare. Cum itaque pridem ad venenerabilis fratris nostri Rabani episcopi Spirensis et dilectorum filiorum, decani et capituli ecclesiae Spirensis instantiam asseratur et appareat, statutum et ordinatum fuisse per literas nostras, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nullus etiam auctoritate literarum apostolicarum sub quavis forma vel expressione verborum, quibuscunque personis concessarum hactenus, vel in posterum concedendarum, nisi de legitimo matrimonio, illustri vel nobili, aut saltem ex utroque parente de militari genere procreatus existeret, ad canonicatus et

praebendas ipsius ecclesiae admitteretur, prout in dictis nostris literis plenius continetur, quarum tenorem de verbo ad verbum praesentibus inseri fecimus, qui sequitur et est talis: „Martinus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sincerae devotionis affectus, quem venerabilis frater noster Rabanus, episcopus Spirensis, nec non dilecti filii, decanus et capitulum Spirensis, ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut ad eorum et ipsius ecclesiae honorem et profectum pro paterna benevolentia intendentes, in hiis eorum petitionibus libenter annuamus, quae ipsis profutura sperantur et per quae illi ipsorum et ejusdem ecclesiae statum valeant integre conservare, prout utilius comperimus expedire. Sane pro parte eorundem episcopi, decani et capituli nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet a primariis ipsius ecclesiae fundationis temporibus ad illius canonicatus et praebendas personae ex comitum vel saltem utroque parente militari genere procreatae, per quarum industriam et virtutes ac amicorum assistentiam ipsa ecclesia et ejus bona ab invadentium insultibus conservari possent illaesa, recipi et admitti consueverunt, tamen successu temporis illius conditione et malitiis, causantibus praesertim pestifero cismate in universali ecclesia tunc vigente, nonnulli praefatis genere dissimules per importunas eorum et alias instantias obtentu literarum apostolicarum, ad hujusmodi canonicatus et praebendas metu poenarum ipsis literis et processibus inde secutis contentare procurarunt se admitti, unde status potentibus carens defensoribus successive decrevit, ac bona hujusmodi fuerunt diminuta in ipsius ecclesiae non modicum detrimentum. Quare pro parte ipsorum, episcopi, decani et capituli nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus statuere et ordinare, quod de caetero nullus in eadem ecclesia ad canonicatum et praebendam recipiatur seu admittatur, nisi de legitimo matrimonio illustri vel nobili prosapia, aut saltem utroque parente militari genere procreatus fuerit, ac alias super hiis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque statum ecclesiarum omnium salubrem paternis affectibus prosequentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus et etiam ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nullus etiam auctoritate literarum apostolicarum quarumlibet, sub quavis forma vel expressione verborum, quibuscunque personarum concessarum hactenus vel

in posterum concedendarum, nisi de legitimo matrimonio illustri vel nobili aut saltem ex utroque parente militari genere procreatus, ad canonicatus et praebendas ipsius ecclesiae recipiatur seu admittatur, decernentes episcopum, decanum et capitulum praedictos et quemlibet de iis obtentu literarum hujusmodi, etiam quasvis statuto et ordinationi praedictis derogatorias clausulas continentium, etsi in eis de praesentibus plena et expressa ac de verbo ad verbum mentio haberetur alias ad alicujus inibi receptionem seu admissionem minime teneri, nec ad id a quoquam quavis auctoritate compelli posse, nec non omnes processus ac excommunicationum bullas et interdicti sententias, censuras ecclesiasticas atque poenas, quas earundem literarum praetextu vel alias quacunque auctoritate contra episcopum, decanum et capitulum ac ecclesiam sive singulares ex ipsis capitulo personas in dictorum statuti et ordinationis derogationem per quoscunque haberi vel promulgari, etiam quicquid secus fieri contigerit, nullius penitus existere firmitatis, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctos apostolos, XVII. kal. januarii, pontificatus nostri anno octavo.“ — Nos considerantes, quod generali sermone non inducuntur hii, quorum specialis nota foret habenda, quales sunt magistri, licentiati et baccalaurei formati in sacra pagina et juris canonici vel civilis doctores, aut in eo licentiati, qui non solum in ecclesiis insignibus excludendi non sunt a canonicatibus et praebendis, sed ultro ad eos et ad ampliores etiam dignitates advocandi, cum in Dei ecclesia veluti splendor fulgeant firmamenti et veluti stellae in perpetuas aeternitates mansuri ad animarum suarum salutem et justitiam valeant plurimos erudire. Et attendentes etiam et matura consideratione pensantes, quod licet ipsae insignes ecclesiae, qualis Spirensis esse dignoscitur, ex nobilitate et potentia canonicorum de praeclaro genere procreatorum praesidia et ornamenta suscipiant, indigent tamen literis et doctrina hominum peritorum, quorum consiliis in casibus multis et gravibus dirigantur, praesertim hoc tempore, quo propter iniquitates peccatorum

pullulant hereses, ut non solum vi atque armis, sed etiam divinarum et humanarum rerum scientia status ecclesiasticus contra impugnatores praesertim hereticos defendatur. Hiis et aliis praeterea justis et rationabilibus causis adducti, tenore praesentium ex certa scientia declaramus fuisse et esse intensionis nostrae, quod deinceps futuris temporibus in perpetuum nobilibus et illustribus in hac parte coaequati praefati magistri licentiati et baccalaurei formati in sacra pagina, nec non doctores et licentiati, in altero jure canonico vel civili, etiam si non fuerint de illustri, militari aut nobili genere, dummodo sint de legitimo matrimonio procreati et aliud canonicum non obsistat, admittantur et recipiantur seu admitti aut recipi possint ad canonicatus et praebendas praefatae Spirensis ecclesiae, de quibus eis fuerit alias canonice provisum, statuentes et auctoritate apostolica decernentes, ut privati, episcopus, decanus et capitulum et alii, ad quos spectat et spectare poterit, quomodolibet in futurum praedictos magistros, licentiatos, baccalaureos, formatos doctores et licentiatos ad canonicatus et praebendas memoratae ecclesiae Spirensis recipere et admittere teneantur, nec possint per dictas literas nostras ad instantiam episcopi, decani et capituli praefatorum in contrarium praedictos magistros licentiatos, baccalaureos, doctores et licentiatos in assecutione canonicatuum et praebendarum ipsius ecclesiae Spirensis quomodolibet impedire, quibus in hac parte quantum expedit specialiter derogamus, volentes tamen easdem quoad personas alias observare, constitutionibus apostolicis, nec non statutis et consuetudinibus ecclesiae praefatae, etiam confirmatione apostolica roboratis, ac juris ac nostris literis antedictis et aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque, etiam si talia forent, de quibus esset in praesentibus specialis mentio facienda. Nulli ergo liceat hanc paginam nostrorum declarationis, statuti, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. — Datum Romae apud sanctos apostolos, IIII. kal. augusti, pontificatus nostri anno octavo.

77. *Die geistlichen richter zu Worms urkunden über die ehemalige beschaffenheit der fischergasse zu Speyer.* 1424 *dec.* 31. (?)22

Wir die geistlichen richter des hofes zu Wormsse, bekennen offentlichen mit diesem brieff, das vor vnss gerichtes gegenwurtikeit vnd der gezugen, die hernach geschrieben stent, ist gestanden in gerichts wise der ersame herr Jakob von Ladenburg, eine canonicke des merern stiffts zu Wormsse vnd erkennt sich offenberlich vnbezwongen vnd vngedrungen, daz yme wole gedecht sechzig jare oder me, das er zu Spire were vnd zu schulen ginge, da hette er gesehen vnd gedecht yme, das keyn mur vmb die fischer gassen naher dem Ryne gein lussen zu vnd naher der froschauwe gein sant German zu ginge vnd das man daz wol merken vnd vorstene meht, das ez war were. So gedecht yme das man fure hinder der vischergassen von sant Marx aben vnd hinder dem munster, das itzunt der Spich heisent bis in den hasen phule, wan da ginge eyn bechel oder fluss, wie man das heissen wille ymmer men hinder der vischergassen abehin vnd dem munster mit in den hasen phule vnd were auch kein grabe hinter dem munster vnd er sehe die weydeleute dick vnd dicke da vff vnd abe faren mit yren weydenachen. Vnd so furen auch die vischer vnd weydlute wellezytt vnd wan sie wollten in ir vischergassen vnd husser es were nacht oder tage ane allerley irrung. Diesse vorgeschrieben erkenntnisse erkant vnd besaget der obgeschrieben herr Jakob vff sin priesterlich ampt vnd als hoch als er das sagen mochget. Vnd solt er me dar zu thun, das wollt er auch thun. Dieser vorgeschrieben herkenntnisse vnd aller andern obgeschriben dinge zu eynem rechten vrkunde vnd warem gezugnisse, so han wir die geistlichen richter des hofes zu Wormsse obgenannt vnssers gerichtes ingesiegel thun hencken an diesen brieff, der da geben ist anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto, feria sexta post festum beati Thomae apostoli, praesentibus ibidem honorabili viro domino Johanne Wisenburger majoris Wormatiensis vicario, Simone linificis de Altzeia et Conrado de Osthoven clericis Moguntinensis et Wormatiensis dioecesium testibus ad praemissa vocatis pariter et rogatis.

78. *Raban bischof zu Speyer vereiniget das beguinenhaus zu Weissenburg mit dem dominicanerinnenkloster daselbst.* 1425 dec. 8.

Rabanus Dei gratia episcopus Spirensis. Ad audientiam nostram non sine gravi cordis perturbatione pervenit, quod nonnullae mulieres, in inclusorio apud monasterium fratrum praedicatorum oppidi Wyssenburg nostrae dioecesis sito, commorantes, regulam sancti Augustini ut asseritur professae, laxatis habenis ejus, cui spontanea voluntate sui corporis integritatem devoverunt, in gravem offensam divi nominis, religionis opprobrium et scandalum plurimorum, virorum commercio se immiscuerunt, adeo, quod ex inmixcione hujusmodi, procurante inimico humani generis, qui sua calliditate homines decipere consuevit, in verecundiam status monialium, quae corda et corpora sua in omni castimonia et castitate, illibata prae caeteris deberent custodire, prolis procreatio, heu non solum semel, sed pluries, quod amare referimus, exstitit subsecuta. Cum autem haec res tam nephanda exemploque perniciosa oves gregis dominicae deturpet, Deum offendat statumque ecclesiasticum non modicum scandalizet: nos propter praemissa frequentibus clamoribus excitati, de praemissis fecimus et mandavimus fieri inquisitionem diligentem. Et quia per hujusmodi inquisitionem comperimus praemissa veritati fore subjecta, locumque praedictum situmque ejusdem, qui publicis stratis et viis undique circumdatur insultibusque populi et crebris pertranseuntium clamoribus perturbatur ad religionis observantiam et divi cultus exercitium omnino fore ineptum et incongruentem: idcirco suscepti cura regiminis nos sollicitat, ut praemissis, quantum in nobis est et cum Deo possumus, sollicite obviemus, prout ex debito pastoralis officii ad hoc obligamur. Nos igitur super hoc etiam a majori parte mulierum praedictarum crebra et humili instantia saepius pulsati et rogati, ut sibi super praemissis de opportuno remedio providere dignaremur, una cum venerabilibus nobis in Christo dilectis decano et capitulo ecclesiae nostrae Spirensis desuper habita deliberatione matura, de eorundem consilio et unanimi consensu et voluntate mulieres loci sive inclusorii praedicti, id majori parte earundem volenti, petenti et consentienti ad monasterium sanctimonialium in Erenbrunnen ordinis praedicatorum in praedicto oppido Wyssenburg situm, ex praemissis et aliis rationabilibus causis animum nostrum ad hoc rationabiliter moventibus, duximus transferendas et in Dei nomine transferimus per praesentes. Accedente

ad hoc monialium in Erenbrunnen praedictarum expresso consensu et desiderio ferventi, locumque sive inclusorium praedictum, nec non omnia et singula bona, tam nobilia quam immobilia, redditus, jura et proventus quaecunque ad dictas mulieres praefati inclusorii, quocunque modo pertinentia, dicto monasterio sanctimonialium in Erenbrunnen incorporandum, uniendum et annectendum fore ac praesentibus incorporamus, annectimus et unimus, ut hujusmodi mulieres sic, ut praefertur, per nos translatae, in eodem loco liberius ac ferventius altissimo debitum et devotum praestare valeant famulatum, ita tamen, quod hujusmodi mulieres de bonis immobilibus, quae de praesenti obtinent, sine nostris licentia ac expresso consensu et voluntate nichil valeant neque debeant quomodo alienare, decernentes irritum et inane, si secus super hoc quidquam ab eisdem contigerit attemptare. In cujus rei evidens testimonium et notitiam futurorum perpetuam praesentes nostras literas nostro ac decani et capituli praedicti fecimus sigillorum appensione muniri et roborari. Datum ipso die conceptionis beatae Mariae virginis gloriosae, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto.

---

79. *Das domcapitel zu Speyer bestimmt wie es die niedern präbenden ausserhalb der stadt besetzen wolle. Speyer*, 1426 *dec.* 2.

Sciendum, quod anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, feria secunda proxima post festum beati Andreae apostoli, in capitulo ecclesiae Spirensis, in solito hyemali capitulari loco, dominis capitularibus ibidem capitulariter congregatis, matura praehabita deliberatione per ipsos dominos unanimiter et concorditer exstitit conclusum, quod minor ordinatio, quae est de beneficiis ad collationem dominorum, decani et capituli communiter pertinentibus, longis a retroactis temporibus in eadem ecclesia exstitit salubriter observata, tunc noviter consumata, finita et terminata, de novo resumi debeat et inchoari, juxta modum infrascriptum, quae ad singula beneficia curata et non curata, extra et non intra ecclesiam Spirensem vacatura, se duntaxat extendere debet. Et dum aliquid beneficium sub hujusmodi minori ordinatione cadens vacare incepit, seu vacat, sive parvum fuerit, sive magnum, postquam ipsi capitulo de hujusmodi

vacatione beneficii constiterit, ipsum capitulum notificare debet et insinuare vacationem ejusdem beneficii personae nominanti, quam tunc ordo nominandi minoris ordinationis pro tunc tangit, vel ad ejus hospicium, si quod habet in Spira. Quod beneficium ita vacans eadem persona nominans, vel ejus procurator legitimus debet et tenetur infra octo dierum spatium proxime futurorum post notificationem seu insinuationem hujusmodi vacantis beneficii per capitulum sibi factam conferre et assignare personae habili et idoneae juxta hujusmodi beneficii institutionis exigentiam. Cujus personae idoneitas seu habilitas per ipsum capitulum discerni debet et habetur. Et in eventu, quo quis dominorum infrascriptorum nominare habentium per se vel per procuratorem ejus infra octo dies praescriptos personam ad idem beneficium vacans nominaret seu praesentaret, quae tamen per ipsum capitulum inhabilis seu minus idonea reperta foret, tunc idem dominus nominans vel ejus procurator octo dies praefatum spatium octo dierum immediate sequentes, debet et tenetur ad idem beneficium personam habilem et idoneam nominare seu praesentare absque dilatione qualibet ulteriori. Porro si quis dominorum infrascriptorum juxta modum praescriptum, beneficio vacante, habilem et idoneam personam nominare seu praesentare non curaverit juxta beneficii institutionem, aut neglexerit, commodo praesentis ordinationis, quae minor vocatur et duntaxat ad beneficia curata et non curata extra et non infra ecclesiam se extendit, ut supra carebit et postea potestatem nominandi et praesentandi ante finem praesentis ordinationis non habebit. Et ex tunc decanus et capitulum dictae Spirensis ecclesiae idem beneficium vacans communiter conferre habebunt, ad quod infra octo dies proximos praefactos dies immediate sequentes personam habilem et idoneam nominare et praesentare debent impedimento seu contradictione cujuscunque in aliquo non obstante. Item persona nominata seu praesentata et recepta jurabit, si ipsam super beneficio, ad quod nominata seu praesentata fuerit, litigare contingat, quod causam ipsam per se vel suos procuratores agitare et defendere procurabit suis propriis laboribus, sumptibus et expensis sine omni praejudicio et dampno decani et capituli singularumque personarum ecclesiae Spirensis praedictae. Sunt autem hii domini capitulares ad hujusmodi collationes juxta consuetudinem et observantiam ecclesiae antiquas praesenti solummodo ordinatione durante capaces et admissi,

dominus Nicolaus Burgman decanus, qui debet ad primum tale beneficium, quod vacabit, nominare, deinde senior dominorum, quivis juxta praebendae introitum, unus post alium, scilicet Johannes Russe, Philippus Flache de Schwarzenberg, Eberhardus de Stetenberg, Conradus de Huchelnheim, custos, Rabanus de Helmstat, cantor, Joannes Flache de Schwarzenberg, magister Conradus de Susato, sacrae theologiae professor, Fridericus de Spanheim, camerarius, Rabanus de Helmestat, Martinus Goeler, Andreas de lapide, Fridericus de Fleckenstein et Joannes de Frawenberg. In cujus rei testimonium sigillum praedictum capituli magnum praesentibus est appensum. Actum anno et die quibus supra.

---

80. *Raban bischof zu Speyer ertheilt den stuhlbrüdern im dortigen dome eine ordnung. Speyer,* 1429 *dec.* 17.

Wir Rabann von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen offentlich an diesem brieff vnd tun kunt allen den, die yne sehent oder horent lesen. Als in vnser domkirchen zu Spire zwolff stulbrudere sint, die stulbruder pfrunden habent vnd die verdienen sollent, inn vnd by der obgenannten vnseren kyrchen nach alten ordenungen, herkommen vnd gewohaiten, die einss teils von seliger gedechtnisse Romischen keysern vnd konigen vnd auch einss teils von vnsern vorfaren bischoffen zu Spire vnd derselben stulbrudere probsten vnd furseheren zu zyten gemachet vnd doch nu etliche zyt, einss teils in vergessunge, eynss teils inn entwonnunge vnd eynss teils in mysselbruchunge vnd davon vnd auch sust in vnordentliche handelungen, als vns manigkfalticlichen nit ane betrubnisse vnsers gedanckens furbracht ist vnd wir eigentlichen vernommen haben, kommen vnd dieselben stulbrudere von abegangk herre Johannes Russen seligen, etwann vnsers domherrn vnd ires lesten probstes, do er lepte, vff diese zyt eins fursehers oder probstes, mangelnde sint. Des haben wir mit rate, willen vnd verhengnisse der ersamen vnserer lieben, besundern dechan vnd capittels in vnseren obgenannten kyrchen zu Spire, der Romischen keysern vnd konige, vnserer vorfaren bischoffe zu Spire vnd andere briefle, ordnunge, statute, gewonheit, herkommen vnd gelegenheit der sachen, sovil wir davon mit flussigem ernste herfaren kunden vnd haben mochten, dem Allmechtigen zu lobe, siner wurdigen mutter, der reinen jungfrauwen Marien, vnsere lieben frauwen, die vnseren obgenannten kyrchen eine sun-

derliche furweserin ist vnd allem hymelischen here zu eren, fur vns genommen vnd gewegen vnd darussen vnd auch vss den geschichten vnd leuffen, den wir ware genommen habent, by vnsern zyten zufurkommende kunfftige vnordnunge vnd vnbekemlichkeit, vnd auch den stulbruderen vnd yren nachkommen zu vnderwissunge vnd hermanunge gemercket, gesatzet, geordnet, hernuwert vnd gemacht, merckent, sentzent, ordnent, hernuwerent vnd machent in crafft diss brieffs zu ewigen gedechtnisse, die punkten, stucke vnd artikeln, als hernach geschrieben steet. I. Zum ersten, so haben wir vss den keyserlichen vnd kuniglichen briefen funden vnd gemercket, das dieselben stulbrudere des heyligen Romischen richs vnd der Romische keysere vnd konige almusenere gewesen vnd noch sint vnd sollent des amptes vnd almusens warten vnd darauff lugen, wann ein Romischer keyser vnd konig zu Spire ist, oder sin wirdet, als sich das geburt... So finden vnd mercken wir, wann sie nit probstes oder fursehers habent, das dann ein bischove zu Spire, der zu zyten ist, vss den domherren des capittels zu Spire yne einen probst oder furseher zu setzende, furzuwendende vnd die probsty zu lihende hat, derselbe probst vnd furseher alsdann die selben stulbrudere pfrunden, wann vnd so dicke ire ein oder mee ledig werdent, gemeinlich zu lihende haben sol. II. Item das man soliche stulbrudere pfrunden lihen soll vnd mage, ir ygliche, so sie ledig wirten, oder ist, luterlichen durch Gottes willen, ane wyetere gabe, glubde, oder verheissunge der gaben vnd ane allen zytliche wiederlegunge, wartunge oder hoffnunge zytliches gutes, einem manne, der erbers wandels, guter sytten vnd zum mynsten vier vnd zwentzig jare alte folkomentlich sy, er sy edel oder vnedel, doch so ein rittermessig oder zu dem schilden geboren mann oder mee vnd ein anderer, der nit edell ist oder mee nach solicher pfrunde, die dann ledig ist, oder wirt, stellent oder werbent, so soll man, obe sust andere dinge glich sint, den edeln man, ee furwenden, dann den vnedeln, sunderlich so der edelmann mit mannschafte, oder anderem dinste zu dem stieffte zu Spire gehorende oder gewant ist. III. Item welchem stulbrudere der pfrunden eyne geluhen wirt, der ein eewip fur der liunge gehabt vnd zu der zyt hat, der soll vnd mage die eefrauwe behalten vnd soll desshalben nit daran gehindert werden. Hat er aber vff die zyt der liunge keine eeliche frauwe, oder stirbet ime

sine eefrauwe, die er vor gehabt hat, so soll er darnach nit zu der ee griffen in deheine wise. Nymet er heruber ein eefrauwe darnach, so sol er die stulbruder pfrunde, als balde, als das geschicht, verloren vnd kein hoffenunge furbass darzu haben, sunder zu einer yglichen stulbrudere pfrunden ewielich vndoglich sin, also das man ime darnach kein stulbruder pfrunde lihen soll oder mage. IV. Item es soll kein probste oder furseher der selben stulbrudere, der stulbrudere pfunde ein oder mee globen, verheissen oder versprechen, noch yman in deheine wise darzu sunderliche hoffenunge geben oder effenen, ee das sie ledig werde, oder werdent, sunder gentzelich beiten mit der lihunge oder versprechunge, bis das der pfunden ein oder mee lydig werdent, so mage er sie dann lihen, als hievor begriffen ist. V. Item wurde wieder die obgeschrieben dinge oder ir eyns ein stulbruder pfunde wissentlich gelihen, so soll die lihunge kein krafft noch machte haben, vnd soll auch vff die zyt an vns oder vnsere nachkommen bischove zu Spire der selben pfrunden, die dann zu der zyt ledig ist, lihunge lediclich verfallen sin, zu lihende vnd damit zu tunde in der massen vnd nit anders, dann als hievor gesetzt ist. Vnd sollent auch die stulbrudere keinen zulassen, vff nemmen noch empfahen zu eyme stulbrudere, dem die pfunde hernach anders geluhen were oder wurde, dann als hievor geschrieben steet. VI. Item die stulbrudere, die ytzunt sint, oder hernach werdent, sollent vnd mogent vnder yne einen meister welen, als dicke das noid geschicht vnd den yrem probste oder furseher antwurten, der yne vch lediclichen zulassen vnd vffnehmen soll, er halte dann kuntliche redliche sache, darumb er nit zu eynem meister vnder yne duglich sy. Vnd derselbe meister soll vnd mage die stulbrudere zu zyten besamen vnd beruffen vnd mit yrem rade die gemeynen sachen der stulbrudere handeln, doch sollent er vnd sie nutzit keuffen oder verkeuffen noch versetzen oder vffnehmen, die gemeinde der stulbrudere antreffende, one ires probstes oder fursehers wissen vnd willen. Derselbe probst auch so das trefflich were oder wurde, das an vns, oder vnsere nachkommen bischoffe zu Spire bringen soll, das wir alsdenn auch vnsern rate vnd willen dartzu geben, so es sich also geburet. VII. Item demselben meister soll man zu yglicher zyt, den, dem man die pfrunde geluhen hat, als vorgeschrieben steet, antwurten vnd derselbe meister soll yne dann in besetzunge der pfrunde

vnsere vesten Spangenberg mit eckern, wiesen, gerten, weyden, husern, schuwern, mulen vnd zinsen dartzu gehorende entpfolhen vnd yngeben sine leptagen vnd nit lenger. Vnd er mag auch dieselben vesten mit yren zugehorden, als vorbegriffen ist, nutzen vnd gebruchen vnd sich daruss vnd darin behelffen, ane wider vnsern gnedigen herren den Romischen konig vnd sine nachkommen am riche, ane wider vnsern herrn den ertzbischoffe von Meintze, ane wider vns, vnsere nachkommen bischoffe, vnsern stifft zu Spire vnd alle die vnseren vnd die vns zu versprechen steen, sie sin geistlich oder weltlich, vnd ane wider vnser vnd vnsers stiffts zu Spire manne vnd diener. Er mag auch in vnsern weldern darumb gelegen, byrschen vnd jagen mit beheltenisse, wann wir oder vnsere nachkommen wollen darin jagen, das er die wile rume vnd nit jagen sol, biss die vnsern von dannen kommen. Er sol auch dieselben welde nit verhauwen noch utzit daruss geben, verkeuffen oder furen lassen. Dann er sol vnd mag zu brenholz vnd zu buweholze, als der obgenannten vesten mit ihrer zugehorden notdurfft ist, der welde gebruchen ane geverde. Er sol auch kein gewarsam, gewalt oder utzit zu gebieten oder zu schaffen han zu dem dorff sant Lambrecht, sunder dasselbs dorff sol mit allen nutzen vnd fellen gewarten vnd dienen in das ampte gein Kestenberg vnd gen Kirrwilre. Auch sol er der beche vnd vischereien gebruchen vnd genyessen zu vischen vnden von dem Gipchintale an biss oben vss als ferre der von Hambach walt geet biss vff die Trieffenbach vnd vnder dem Gibpchintale nit, doch vns vnd vnseren nachkommen behalten, das wir auch obwendig dem Gibpchintale vffhin mogen tun vischen, wann vnd zu welcher zyt wir oder vnser amptlute wollent. Auch sol er vns, vnsern nachkommen vnd vnsern amptluten mit dem sloss Spangenberg gewarten vnd vns dasselbe slosse zu allen zyten offen sin. Vnd sol das slosse auch getruwelich bewarten, behuden vnd beheyen mit sinen koste vnd lohne vnd allwegen vff das allermynste dry gedingter knechte da oben haben, die da globen vnd sweren, das slosse getruwelichen zu behutende vnd vns, vnsern nachkommen bischoffe vnd stifft vnd vnsern amptluten auch damit getruwelich zu gewartende vnd gehorsam zu sinde vnd vns vnd die vnsern, als vorgerurt ist, allezyt vss vnd yn zu lassen. als dicke daz gefordert wirt vnd sich geburet ane alles wiedersprechen vnd ane alle geverde. Vnd er

sal auch die vesten, husern, mulen vnd anders in redlichem buwe vnd wesen halten ane vnsere vnd vnserer nachkommen bischoffe vnd stifft zu Spire kosten vnd schaden, vssgenommen ob die rechte zarge buwefellig wurde, das die ein iglicher bischoff zu Spire sol tun machen ane alle geverde. Vnd wir vnd vnsere nachkommen sollen dem obgenannten Eberharten sinen leptagen alle jare zu sant Martins dag vngeverlich geben zu burghude mit namen drysig malter korns, zwey fuder wins vnd dru pfund pfennig, das ym alles ein schaffener zu Kirwilre jars geben sol, darvmb er ym auch alle jare sin quitdantzien sol geben. Vnd der obgenannte Eberhart hat vns auch itzunt mit truwen gelobt vnd zu den heiligen geschworen vnd vns vnd vnserm stiefft vnd vnsern nachkommen bischoffen zu Spire getruwe zu sinde vnd mit der vesten Spangenberg zu gewartende vnd gehorsam zu sinde vnd die knechte, als dick sie daruff gedingt oder geandert werden, also lassen vnd tun zu schweren, als vorgerurt ist vnd auch zu bestellen, wann er nymmer vnd von tods wegen abgangen ist, das Got lange wende, daz man dann vns, vnsern nachkommen, oder vnserm obersten amptmanne zu Kirwilre die selbe vesten Spangenberg mit aller irer zugehorde vnverzoglich wieder yngebe vnd entworten ane alles vertziehen, wiedderrede vnd ane alle geverde. Vnd wir vnd vnsere nachkommen sollen ym noch sinen erben auch nutzit von keins buwens wegen schuldig sin, zu gebende oder zu bezalende, das er in der vorgenannten vesten oder vsswendig mit irer zugehorde gebuwet oder getan hette. Wir Raban, bischoff zu Spire obgenannt, gereden vnd versprechen fur vns vnd vnsere nachkommen vnd stiefft zu Spire, den vorgenannten Eberharten by der obgenannten vesten Spangenberg mit irer zugehorde, als vorbegriffen ist, also verliben zu lassen sine leptage vnd auch zu bestellen, das im das obgenannt korn, win vnd gelt jerliche werde in der mass, als vorgeschriben steet, vnd dawider nit zu tunde noch zu suchen in keynen weg ane geverde. Vnd dieser dinge allen zu warem vrkunde haben wir vnser ingesiegel tun hencken an diesen brieff. Geben zu Udenheim, vff mittwoch nach sant Martins tag, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

92. *Raban bischof zu Speyer einet die äbtissin zu Heilsbruck mit der gemeinde Edenkoben wegen wiedererbauung der dortigen kreuzkirche. Udenheim,* 1433 *sept.* 22.

Wir Raban von Gots gnaden bischoff zu Spire etc. bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem briefe. Als die ersamen geistlichen frauwe, Alheit eptissin des klosters zu Heilsbrucken, des ordens von Citel in vnserm bischtume gelegen vnd ir convent vff eine vnd die gemeinde des dorfes zu Edenkoben auch in vnserm bischtume vff die andere syten, als von des brandes vnd schadens wegen, der gescheen ist an der kirchen des heiligen cruces zu Edenkoben, derselben sachen vnd spenne zwuschen ine an vns zum rechten kommen sint vnd wir vns das angenommen haben, nach inhalt eines anlass vnd einer zeychennisse daruber zwuschen ine gescheen vnd begriffen vff fritag vor sant Anthonien tag anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono: des haben wir bischoff Raban obgenannt, der dorfmeister mit namen Hensel Beders vnd Cleusel Strübels vnd der gantze gemeinde zu Edenkoben ansprach, der obgenannten eptissin vnd convents entwurt, der obgenannten dorfmeistere vnd gemeinde widderrede vnd derselben eptissin nachrede, als sie die gein einander verschrieben vnd besiegelte vbergeben vnd vns darnach gesant hant, mit solichen kuntschafften, die des vorgenant sint, fur vns genommen, vns daruff bedacht vnd rat daruber gehabt gelerter vnd wiser lute, vnd wir haben auch herfaren lassen nach der gewonheit, in der gegende, wie man solichs spulget zu haltende. Vnd nach allem dem, das des fur vns kommen vnd bracht ist in den sachen, so haben wir in dem namen Gots, den wir des fur augen haben, gesprochen vnd erkannt, zum rechten, sprechen vnd erkennen also in crafft diss brieffs, das von solicher vnverwarunge oder sumeniss wegen vnd derselber halp, als die von Edenkoben furwendent, dadurch der brant vnd schaden an der kirchen gescheen soll sin, die obgenannte eptissin vnd convent den von Edenkoben nustnit schuldig sin, wann sie des nit getan noch zugefugt habent vnd ob soliche vnverwarunge oder sumeniss dem glockener seligen zu zu messen werent, das doch in dem rechten nit bybracht ist, als dartzu gehorte. So haben doch die obgenannte eptissin vnd convent des vff diese zyt nit zu schaffende, aber von des wegen, als die obgenannte eptissin vnd convent grossen vnd cleynen zehenden in der pfarkirchen vnd marcke zu

Edenkoben nement vnd dieselbe pfarhe an den nutzen irem closter vereyniget vnd zugefugt ist vnd die pfarlute in derselben pfarhen in der obgenannten kirchen des heiligen crutzes, spulgent pferlich recht des meren teiles zu suchende, zu enpfahende, zu nehmende vnd ire begrebde da zu habende nach altem herkommen vnd gewonheit: so sollent die obgenannt eptissin vnd convent ire sture vnd hulffe nach marckezale tun vnd bezaln zu dem wiederbuwe der obgenannten kirchen nach redlicher anslagunge vnd achtunge der vermoglicheit, vorabe des gutes vnd der nutze, die an dem buwe der kirchen sust gehorent, als die heiligen pfleger der selben kirchen innement vnd habent vnd darnach der nutze, die jerlichen von der pfarhen der obgenannt eptissin vnd convent fallende sint vnd geleheit der gemeinen pfarlute, die in derselben kirchen pferliche recht spulgent zu suchende, welche sture vnd hilffe wir Raban obgenannt vff dissmal achten vnd anslahen in diese nachgeschriben wise vnd forme mit namen, sollent die heiligen pfleger von den nutzen der obgenannten kirchen geben vierzig guldin an den vorgenannten wiederbuwe vor der kirchenteile vnd die vorgenannte eptissin vnd convent hundert guldin vor ir antzale vnd den vberigen kosten, den die kirche kosten wirt, an buwe, glocken vnd andern zierungen, sol die gemeinde, die pferlich recht da spulgent zu nemen, tun vnd vssrichten. Vnd wir behalten vns erklerunge diss vnsers vssspruches, ob die obgenannte parthien zweien vnd vneyns darinnen wurden vnd heissen vnd gebieten die obgenannte parthien sulche vnserm vrteil vnd vsspruch nach zu geende, recht vnd redeliche zu vollenden, vollenfuren vnd vssrichten nach sinem innhalt ane alle geverde vnd argelist. Vnd diss zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel tun hencken an diesen brieff. Datum in castro nostro Udenheim, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio, crastino sancti Mathaei apostoli.

---

93. *Nicolaus Burgmann, domdechant zu Speyer, macht eine stiftung in die von ihm erbaute St. Goar's capelle daselbst.* 1434 *aug.* 11.

Ich Nyclaus Burgman lerer in geystlichen rechten, dechan des meren stiffts zu Spire, bekennen vnd tun kunt mengelich mit dissem brieffe. Also als ich vmb die ersamen herren das capittel des obgenannten stiffts gekaufft han eyn jerliche gulte mit namen funff gulden gelts mit hundert gulden abzulosen, die man bisshar gereicht vnd geben hat vnd auch

hinfur reichen vnd geben sal vff sant Johanns Baptisten tag, nach lute vnd innehalt solicher brieffe daruber gemacht vnd mit des obgenannten capittels anhangendem ingesiegel versiegelt. Dieselbe funff gulden gelts vff den obgenannten sant Johans Baptisten tag fallende sal das obgerurt capittel alle jar jerlichen reichen, geben vnd entworten dem oder den, die dissen brieff mit eyne oder me ingesiegel versiegelt inne habent. Der oder die auch die vorgenannte funff gulden gelts vnder ine mit den personen in mass, als hie nach geschrieben steet, teylen sollen, mit namen dem meister vnd stulbrudere zu Spire in dem obgenannten stifft, dry gulden gelts vff das obgenannte zyel sant Johans tag. Vnd darvmb so hant sich dieselben bruder vor sich vnd vor ir nachkomen mit willen, wyssen vnd verhengnisse des ersamen herren Johans Flachen von Schwartzenberg, dumherre zu Spire irs probst, verbunden vnd verbinden sich auch in crafft disses brieffs, das sie ewiglichen zu ewigen tzyten vsser yne eynen bruder bestellen vnd dargeben sollen, der syne Confiteor konne vnd dartzu auch togelich vnd gut sy, der der cappellen in dem crutzgange des obgenannten stiffts genannt sant Gewers cappelle, die ich auch von grunde mit obenvss fundiert, gemacht vnd dotiert habe, allen tag mit eyner messen zu tunde, zum mynsten getruwelich warte vnd den elter morgens, so die metten vss ist, ee oder darnach als dicke das not geschiecht, bereiden vnd dem herre oder den, der oder die messe in derselben cappellen lesen, ess sy wel tzyt es wolle, williglichen zu elter dynen sal vnd welchem bruder die vorgenannten stulbruder also vsser yne dartzu geben werden, der sol yne globen den elter vnd die ornamente dartzu gehorende woll zu bewarn, reyniglichen vnd erberglichen zu halten. Vnd worde auch also der etwas verloren, solten dieselben stulbruder gemeynlich vffrichten vnd betzalen. Derselbe bruder, der also dartzu als vorgeschriben ist geben wirt sal auch zyttlich sagen dem alsdannen der vorgenannte elter entpholen wirt, das man frysche kertzen habe, den elter zu beluchten vnd sunderlichen vff die hochzyt. Vnd sal auch die zu rechter zyt vss vnd in thun, so man messe lesen will vnd gelesen hat. Er sol auch dieselbe cappelle vnd glasefinster alle acht tage eyns vsswendig vnd innewendig oder zu mynsten zu viertzehen tagen, das keyn spynne wepssh darinne sy oder werde vnd dartzu auch dieselbe syte des crutzganges vor der cappellen von eynen

ort zum andern rynlichen halten vnd auch keren vnd den wyhesteyn vol wyewassers halten, wann es not ist. Es sollen auch die obgenannte bruder die vorgeschriben funff gulden gelts noch eyner werden zu den obgenannten dryn gulden, das sie mit gelute der glocken, die sie auch selbs mit yren eygen personen des obendens zu der vigilie vnd des morgens zu der selemesse, als man einem bischoff zu luden pfleget, so man myn jartzyt vff dem chore des obgenannten stieffts begnet, luden sollent. Sie sollent auch myn, myner eltern vnd Heinrich Russen eines stulbruders seligen jartzyt nach derselben bruder gewonheit mit oppffher, kertzen vnd duche begeen vnd zu dem crutzelter, als gewonlich ist, halten. Der funffte gulden der vorgenannten gulte sal fallen vnd gereichet werden eynem crutzherren zu dem thume zu Spire, das er mit sechs prystern vss demselben stifft mit namen den zweyn, die die metten messe lesen, zweyn die sant Katharinen elter besingen vnd den andern zweyn, die sant Barbern cappellen sind in dem obgenannten stifft mit namen dem mittelsten vnd dem jungsten, als nu zu disser zyt herr Johans bischoff vnd herr Jost von Dydenssheim sint, myn, mynes vatter, myner muter vnd aller myner altfordern, auch aller der, die mir ye zu holff mit worten oder wercken kommen vnd gut gethan haben, als vorgeschrieben steet, jartzyt begeen sollen. Dieselben pryster sollen auch mit dem obgenannten crutzherren vff das jartzyt des obendes vnd des morgens als gewonlichen ist, vff myn grab geen. Vnd wer es sache, das eyner vnder yne nit pryster were, sal der crutzherre eynen andern pryster vss dem obgenannten stifft vnd keinen andern dartzu nemen vnd sal auch denselben gulden mit denselben sechs prystern glych halp teylen vnd yme das ander halp teyl behalten. Des zu vrkunde mich zu besagen, han ich myn eygen ingesiegel gehenckt an dissen briff. Vnd zu merer sicherheyt haben ich vnd die vorgenannten bruder gebetten die ersamen, die geistlichen richtere des hoffes zu Spire vnd her Johans Flachen von Schwarzenberg, probst der obgenannten bruder, das sie ir ingesiegele auch an dissen briff han gehenckt. Vnd wir die geystlichen richtern des hoffes zu Spire bekennen offentlich mit dissem brieffe, das wir vmb bette willen der vorgenannten meyster Niclaus Burgman lerers in geystlichen rechten, dechans vnd der obgenannten stulbruder vnser ingesiegel auch an dissen brieff han lassen

hencken, dann auch soliche beredunge vor vns gescheen ist. Vnd ich Johan Flach von Schwartzenberg, dumherre zu Spire, bekennen auch mit dissem brieffe, das soliche verbundnisse der obgenannten stulbruder mit mynem guten willen, wissen vnd verhengnisse zugegangen ist. Darumb von bete wegen des obgenannten meisters Nyclaus dechans han ich auch myn eygen ingesiegel lassen hencken an dissen brieff. Der geben ist vff mitwochen nehst vor vnser frauwen tag assumptionis, do man zalt nach Crists geburte dusent vier hundert dryssig vnd vier jare.

---

94. *Wiprecht und Hanns von Helmstädt versetzen silbergeschirre für die winterkleidung des erzbischofes Raban zu Trier.* 1434 *sept.* 16.

Ich Wiprecht vnd ich Hans von Helmstad, gevettern, oberste amptlute im stieffte zu Spire, bekennen offenbar mit diesem brieff. Als der ersame herr Nyclas Burgmann, domdechan zu Spire von vnserer bete wegen etwevil sines silberin geschirres geleit hat hinter Benedicte apoteckere zu Spire vnd in sinen gewalt geantwurtet fur druhundert sechtzig vnd sehscen halben guldin, fur die selbe somme guldin der obgenannt Benedicte furbass gesprochen hat zu Frankfurt in dieser herbst messe fur tuche zu vnsers gnedigen herren, herrn Rabanns, ertzbischoffs zu Triere wintercleidunge vnd das obgenannte silberin geschirre also zu des vorgenannten Benedicts handen steen sol, biss die obgenannte somme gelts hie zwuschen vnd dieser nehst zu kunfftigen Franckfurter vasten messe bezalet wirdet. Do gereden vnd versprechen wir amptlude obgenannt dem vorgenannten vnsern herrn dem domdechan das obgerurte sin silberin geschirre zu ledigen, zu losen vnd wider zu sinen handen zu entwurten, hie zwuschen vnd den heiligen wyhennacht dagen ane allen intrag vnd geverde. Vnd dies zu vrkunde hat vnser iglicher sin ingesiegel getruckt in diesen brieff. Der geben ist vff donrstag nach des heiligen crutzes tag exaltationis anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

---

95. *Eugen IV. pabst bestätiget nachträglich den zwischen dem erzbischofe Raban zu Trier und dessen gegner Ulrich von Manderscheid getroffenen vergleich. Bononia,* 1436 *sept.* 16.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Apostolicae sedis circumspecta benignitas ad ea

libenter intendit, per quae inter Christi fideles insigni praesertim dignitate praedictos pacis conservetur amoenitas et aufractus litium amputetur. Nuper siquidem ad nostrum fide dignis relatibus pervenit auditum, quod licet dudum procurante humani generis inimico inter venerabilem fratrem nostrum, Rabanum archiepiscopum Trevirensem et dilectum filium Ulricum de Manderscheyt, tunc decanum ecclesiae Coloniensis, ratione Trevirensis ecclesiae, nonnullae lites et discordiae exortae fuissent, nichilominus venerabilibus fratribus Theoderico archiepiscopo Coloniensi et Frederico episcopo Wormatiensi ac dilecto filio Theoderico electo Moguntinensi tractantibus, ad certos modos pacis et concordiae devenerunt certaque pacta et capitula ordinarunt, inter caetera continentia, quod novem personae deputarentur, juxta quorum consilia et informationem, seu majoris partis eorundem, dicti archiepiscopus Coloniensis, episcopus et electus ad hoc specialiter per partes ipsas communiter electi arbitri super praemissis pronuntiare deberent. Cumque in pactis et capitulis praedictis etiam inter caetera contineretur, quod ipsi Coloniensis archiepiscopus, episcopus et electus dicto Ulrico, si et in quantum dictam ecclesiam Trevirensem non consequeretur, de quadam certa summa annuorum reddituum et habitatione condecenti et accommoda de fructibus et locis dictae ecclesiae providerent et ipsum Ulricum assecurarent, quod hujusmodi summam annuatim, quamdiu viveret, sibi tradi, cedere et remanere deberet, iidem arbitri, postquam nos modos pacis et concordiae ac pacta et capitula supradicta per ipsos arbitros super hoc specialiter requisitos per nostras literas approbavimus per eorum, quam in scriptis tulerunt, sententiam arbitralem, prout ex forma compromissi poterant, ecclesiam Trevirensem praedictam dicto Rabano archiepiscopo adjudicarunt. Pronuntiantes insuper inter caetera, quod praefato Ulrico in festo nativitatis Christi seu infra quatuor ebdomadas postea absque fraude duo millia florenorum Renensium singulis annis, quamdiu idem Ulricus vixerit, de praefata ecclesia Trevirensi cedere deberent et provenire, nisi contingeret sibi alias adeo satisfieri, quod ipse Ulricus super hujusmodi redditibus sive gulta sponte renuntiaret. Pronuntiaverunt etiam iidem arbitri, quod eidem Ulrico, quoad vixerit et non ultra, castrum Scoltzenvelt (sic) ad dictam ecclesiam Trevirensem pertinens cum valle ibidem et suis pertinentiis absque fraude pro habitatione sua sibi cedere debeat

atque remanere, nisi contingeret alias sibi pro eodem satisfieri, quo casu ipse idem castrum in manus archiepiscopi pro tempore existentis dictae ecclesiae resignaret. Cum autem praemissa et alia per dictos arbitros pronuntiata et laudata fuissent, licet compromissum ac pacta et capitula supradicta inter partes ipsas concordata, per nos auctoritate apostolica etiam fuissent confirmata, laudata et approbata, ut praefertur, nichilominus dictus Ulricus, ut nobis fide digna relatione innotuit, asserit per hujusmodi pronuntiationem et nostram confirmationem sibi de dicta pensione annua duorum millium florenorum ac de castro praedicto, quoad vixerit, non esse sufficienter cautum, cum de eisdem pensione et castro in nostra confirmatione nominatim et expresse nulla mentio facta sit et propterea dictus Ulricus se ad observandum praedicta asserit non adstrictum. Quare dictus archiepiscopus Trevirensis nobis humiliter supplicavit, ut sibi et eidem Trevirensi ecclesiae super hoc de opportuno remedio providere dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, volentes eidem Ulrico contraventionis occasionem tollere, dictam eorundem arbitrorum sententiam atque laudum praesertim, quoad dictam pensionem duorum millium florenorum ipsi Ulrico, ut praemittitur, quoad vixerit, de dictis ecclesiae Trevirensis fructibus, redditibus et proventibus solvendorum et quoad castrum praedictum sibi pro habitatione condecenti similiter, quoad vixerit, sub conditionibus praedictis retinendum auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nostrae insuper intentionis existit, quod pensionis constitutio et castri hujusmodi assignatio nullo unquam tempore revocari valeant, etiam si de praesentibus eorumque totis tenoribus in aliis nostris vel successorum nostrorum literis specialis et expressa mentio haberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, communitionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Bononiae anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, sexto decimo kal. octobris, pontificatus nostri anno sexto. — Ja. de Arimino.

96. *Eugen IV. pabst gestattet dem erzbischofe Raban zu Trier das Speyerer bisthum beizubehalten. Bononia,* 1436 *sept.* 18.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Rabano archiepiscopo Trevirensi, ecclesiae Spirensis in spiritualibus et temporalibus administratori, salutem et apostolicam benedictionem. Regimini universalis ecclesiae, quamvis insufficientibus meritis disponente Domino praesidentes, de universis orbis ecclesiis pro earum statu salubriter dirigendo, quantum nobis ex alto conceditur, sollicite cogitamus, sed propensius sollicitudo nos urget, ne ecclesiis, quae sunt suis destitutae pastoribus, qui majori praefulgent titulo dignitatis, prout ipsorum et locorum et temporum qualitas exigit, necessitatibus consulamus. Olim siquidem ecclesia Spirensis ex eo pastoris solatio destituta, quod felicis recordationis Martinus papa quintus, praedecessor noster, te tunc episcopum Spirensem, licet absentem, a vinculo, quo ipsi Spirensi ecclesiae, cui tunc praeeras, tenebaris, de fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolvens, ad ecclesiam Trevirensem duxit auctoritate apostolica transferendum, praeficiendo te illi in archiepiscopum et pastorem. Idem praedecessor praedictae Spirensi ecclesiae sic vacanti de persona bonae memoriae Adolphi de Eppenstein tunc de eorundem fratrum consilio simili auctoritate providit, praeficiendo eum similiter eidem Spirensi ecclesiae in episcopum et pastorem et nichilominus te administratorem ejusdem Spirensis ecclesiae, quousque ipsius ecclesiae Trevirensis possessionem vel majorem ipsius partem assequereris, fecit, constituit et etiam deputavit. Postmodum vero eodem praedecessore, sicut Domino placuit, vita functo, nos divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti administrationem hujusmodi confirmavimus, prout in diversis ejusdem praedecessoris et nostris literis plenius continetur. Successive vero dicto Adolpho, sicut Domino placuit, sublato de medio, nos, qui hodie administrationem hujusmodi ex certis causis duximus revocandam, attendentes, quod nullus praeter nos de ordinatione ipsius Spirensis ecclesiae se hac vice intromittere potuit sive potest, pro eo, quod nos dudum ante vacationem hujusmodi ipsam ecclesiam Spirensem ordinationi et dispositioni nostrae reservantes decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari, ac considerantes, quod tu in

prosecutione translationis de te factae hujusmodi gravissima expensarum onera et laborum subiisti et ad resistendum adversariorum potentiae opportet adhuc jugiter te subire, quodque illa sine ipsius Spirensis ecclesiae suffragio supportare nequires et propterea tibi, ut illa facilius valeas supportare et ne ipsa Spirensis ecclesia sic vacans prolixae vacationis subjaceat detrimentis, providere volentes et attendentes, quod tu, qui hactenus eidem Spirensi ecclesiae triginta annis vel circiter laudabiliter praefuisti, illi esse poteris plurimum fructuosus, eandem Spirensem ecclesiam sic vacantem per te, quoad vixeris, regendam, tenendam et etiam gubernandam tibi eadem auctoritate de eorundem fratrum consilio commendamus curam, regimen et administrationem plenam, generalem et liberam ejusdem Spirensis ecclesiae ac illius bonorum et virium tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ut Spirensem ecclesiam tuae gubernationi et administrationi commissam spiritualiter et temporaliter juxta datam a Deo prudentiam regas, dirigas et augmentes ac de fructibus, redditibus, proventibus, viribus et obventionibus universis ad mensam episcopalem Spirensem spectantibus ordines et disponas illosque in tuos et ejusdem Spirensis ecclesiae usus convertere valeas et habere, prout veri episcopi Spirenses, qui fuerunt de tempore, de illis ordinare et disponere potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione quorumlibet bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ejusdem Spirensis ecclesiae tibi penitus interdicta. Tu igitur circa ipsius ecclesiae Spirensis regimen et gubernationem sollicite et fideliter exercendam sic te exhibeas studiosum, quod dicta Spirensis ecclesia divino auxilio suffragante sub gubernatione tua provida et salubri votivis continue in spiritualibus et temporalibus amplietur commodis et salubribus proficiat incrementis nosque tuae circumspectionis et diligentiae studium fructuosum dignis possumus in Domino laudibus merito commendare. Datum Bononiae anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, quarto decimo kal. octobris, pontificatus nostri anno sexto. — Ja. de Monteanecie.

---

97. *Wiegand Trierer generalvicar des bisthumsverwesers Raban zu Speyer hebt die irrung wegen einer wochenmesse in der capelle zu Alsheim.* 1436 *nov.* 20.

Wigandus Trierer, canoniker zu Allerheiligen zu Spire. des erwirdigsten in Got vaters vnd herren, herren Rabanns

von Gots gnaden ertzbischoffes zu Trier vnd furwesers des stiffts zu Spire gemein vikarie in geistlichen sachen. Bekennen offentlich mit diesem briefe vnd tun kunt allermeniglich, als etliche spenn, zwietracht vnd misshellunge gewesen sint zwischen den ersamen herren dechant vnd capittel des mereren stiffts zu Spire vff eine vnd jungherr Hartmann von Hendsuchsheim vnd der ganzen gemeinde des dorffes Alzheim vff die andere site, als von messlesens wegen vnd der vorgenannte jungherr Hartmann vnd die gemeinde des vorgedachten dorffes meinte, das die vorgenannte herren dechant vnd capittel sollten alle wochen zwe messen in der capellen zu Alzheim bestellen zu lesen, in der massen sie des kuntschafft hetten, das yne aber die vorgenannten herren nit gestunden vnd meinten, das sie das zumal nit schuldig weren zu bestellen. Vnd also sint die vorgenannte parthien durch den ersamen herren Reinhart von Helmstatt, domprobest zu Spire vnd vns, vorgenannten vikarie, obgenannt von einer mess wegen durch die vorgenannten domherren furbass zu bestellen mit wissen, gericht vnd geschlicht, also das die vorgenannten dechant vnd capittel sollent vnd wollent furbass zu ewigen zyten eine mess wochentlich in der vorgenannten capellen zu Alzheim bestellen zu lesen. Vnd von der andern mess sache, spenne vnd zwitracht wegen, sint die vorgenannten parthien mit wissen vnd gutem willen hinter vns Wigand vikarie kommen vnd gegangen, als das wir sollen sehen vnd fur vns nemen die kuntschafft, die daruber verhert vnd verzeiget ist vnd wann wir die gesehen vnd fur vns genommen haben, das wir dann darin heissen vnd bescheiden zu tuende oder zu lassende, dem soll von beiden parthien nachgegangen vnd gehalten werden vnd auch keine parthie solichs ziehen oder bringen, sondern genzlich daby bliben solle. Der vorgenannten vnterrichtung wir Wigand vikarie obgenannt vns von beyden parthien, beyde wegen angenommen haben vnd haben die kuntschafft, die des furgewart sint, fur vns genommen vnd daruff bedacht vnd rat daruber gehabt gelehrter vnd wiser lute vnd nach allem dem, das des fur vns kommen vnd bracht ist in den sachen, so haben wir in dem namen Gottes, den wir dess vor augen haben, gesprochen vnd erkannt, sprechen vnd erkennen also in krafft dieses briefs, das die vorgenannte herren dechant vnd capittel ledig vnd vnverbunden, meer messen zu bestellen, in der vorgenannten capellen zu lesen sind ausser die ein mess,

die sie willichlich vff sich genommen habent, als vorgemelt ist vnd sagen auch sie vor jungherren Hartmannes obgenannt, schulteisse vnd gemeinde zu Alzheim, ledig vnd loss vnd setzen den vorgenannten jungherrn Hartmann, schulteisse vnd gemeinde obgenannt zu ewigen zyten vnd tagen von solcher messe wegen zu schweigen vnd die vorgenannte herren vnbekummert zu lassen. Vnd soll jederman seinen kosten, der darvff getan ist, selber tragen. Des zu vrkunde haben wir Wigand obgenannt vnser ingesiegel gehangen an diesen brieff, der geben wart anno millesimo quadringentesimo sexto feria tertia post Elisabeth.

---

98. *Die synode zu Basel beauftragt den canonicus Heinrich Morlin von Mainz die probstwahl zu St. Guido in Speyer zu untersuchen und zu ordnen. Basel,* 1437 *feb.* 10.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam repraesentans, dilecto ecclesiae filio Henrico Morlin, canonico Moguntinensi, salutem et omnipotentis Dei benedictionem. Humilibus supplicum votis gratum nos praestare decet assensum et ut ea, quae ecclesiarum ecclesiasticarumque personarum statum, honorem et tranquillitatem respiciunt, optatum sortiantur effectum, libenter interponimus sollicitudinis nostrae curas. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum ecclesiae filiorum, decani et capituli ecclesiae majoris Spirensis petitio continebat, quod licet sancti Germani extra, sancti Widonis et sanctae Trinitatis intra muros Spirenses collegiatarum ecclesiarum praepositurae in eadem majori ecclesia archidiaconatus censeantur et ob id dilecti ecclesiae filii capitulorum dictarum collegiatarum in illarum praepositos, quotiens praeposituras ipsas vacare contigerit, canonicos capitulares dictae majoris ecclesiae de antiqua et legitime praescripta consuetudine eligere debeant et teneantur, quia tamen capitulum sancti Widonis hujusmodi illius praepositura vacante canonicum non capitularem in praepositum ejusdem, reclamantibus tamen et contradicentibus decano et capitulo ecclesiae majoris, praedictis duabus vicibus elegerunt, iidem decanus et capitulum dubitant ex hoc hujusmodi consuetudinem interruptam censeri, eisque praejudicium generari, nec non dissentiones et scandala inter eos et collegiatarum ecclesiarum capitula hujusmodi posse verisimiliter exoriri. Quare

pro parte decani et ecclesiae majoris capituli hujusmodi nobis fuit humiliter supplicatum, ut consuetudini praedictae pro illius subsistentia firmiori robur confirmationis universalis ecclesiae adjicere aliasque in praemissis opportune providere de nostra benignitate dignaremur. Nos igitur, qui de praemissis certam notitiam non habemus, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per haec scripta committimus et mandamus, quatenus, si vocatis capitulis collegiatarum hujusmodi et aliis, qui fuerint evocandi, praemissa vera esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, consuetudinem praedictam auctoritate dictae universalis ecclesiae approbes et confirmes, eamque per dicta capitula inviolabiliter observandam fore decernas, faciens, quod decreveris per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia, appellatione postposita, etiam firmiter observari, non obstantibus praemissis ac felicis recordationis Bonifacii papae octavi, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem et dioecesin, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad judicium evocetur, ac de duabus dictis in concilio generali ac aliis apostolicis constitutionibus, caeterisque contrariis quibuscunque, aut si dictis collegiatarum ecclesiarum capitulis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, quavis sit auctoritate indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Basileae quarto idus februarii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

---

99. *Raban erzbischof zu Trier und verweser des bisthums Speyer entscheidet über die probstwahl zu St. Guido. Speyer,* 1437 *april* 11.

Wir Raban von Gottes gnaden ertzbischoff zu Triere, des heiligen Romischen riches durch Welische land vnd des kongresse von Areladt ertzcanceller vnd furweser der kirchen zu Spire, tun kund allen den, die diesen brieff sehen oder horen lesen. Als die ersamen, vnsere lieben, andechtigen dumdechan vnd capittel vnserer der meren vnd dechan vnd capittel der stieffte zu sant Wyden zu Spire zu spennen vnd missehellen ytzunt komen sin, als von erwelunge eins probstes daselbst zu sant Wyden wegen vnd beyde parthyen die sach an vns gestalt hant vnd by vns blieben sint, wie

wir sie vmb soliche spenne vnd missehelle setzen vnd zuschen ine entscheiden, daz sie zu beyden syten das halten vnd doby bliben sollent vnd wollent vnd das auch also in kunfftigen zyten vnverbruchlich stete vnd feste halten. Vnd darumb, nach guttem rate vnd vorbetrachtunge daruber gehabt, so setzen vnd entscheiden wir beyde parthie obgenannt, das die obgenannte dechan vnd capittel zu sant Wyden, wann vnd wie dicke die probstye daselbs zu sant Wyden ledig wirt vnd ine von recht oder gewonheit ein probste zu welen geburt, daz sie alsdann zu derselben probstie zu eynem probste nemen vnd erwerben sollen einen dumherren vss dem capittel der vorgenannten vnserer merere stieffte zu Spire, der capitularis sy, vnd keinen andern. Vnd welchen sie also vss dem capittel nemen vnd herwelen werden, der soll den obgenannten dechan vnd capittel verbunden sin zu tun vnd auch tun als mit statuten vnd ornamenta ecclesiae vnd sust vnd anderer gulte, pension oder vssrichtunge, wann vnd wie dann das herkommen ist vnd probste derselben kirchen zu sant Wyden getan haben vngeverlich. Vnd dez zu vrkunde haben wir vnser gross Spirisch ingesiegel an diesen brieff tun henken. Vnd wir dumdechan vnd capittel der merern stiefftes zu Spire vnd dechan vnd capittel zu sant Wyden vorgenannte, bekennen, daz wir soliche spenne vnd missehelle als vorgerurt ist, an den obgenannten vnsern gnedigen lieben herren in massen als vorgeschriben mit guttem willen vnd wissen gestelt haben vnd by ine blieben sin vnd darumb zu setzen vnd zu entscheiden vnd wie er vnns darumb in massen vorgenannt gesatzet vnd entschieden hat, doby sollen vnd wollen wir ez blieben lassen vnd das auch also in kunfftigen zytten stete vnd vnverbrochenlich halten ane alle argeliste vnd geverde. Vnd des zu vrkunde vnd warheit haben wir dumdechan vnd capittel der merern vnd dechan vnd capittel zu sant Wyden yglicher vnsers capittels ingesiegel by des obgenannten vnsers gnedigen vnd lieben herrn ingesiegele an disen brieff tun hangen. Datum Spirae feria quinta post dominicam, qua cantatur in ecclesia Dei Quasimodogeniti, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

100. *Wigand Trierer generalvicar des bisthumsverwesers Raban zu Speyer bestätiget die aufbesserung der St. Katharinen pfründe zu Diedesfeld.* 1437 *aug.* 2.

In nomine Domini, amen. Wigandus Trierer, canonicus ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis, reverendi in Christo patris et domini, domini Rabani, Dei gratia archiepiscopi Trevirensis et administratoris ecclesiae Spirensis, in spiritualibus vicarius generalis et ad subscripta specialiter deputatus, universis Christi fidelibus, maxime quorum interest, salus in eo, qui est omnium vera salus. Cum a nobis petitur, per quod divinus cultus augmentatur, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nobis commissi studeamus favorabiliter promovere. Exhibita siquidem nobis per in Christo nobis dilectos juratos ecclesiae parochialis villae Diedesfeld, Spirensis dioecesis, nomine universitatis ibidem petitio continebat, quod licet dudum in praedicta ecclesia parochiali unum beneficium ecclesiasticum sit constitutum super altari sanctae Catharinae virginis et martyris inibi consecrato et competentibus redditibus, censibus et proventibus, ut praesumitur, institutionis ejusdem dotatum, tandem vero propter temporis instabilitatem et hominum malorum fraudem seu alios casus fortuitos, redditus et census ejusdem beneficii adeo sint diminuti et extenuati, quod de caetero pro sustentatione congrua et competenti unius presbyteri hujusmodi beneficio deservientis, sufficere non possint neque valeant, unde ipsi pio moti affectu prioribus censibus et redditibus ad dictum beneficium spectantibus supperaddere et donare disposuerint de bonis et rebus fabricae dictae ecclesiae parochialis in tantum, quod possessor dicti beneficii in antea habere debebit census et redditus in valore triginta quatuor florenorum et quandocunque et quotiescunque census et redditus dicti beneficii diminuerentur ac decrescerent aut juridice dicto beneficio abjudicarentur absque culpa et negligentia dicti beneficii possessoris itaque, quod ad summam valoris triginta quatuor florenorum se extendere non possunt: ex tunc id, quod defecerit in hujusmodi summa, ipsi jurati ecclesiae et eorum successores adimplere tenebuntur de bonis fabricae dictae ecclesiae totiens, quotiens id fuerit necessarium. Ita videlicet, quod de caetero perpetuis temporibus beneficiatus in dicto beneficio tres missas in dicto altari sanctae Catharinae, summo mane, antequam populus ibidem ad opus rurale

transeat, singulis septimanis celebret atque plebano ibidem dominicis et festivis diebus assistat et eundem legendo, cantando fideliter adjuvet, nec non tempore necessitatis et in absentia plebani ibidem sacramenta ecclesiastica administret et hujusmodi suam primissariam sine damno et praejudicio plebani seu rectoris ibidem deserviat ac nullum aliud beneficium ab extera deserviat, sed in dicta villa personalem residentiam effectualiter faciat absque fraude et dolo. Praefati etiam procuratores seu jurati ecclesiae praedictae obligaverunt se et eorum successores ad duo talenta cerae, singulis annis praefato primissario et ejus successoribus in festis nativitatis Christi et pentecostes danda pro luminibus faciendis. Quapropter praefati procuratores et jurati ecclesiae nobis instanter supplicaverunt, quatenus ad hujusmodi dotationem et augmentationem nostrum consensum et assensum tanquam rector seu pastor dictae ecclesiae dare et eadem una cum ordinationibus et conditionibus suprascriptis auctoritate dicti domini nostri Spirensis ordinaria approbare et confirmare dignaremur. Nos vero attendentes hujusmodi dotationem et augmentationem ac ordinationes praenotatas rationi consonas fore, idcirco tamquam rector et pastor dictae ecclesiae in Diedesfeld hujusmodi dotationem et augmentationem de bonis fabricae dictae ecclesiae ad dictum beneficium, ut profertur, assignatis, ratificamus atque nostrum consensum ad hoc damus per praesentes, nec non eosdem una cum ordinationibus praescriptis, accedente ad hoc consensu ex parte Conradi Rudolphi presbyteri, ejusdem beneficii possessoris pro se et suis successoribus ad hoc faciendum sponte obligavit, auctoritate dicti domini nostri episcopi Spirensis ordinaria, approbamus et confirmamus per praesentes, volentesque quod collatio dictae primissariae, quotiens eam vacare contigerit, ad pastorem seu rectorem dictae ecclesiae in Diedesfeld pro tempore existentem spectet, prout hucusque spectabat, fraude et dolo in praemissis penitus exclusis. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum et actum anno Domini MCCCCXXXVII. die sancti Stephani papae et martyris.

101. *Raban erzbischof zu Trier und bisthumsverweser von Speyer trifft anordnungen über verschiedene verpflichtungen der domcapitulare zu Speyer. Speyer, 1438 januar 4.*

Nos Rabanus Dei gratia archiepiscopus Trevirensis et ecclesiae Spirensis administrator, recognoscimus publice per praesentes, quod matura deliberatione cum venerabilibus decano et capitulo majoris ecclesiae nostrae Spirensis praehabita, de consilio, assensu et expressa voluntate eorundem, ad laudem Dei omnipotentis, gloriosae virginis Mariae, matris suae, dominae atque patronae nostrae, pro divini cultus augmentatione ipsius ecclesiae nostrae Spirensis bono statu et tranquillitate partium, ex antiquis observantiis honeste introductis, per nos recensitis et praesertim ex sanctorum patrum institutis canonicis, jure scripto et ratione administrantibus, nonnullas ordinationes in vim et modum statutorum praesentibus duximus annotandas, volentes atque decernentes easdem salvis aliis canonicis, provincialibus et synodalibus statutis atque rationabilibus consuetudinibus ecclesiarum, quibus tamen non fuerit expresse inferius derogatum, sub poenis annexis inviolabiliter observari. Inprimis itaque volumus et ordinamus, quod nulla fiat distributio seu divisio praebendarum in nostra ecclesia cathedrali Spirensi in grano, vino, pecuniis aut aliis obventionibus quibuscunque, nisi prius deductis pensionibus et aliis debitis persolvendis. Item quia beneficium datur propter officium, volumus et ordinamus, quod canonici nostrae cathedralis ecclesiae Spirensis praebendas suas, tam in vino, quam in grano et aliis obventionibus pro totius anni curriculum pro rata suae circa ecclesiam praesentiae, quando suspensi non fuerint, mereantur, nec aliquo certo die vel brevi duntaxat tempore praesentes vinum, granum seu aliquam notabilem quotam obventionum quarumcunque ultra ratam suae praesentiae valeant deservire, sed ultra quamlibet tertiam diem suae absentiae juxta morem ipsius ecclesiae computandum pro rata temporis sint suspensi ab omni emolumento seu perceptione fructuum aut obventionum quarumcunque eisdem ratione praebendae seu canoniae quomodolibet debitorum, portione cujuslibet sic suspensi ad fabricam vel aliam ecclesiae utilitatem publicam et non alias per suspensores, qui hoc diligenter respicere debent, conservanda et secundum arbitrium capituli convertenda, salvis tamen quindena suspensorum decano Spirensi cedente, nec non autumpno et tribus quindenis cuilibet canonicorum

pro absentia sine suspensione concessis seu indultis. Item ut in praecipuis festis divinus cultus in nostra cathedrali ecclesia Spirensi decentius et sollempnius peragatur, volumus et ordinamus, quod quicunque canonicorum nostrae cathedralis ecclesiae praedictae in primis vesperis alicujus festorum subscriptorum, scilicet nativitatis Christi, paschae, pentecostes, assumptionis beatae Mariae virginis, annuntiationis ejusdem, dedicationis ecclesiae et omnium sanctorum in choro dictae ecclesiae non comparuerit et in missa ejusdem festi non remanserit, pro quolibet festorum praedictorum poenam unius floreni Rhenensis, pro medietate ad fabricam et pro alia medietate ad ornatum ipsius ecclesiae applicandi, se noverit incurrisse, salvis nichilominus aliis poenis prius ex statutis vel consuetudine introductis. Item quoniam in ecclesia Spirensi fuit non sine rationabili causa antiquitus observatum, quod nullus Spirensis canonicus quantumcunque praebendatus ad dignitatem vel officium in eadem ecclesia eligebatur, nec ad aliquam electionem activae aut claustrales curiam seu specialem possessionem ecclesiae sub nomine officii admittebatur aut etiam jure nominandi, praesentandi vel conferendi aliquod beneficiorum ecclesiasticorum ad collationes decani et capituli ejusdem ecclesiae spectantium gaudebat vel utebatur, nisi completis annis redemptionis et personali residentia per annum facta satisfactoque camerae de anno episcopali, nos observantiam hujusmodi laudantes, approbantes et renovantes, statuimus et ordinamus hoc deinceps, ut praemittitur, perpetuis temporibus observari, volentes insuper ex certis causis, quas experientia rerum magistra rationabiles docuit, quod nullus canonicus voce capitulari in ecclesia Spirensi gaudeat, seu capitulum nisi specialiter vocatus intret, aut capitularis dicatur, seu juribus capitularibus utatur, nisi dictis redemptionis et residentiae annis completis et facto, nec non de anno episcopali camerae satisfacto. Poterunt tamen canonici, presbiteri vel alias in sacris constituti etiam non capitulares uti mitra canonicali et in choro stare in locis, sive stallis, in quibus alii presbiteri seu in sacris constituti stare consueverant. Item ad obviandum diversis scandalis et oblocutionibus antiquam nostrae cathedralis ecclesiae Spirensis observantiam, quamvis certis praeteritis temporibus aliqualiter non sine scandalo interruptam renovantes, statuimus et ordinavimus, quod ex nunc in antea nullus in eadem ecclesia nostra recipiatur in canonicum, vi-

carium seu beneficiatum, nisi sit de legitimo matrimonio procreatus, volentes quod quilibet in admissione sua juret inter alia se propria aestimatione de legitimo matrimonio procreatum a suis consanguineis et ejus notitiam habentibus haberi, teneri et reputari. Et si talis admittendus fuerit de partibus remotis seu prosapia ignota aut alias de illegitimatione suspectus, fidem de sua nativitate legitima decano et capitulo facere teneatur, antequam ad beneficium ecclesiae admittatur. Ut tamen viris literatis deferatur, nolumus dictum nostrum statutum ad doctores vel licentiatos in jure divino vel humano seu baccalaureos, formatos in theologia aut magistros in medicina extendi, quominus ad vicarias vel alia beneficia minora in ecclesia nostra Spirensi propter gradus dignitatem recipi valeant et admitti. Item pro arduis ecclesiae nostrae Spirensis negotiis eo diligentius pertractandis et celerius, si opus fuerit, terminandis, statuimus et ordinamus, quod deinceps quolibet anno quatuor generalia ipsius ecclesiae capitula habeantur temporibus infrascriptis, primum scilicet ipso die sancti Anthonii, secundum quarta feria post dominicam Quasimodogeniti, tertium ipso die sancti Kyliani, quartum in crastino beati Gregorii et fiat quodlibet illorum capitulorum cum continuatione aliquot dierum sequentium, si et prout tunc decano vel ejus locum tenenti et capitulo praesentibus videbitur expedire. Quilibet etiam quatuor terminorum seu dierum praedictorum sic pro homine interpellet, quod quilibet capitularis nostrae ecclesiae Spirensis se ad hujusmodi capitula teneatur praesentare etiam non vocatus, absentes quoque tunc a voce et emolumentis capitularibus sint suspensi, nec infringere valeant ea, quae tunc per praesentes agentur et capitulariter concludentur. Item statuimus et ordinamus, quod si contingat aliquem canonicorum seu vicariorum nostrae ecclesiae in civitate Spirensi furiosum, quod absit, aut leprosum effici vel alias taliter infirmari, quod ad chorum, capitulum vel computum non valeat commode personaliter venire et hujusmodi infirmitas non sit manifesta, tunc capitulum honestam personam ad infirmum hujusmodi transmittat et si hujusmodi personae transmissae fuerit de hoc facta fides, tunc talis infirmus percipiat distributiones cottidianas et denarios computales ac si personaliter in choro, capitulo vel computatione comparuisset, non obstante consuetudine contraria alias observata, quam tenore praesentium tollimus et abolemus, nolentes tamen per hoc

alicui plus juris in distributionibus cottidanis seu denariis computalibus percipiendis tribuere, quam alias sibi debeatur, nec etiam antiquo statuto per nos renovato de perceptione praesentiarum, quod incipit: „Bonae rei," quoad sanos et incolumes aliqualiter derogare. Item ad obviandum fraudibus quorundam petentium licentiam ad studia literarum providendumque ecclesiae nostrae Spirensi, ut reperiri valeant citius personae ipsius in casibus opportunis, statuimus et ordinamus, quod nullus recipiatur deinceps ad capitulum, nisi prius per biennium continue in loco proinde grato remanserit, ibidem studuerit et profecerit competenter. Et si quis canonicorum nostrae cathedralis ecclesiae Spirensis licentiam petiverit et obtinuerit se ad generale studium transferendi, nominare teneatur decano et capitulo nostrae ecclesiae Spirensis certum studium sive locum ad hoc privilegiatum, ubi voluerit tunc studere et tempus exprimere, quo studere voluerit, teneatur, nec illud, postquam obtinuerit, valeat amputare, nisi de consensu capituli ex causa rationabili revertatur, alioquin reversus ante finem temporis expressi omnes fructus et emolumenta ac quidquid receperit a dominica tunc proxima ante praecedens festum sancti Jacobi immediata usque ad tempus reversionis sive studii dimissionis integre et omnino restituat atque solvat, nec non interim obventionibus, quas non recepit, careat usque quaque. Et si fuerit propinquus locus, scilicet infra sex dietas vel circiter, in eodem manere et perseverare debebit absque loci mutatione seu hinc inde vagatione, nec ad aliud studium se transferre sine nova a praedictis decano et capitulo petita licentia et obtenta. Si vero locus fuerit remotus utpote ultra montes, in Italia, Gallia, Anglia, Ungaria, Bohemia, Austria, Moravia, Bolonia vel Brussia, poterit talis absque nova licentia, sed ad alium studium similiter remotum ex causa rationabili transferre, dum tamen decano et capitulo praedictis notificet locum, ad quem se transtulerit quantocius poterit opportune. Si quis vero contrarium fecerit ab illa hora, qua dimittit studium primo per eum nominatum, suam noverit licentiam exspirasse et per consequens a perceptione fructuum praebendae suae se suspensum, donec secundum nostrae ecclesiae consuetudinem restituatur. Item ut divinus cultus eo diligentius et decentius praesertim in cantu psalmodia, lectionibus cottidianis, responsoriis et versiculis peragatur, statuimus et ordinamus, quod deinceps esse debent perpe-

tuis temporibus octo juvenes panenses sive chorales nuncupati bene vociferati, disciplinati et in cantu sufficienter instructi chorum ecclesiae nostrae Spirensis cottidie tempore divinorum respicientes, quatuor videlicet in uno et quatuor in latere altero chori constituti, non divertentes, nec a choro recedentes, sed divino cultui continue diligenter intendentes, nisi de licentia decani vel ejus locum tenentis aliud pro tempore incumbat, quibus decanus et capitulum dictae nostrae ecclesiae habebunt ultra ea, quae ab olim consueverant talibus choralibus assignari de cappis nigris et pelliciis hyemalibus et alias competenter providere. Si quis autem istorum choralium sive panensium minus videretur idoneus aut deficeret in praedictis, per decanum et capitulum repelli et alius idoneus in ejus locum surrogari poterit et debebit totiens quotiens fuerit opportunum. Item cum plures missae cottidie veniant diversis horis in nostra ecclesia Spirensi celebrandae, quae juxta instituentium rationabilem voluntatem transire debent ebdomadatim de persona in personam per canonicos et vicarios presbiteros successive, volumus et ordinamus, quod quilibet canonicus sive vicarius ecclesiae nostrae Spirensis, quem ordo contigerit, si emolumentum exinde percipere voluerit, missam hujusmodi, nisi rationabilis infirmitas vel decrepita senectus impediat, per se ipsum et non per alium cantare vel legere teneatur. Si vero supersedere et emolumento hujusmodi carere voluerit, hoc tempestive decano vel ejus locum tenenti notificare poterit et debebit, ut videlicet alius secundum ordinem sequens de hoc certificatus se ad hoc disponere valeat et aptare, salvo tamen decani privilegio, qui juxta dictae ecclesiae nostrae consuetudinem propter alia ardua sibi incumbentia potest tales missas et alios chori actus per suam capellanum vel alium celebrare, exceptis summis festivitatibus, quibus per se debet chori officia eum tangentia peragere, nisi fuerit legitime impeditus. Item ut tractatus sive actus capitulares eo maturius et quantum fieri poterit, absque divini cultus impedimento peragantur, statuimus et ordinamus, quod decanus nostrae cathedralis ecclesiae Spirensis vel ejus pro tunc locum tenens, quandocunque sibi capitulum videbitur pro die crastina celebranda hoc circa horam completorii de sero singulis canonicis residentibus vel ad minus ad eorum habitationes faciat intimari, intimatione autem sic facta, quilibet canonicorum tunc praesentium in crastinum cessante impedimento legitimo

statim finitis matutinis in loco capitulari comparere, nec ab inde sine licentia capituli recedere, quamdiu pro tunc capitulum celebratur, sed in loco et ordine suo secundum introitum ad prebendam sedere et colloquium suum sive votum disciplinate et modeste in ordine suo et non alias explicare sive proferre in medium teneatur, nisi forsitan specialiter de aliqua facti circumstantia vel alias interrogaretur, aut causae tunc tractandae singularem notitiam habens pro leviori expeditione caeteris negotium enarret, contrarium faciens pro qualibet vice a fructibus beneficii et distributionibus chori ac etiam capituli per diem integrum sit suspensus. Et si in hujusmodi suspensionis executione decanus et capitulum fuerint negligentes, episcopus pro tempore existens per se vel suum commissarium ad hoc specialiter deputandum, quam cito ad sui notitiam pervenerit, tam decanum quam capitulum ac delinquentem arbitrarie puniat et emendet. Si tamen inopinate casus vel causa emerserit aut literae vel nuntiatio decano vel ejus pro tunc locum tenenti innotuerit, propter quam vel quas repente videatur capitulum indicendum, hoc statim poterit singulis canonicis praesentibus intimari et quocunque opportuno tempore modo quo praemittitur celebrari. Haec itaque statuta, quamvis ut praemisimus partim ex antiquis observantiis et partim ex institutis canonicis deriventur ac pro magna parte dudum fuerint publicata, tamen, ut intelleximus, parum vel nihil a multis temporibus hactenus sunt servata modicumque curata, quapropter omnes et singulos, quos concernunt, in virtutum Domino exhortamur atque requirimus in visceribus pietatis, quatenus eadem, prout sonant, in omnibus capitulis atque clausulis seu continentiis eorundem de caetero cum omni diligentia et sollicitudine frequenter prae oculis habeant, in omnibus generalibus capitulis seu conventionibus suis legi faciant et inviolabiliter studeant observare, nec secus, quod absit, facientes divinam ultionem atque nostram vel successorum nostrorum Spirensi ecclesiae praesidentium correctionem habeant merito formidare. In quorum omnium et singulorum testimonium nos Rabanus administrator ecclesiae Spirensis praedictus sigillum nostrum praesentibus fecimus appendi. Nos vero decanus et capitulum dictae majoris ecclesiae Spirensis fatemur et recognoscimus per praesentes, quod omnia et singula supra scripta de nostris consilio, assensu et bona voluntate certaque scientia per reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Rabanum

Dei gratia archiepiscopum Trevirensem et ecclesiae Spirensis administratorem supradictum edita sunt et promulgata, unde nostri capituli sigillum majus dicti domini nostri sigillo est praesentibus coappensum. Datum et actum Spirae anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo die Saturni, quae fuit quarta mensis januarii.

---

102. *Raban erzbischof zu Trier und bisthumsverweser von Speyer trifft anordnung über die domscholasterie zu Speyer. Speyer,* 1438 *feb.* 7.

Rabanus Dei gratia archiepiscopus Trevirensis etc. et administrator ecclesiae Spirensis. Notum facimus tenore praesentium universis et singulis, quos infrascripta concernunt vel tangere poterunt quomodolibet in futurum, quod orta quadam inter venerabiles, Nicolaum Burgman decanum et capitulum communiter ex una, nec non Eberhardum (de) Stettenberg scolasticum nobis commissae ecclesiae Spirensis parte ex altera, dissentione super exercitio officii scolasticae Spirensis ecclesiae memoratae, nos auditis partibus supradictis et compromisso desuper per partes praedictas etiam pro futuris temporibus nos facto, ut statueremus et ordinaremus circa hujusmodi, prout videretur nobis Spirensi ecclesiae expedire, visis statutis et ordinationibus, examinatis attentisque observantiis et consuetudinibus dictae Spirensis ecclesiae, receptisque informationibus juris et facti, quatenus sufficere videbatur, de consilio peritorum pronuntiavimus, ordinavimus, statuimus et decrevimus singula singulis referendo, nec non tenore praesentium in Dei nomine pronuntiamus: quod scolasticus Spirensis ut sic, canonicos Spirenses per eum vel alium scolasticum emancipatos quantumcunque juvenes et infra sacros ordines constitutos, non habeat corrigere, nec inclaustrare, sed hoc ad capitulum pertinet, nisi tam graves forent excessus, quod ad episcopum esset correctio deferenda. Item quod nullus canonicorum ecclesiae Spirensis sive juvenum adhuc non emancipatorum a scolastico, sive aliorum extra civitatem Spirensem audeat pernoctare, a decano ipsius ecclesiae vel ejus vices gerenti pro tempore licentia non obtenta, sic quod scolasticus ut sic, in hoc etiam non emancipatis canonicis licentiam non habeat impartiri, salvis tamen juribus scolastriae secundum statuta et consuetudines ecclesiae Spirensis, praesertim quon-

dam Eberhardi decani et capituli Spirensis statutum desuper ante tempora promulgatum. Item statuimus et ordinamus, quod quilibet scolasticus pro tempore, quicunque fuerit, ex parte capituli requisitus infra civitatem Spirensem verbum capituli tanquam os ejusdem debeat explicare, nisi pro aliis circumstantiis negotii rationabiliter se excuset vel impedimentum habeat speciale, tunc roget alium ad hoc per capitulum deputandum. Literas quoque per capitulum infra dioecesin emittendas officiati capituli sumptibus scolastici habeant expedire. Praeterea rectorem scolarum ecclesiae Spirensis scolasticus suis teneat in expensis, aut eidem viginti florenos pro quolibet anno porrigere teneatur. Reservamus etiam nobis et successoribus nostris, episcopis Spirensibus, omnia et singula supradicta supplendi, corrigendi, interpretandi, mutandi vel alterandi atque alia superaddendi et poenas adjungendi, moderandi ac diminuendi locis, modis et temporibus congruis seu opportunis et dictae Spirensis nobis commissae ecclesiae juribus semper in omnibus salvis. In quorum omnium et singulorum praemissorum evidens testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Spirae anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo die septima mensis februarii.

---

103. *Matthias abt zu Rodenkirchen verpflichtet sich den grafen von Nassau ein feierliches Jahrgedächtniss zu feiern.* 1438 *aug.* 24.

Wir Matthias, der abt vnd der convent gemeinlich des closters Rodenkirchen, ordens von Premonstrey, Mentzer bisthum bey Kirchem gelegen. Dun kunt vnd bekennen allermennlichen in diesem brief, daz wir vnd vnser nachkommen vm solich gross hulff vnd wohlthat vns vnd vnserm closter von dem wolgebornen vnserm gnedigen herrn graffe Philipss, graffen zu Nassau vnd zu Sarbrucken . . . . vnser gnedigen frawen, frawen Elisabetz von Lothringen, seiner hussfrawen gewest ist vnd vnsern gnedigen junckern, junckern Philips vnd juncker Johann gebrudern, grafen zu Nassau vnd zu Sarbrucken, yren sonne vnsern schirmherrn gescheen vnd gethan ist, derselben vnser genadigen herrn, frauwen vnd junckern aller yr altfordern vnd aller yr erben jargezeit alle jar vff den mittwochen nechst nach dem heiligen pfingstdagk mit einer gesungenen vigilien mit nun,

kerzen hochampt gesungen vnd ander verlesen messen als wie pryster in vnserm convent gehurent zu ewigen dagen ewiglichen getrulich dun vnd begeen sollen vnd wollen vnd soll vns oder vnser nachkommen de henne sach des benemen noch daran hindern. Vnd dess zu vrkund vnd merer sicherheit, so han wir Matthias abt vnd der convent gemeinlichen des obgeschrieben closters Rodenkirchen vnser beider ingesigel vor vns vnd vnser nachkommen an diesen brief gehangen, vns zu besagen alles das obgeschrieben steet. Datum anno Domini MCCCCXXXVIII. ipso die Bartholomaei apostoli.

---

104. *Reinhard bischof zu Speyer wählt Jacob von Bruchsal chorherren zu St. German zu seinem caplan. Udenheim,* 1438 *oct.* 29.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis, devotis in Christo nobis dilectis, decano et capitulo ecclesiae sancti Germani extra muros Spirenses salutem in Domino. Quoniam ex antiqua laudabiliter introducta et hactenus observata consuetudine episcopi ecclesiae Spirensis pro tempore de singulis ecclesiis collegiatis civitatis nostrae Spirensis unam possint personam in capellanum et familiarem eligere, ac eundem sic electum eximere, ut licet apud ecclesiam ipsam personaliter non resideat, nichilominus teneatur illi de universis et singulis beneficii, quod in ecclesia hujusmodi obtinet, fructibus, juribus et proventibus, tanquam residenti personaliter integre demptis duntaxat cottidianis distributionibus responderi. Nos igitur praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerere in hac parte volentes, dilectum nobis in Christo Jacobum de Bruchsella, vestrum canonicum, propter virtutum et probitatis suarum merita, quibus personam suam noscimus insignitam ac utilitatis servitia praedecessori et ecclesiae nostrae praedictis per eum retroactis temporibus fideliter impensa et in posterum impendenda in capellanum et familiarem nostrum duximus eligendum ac tenore praesentium elegimus, volentes et harum serie decernentes eundem Jacobum gaudere omnibus et singulis privilegiis, commodis et libertatibus, quibus capellani praedecessorum nostrorum Spirensis ecclesiae episcoporum et familiares exempti hactenus freti sunt seu frui potuerunt consuetudine vel de jure. Quocirca vobis et vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae firmi-

ter et districte praecipiendo mandamus, quatenus eidem Jacobo tanquam capellano et familiari nostro exempto, de universis et singulis fructibus, redditibus et proventibus, juribus, obventionibus et emolumentis canonicatus et praebendae, quos in ecclesia ipsa sancti Germani obtinet integraliter et cum effectu, demptis distributionibus cottidianis, respondere curetis et ab aliis, quorum interest, responderi faciatis. In quorum testimonium sigillum nostrum duximus appendendum praesentibus literis. Datum Udenheim feria quarta post festum Symonis et Judae apostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

---

105. *Reinhard bischof zu Speyer bestätiget ein übereinkommen wegen der pfarrgefälle zu Jockgrim.* 1439 *jan.* 27.

Wir die kirchenscheffen mit namen Heintze Mennel, Claus Knopf, Engelhans vnd Schneiders Hans, vnd die gantze gemeyn der pfarre zu Jochgrim, vormals genannt zu Schweinheim, thun kund mit diesem brieff fur vns, alle vnsre erben vnd nachkommen. Alss wir von groses gebrechens wegen pfarr halbe vnd abganges pfarrlicher nutze vnd felle angerufft vnd demuticklich gebetten haben die ersamen herren, herrn Niclausen Burckmann dechan, herrn Friederich Wolff von Spanheim vnd herrn Endrissen vom Obernstein dumherren desselben stiffts, zu dieser zyt inhaber vnd besitzer des ampts vnd hoffs zu Westheim, vmb sture vnd hulffe zu thunde vnser vorgenannten pfarre, dass eyn pfarrer by vns beliben moge, vnd die vorgenannt dry herren inhaber des vorgenannten ampts zu Westheim mit rat, willen vnd wissen des erwurdigen in Gott vatters vnd herrn, herrn Reynharts von Gots gnaden bischoffs zu Spire, vnsers gnedigen lieben herrn, vnd des vorgenannten capittels gemeinlich der vorgenannt vnser pfarren luterlich durch Gots willen gegeben, vnd ewiglich folgen habent lassen je zwey teil an dem klein zehenden daselbs, der da vormalen zu dem vorgenannt hoffe zu Westheim gehoret, vnd hat darzu zwei achtteil haberns alle jar jerlichen vss irem gantzen grossen zehenden daselbs, nach lut ires brieffs den wir von ine innen haben, vnd darzu auch zwolf morgen ackers zu dem pfarrhoff by vns bewidempt, vnd die einem iglichen pfarrer alsso ewiglich zehendes fry gesagt, die wir dann eym pfarrer by vns hernach von jar zu jar vberkommen vnd zu-

schaffen sollen vnd wollen vngeverlich, vnd die pfarre damit bessern, dass die vorgenannten dry herren mit dem capitel alles von gnaden wegen vnd lutterlich durch Gots willen der vorgenannt vnser pfarren alsso gegeben vnd widerfaren habent lassen, nit dass sie solichs im rechten schuldig oder pflichtig zu thuen syn, vnd auch der vorgenant vnser gnediger herr von Spire fur sich vnd alle sin nachkommen bischoff zu Spire zehen malter korns an die selbige pfarre ewiglich gemacht vnd bestedtigt hat, vor den zehenden der nuwen rute vor dem waldte daselbs gelegen, den man zu dem sloss daselbs nymt, nach lute vnd inhalte eins brieffs, den wir von yne daruber inhaben, dass wir dann auch gemeynlich mit gunst, wissen vnd willen vnd verhegnis des vorgenannten vnsers gnedigen herren von Spire in vnsere gemeyne allmende gegriffen haben, vnd haben einem iglichen pfarrer by vns zu eygen vnd ewigkeit gegeben, vnd geben auch ine in kraft dies brieffs mit nammen ein kleyn fischlach, genant der stich, vnd zwey stucke wiessen, das eyn stuck gelegen hinder dem hussbuch, by dem niddern tore zu Jockrim, das ander stucke genannt die rutwiese gelegen zu Schweinheim by dem dyche unten an der alten ziegelschuwer hoffstatt. Vnd darzu wollen wir ein pfarrer by vns ein zimliche hussung bestellen oder buwen, darin er sich enthalten moge, vngeverlich. Vnd wir obgenannten kirchenscheffen vnd gemeyne, vnd alle vnser nachkommen sollen vnd wollen die obgenannten herren vnd das capittel vnd ir nachkommen nymmermehr bekummern mit solcher forderunge oder hulff zu begeren, noch vnser kirche zu buwen oder pfarrhoffe in dheyne wisse, dan allein den chore der kirchen, in dem sloss zu decken, wann sin noit ist oder wird, alss das bitzher vff sye kommen ist, sunder vns alsso von ine benugen lassen, vnd das alles mit hulff vnsers gnedigen herrn von Spire vnd siner amptlute in gutem wessen vnd gewere halten, nach unserm vermogen, alles vngeverlich. Vnd were es, dass der obgenannten pfarren von vnserm obgenannten gnedigen herrn oder sinen nachkommen bischoffen zu Spire iren amptluten oder jemanz anders von iren wegen vtzit von allem dem, alss der vorgenanten pfarren gegeben, gelassen vnd gefryhesagt ist, benommen oder entzogen wurde, one vollkommen widerkehrunge, oder wir kirchenscheffen vnd gemeinde zu Jochgrim die zu zyten sind, auch in den vorgeschrieben

stücken vnd gaben bruchig wurden, da Gott vor sy, nit nochgingen oder hielten, dardurch lutzel oder viel gross oder klein der obgenannten pfarren entzogen oder wieder genommen wurde, so hetten die vorgenannten herren, ir nachkommen vnd das capitel ir vorgerurten dry stucke vnd gaben vollen macht vnd gewalt mit urkunde dies brieffs zu wiederruffende, wieder zu nemende vnd sich der alsso zu vnterwinden ohn alle berechtigunge und wiederrede, vnser vnd menglichs von vnsern wegen, vnd damit zu thunde vnd zu lassende, alss sie vorgethan habent. Daran sollent vnd wollent wir obgenannten kirchenscheffen vnd gemeinde, vnsere erben vnd nachkommen die vorgenannten herren vnd ire nachkommen vngeirret vnd vngehindert lassen. Des zu warem vrkunde haben wir demuticklichen gebetten den vorgenannten vnsern gnedigen hern von Spire, dass er sin insiegel vor vns hat thun hencken an diesen brieff, vns zu besagende aller vorgeschrieben dinge. Des wir Reinhart von Gots gnaden bischoff zu Spire vns alsso bekennen. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, die martis vicesima septima mensis januarii.

---

106. *Reinhard bischof zu Speyer begabt den junker Diether von Dalberg mit hochstiftlichen lehen. Speyer*, 1439 *april* 21.

Wir Reinhard von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen offentlich mit diesem brieff, das der veste Diether, kemmerer von Wormss, edelknechte, vnser lieber getruwer vff hut datum dis brieffs fur vns kommen ist vnd bate vns, das wir yme lihen wolten soliche lehen vnd gutere, die sin bruder vnd vetter seligen, yre altfordern vnd auch er von vnsern vorfaren, bischoffen vnd von vnserm stiefft zu Spire, zu lehen gehabt, besessen vnd herbracht hetten, mit namen Talburg, die burg, Walldenhusen das dorff, daz zu derselben Burge gehoret, mit mannschafften, vogthien, luten, gerichten, wiltpannen, kirchensetzen, zehenden, mulen, backhusern, walt, wasser, weide, eckern, wingarten, wiesen vnd allen andern zugehorden vnd Crobsperg die burg halb mit zehenden, zinsen vnd gulten, die zu derselben burg halbteil gehorent. Die obgenannten herschafft, lehen vnd gutere haben wir dem obgenannten Diether kemmerer geluhen vnd verlihen yme die auch in crafft dis brieffs, also das er vnd sine

gemeynere die vorgenannten gutere innhaben, nutzen, nyessen vnd besitzen mit allen eren vnd zugehorden, als die sin bruder, sin vetter seligen vnd ir altere an yne bracht vnd auch er die bisher genutzt vnd besessen hant, doch mit beheltniss, vnser, vnsers stieffts vnd vnsere manne recht an denselben lehen, herschafften vnd gutere. Vnd heruber hat vns der obgenannte Diether kemmerer gewonlich huldunge mit glubden vnd eyden getan vns getruwe vnd holt zu sin, vnsern schaden zu warnen, vnsern frommen vnd bestes zu werben, als ein man sinem herren von recht schuldig ist zu tun vnd vns vnd vnserm stiefft von den egenannten lehen gewarten vnd tun als billich, gewonlich vnd recht ist, ane alle geverde. Des zu vrkunde haben wir vnser ingesigel tun hencken an diesen brieff, der geben ist zu Spire vff dienstag nehst vor sant Gorgen, des heiligen ritters vnd marteres dag, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

---

107. *Eugen IV. pabst bestätiget den verzicht Raban's auf das erzbisthum Trier zu gunsten Jacob's von Syrck. Florenz,* 1439 *mai* 19.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Rabano, olim archiepiscopo Trevirensi salutem et apostolicam benedictionem. Susceptis per hos dies multorum simul cum fraternitatis tuae literis, moleste legimus, quod omnes pari propemodum tenore in principio continebant, te scilicet ultra solitum adeo debilitatum esse, ut ecclesiae Trevirensi, sponsae tuae multis ob temporum malignitatem affectae detrimentis, necessitatibus, quantum optares, satisfacere nequires. Recreavit vero nos, quod subjunxisti tuam fraternitatem, cui curae esset et cordi prodesse, ipsi ecclesiae constituisse, si noster accederet consensus, renuntiare ac cedere ipsi ecclesiae, ut in tui locum surrogaretur ac illi praeficeretur dilectus filius, Jacobus de Syrck, tunc notarius noster, de cujus virtute spem obtinebas constantem, eum dictae ecclesiae necessitatibus omnimode satisfacturum, judicavimusque hanc mentis tuae dispositionem a Domino processisse, qui cum dederit tibi, ut in tanta dierum longitudine semper cum laude viveres, misericorditer etiam concedere voluit, ut et senectutis tuae quieti et ecclesiae gubernationi salubriter prospiceres et fuit in hoc in eo lauda-

biliter prudentia tua, quod virum tibi optasti successorem, cujus virtutes ab operibus, ut confidimus, innotescendae, tuas etiam, cum ad Dominum migraveris, faciant celebrari. Quare ut laudabile hujusmodi propositum adjuvaremur, et cessionem tuam acceptavimus et praedictum in ecclesiae Trevirensis archiepiscopum tibi dedimus successorem. Tuum modo erit, postquam ecclesiae cura vacabis, eundem Jacobum, qui sua sponte animatus erit aliquando incitare, ut non solum Trevirensis ecclesiae instaurationi accute intendat, sed rebus universalis ecclesiae, ut nosti, per haec tempora laborantibus, pro posse adjuvandis operam impendat obsistatque omnibus divisionem unitatis ecclesiae, seditiones populorum, confusionemque totius rei publicae christianae sub aliis velamentis simulationibusque magna cum impietate quaerentibus. Datum Florentiae anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo tricesimo nono, quartodecimo kal. junii, pontificatus nostri anno nono. — N. de Cremonensibus. — Venerabili fratri Rabano olim archiepiscopo Trevirensi.

---

108. *Reinhard bischof zu Speyer belehnt den schenken Conrad von Erbach mit hochstiftlichen lehen. Speyer,* 1439 *aug.* 21.

Wir Reinhard von Gots gnaden byschoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff, das vff diesen hutigen dag, datum dis brieffs fur vns kommen ist der edel schenck Conrad herre zu Erpach vnd bate vns, das wir ynen lihen wolten solich burglehen zu nydern Steinach mit namen zwey fuder wingelts, die man yme jars zu Horrenberg geben vnd reychen sol von dem gewechse in der marcke daselbs, als er daz von vnsern vorfaren vnd stiefft gehabt vnd getragen hette. — (Emicho Dei gratia episcopus Spirensis ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam volumus pervenire, quod propter grata servitia, quae nobis et ecclesiae nostrae nobilis vir, Conradus pincerna de Erpach, fidelis noster dilectus, exhibuit et in posterum poterit exhibere, eundem Conradum pro se suisque heredibus ad castrum nostrum Steinach inferius, nobis et ecclesiae nostrae recepimus et procuravimus liberum in castrensem, constituentes et abinde praesentibus valituris perpetuo deputantes, ut eidem Conrado et ejus heredibus, nostris castrensibus, qui pro tempore fuerint, praecaria annua et perpetua duarum carratarum vini, quod in Horren-

berg et ejus marca creverit, tempore vindemiarum annis singulis ad vasa sua perpetuo detur et integraliter assignetur, testimonio praesentium literarum nostri sigilli pontificalis robore signatarum. Actum et datum anno Domini millesimo CCC. vicesimo primo, crastino beati Johannis baptistae —). Do haben wir angesehen des obgenannten herrn Conrats flissige bete vnd auch getruwe dinste, den er vnserm stiefft getan hat vnd vns furbasser in kunfftigen zyten tun sol vnd haben yme des vorgenannte burglehen geluhen vnd verlihen yme das auch geinwerticlich in craff dis brieffs, was wir yme von recht lihen sollen, vssgenommen vnser, vnsers stieffts, vnserer manne vnd eins iglichen rechten darum. So hat vns auch der obgenannte herr Conrad daruber gewonlich huldunge getan mit gelubden vnd eyden vns vnd vnserm stiefft getruwe vnd holt zu sin, vns vor vnsern schaden zu warnen, vnsern frommen vnd bestes zu werben, vns zu tun, zu gewarten vnd gehorsam zu sin, als ein burgmann syme herrn vor recht oder gewonheit pflichtig vnd schuldig ist zu tun vnd auch solichen burglehen recht vnd gewonheit ist ane geverde. Des zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel tun hencken an diesen brieff. Datum Spirae feria sexta post festum assumptionis beatae Mariae virginis gloriosae, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

---

109. *Reinhard bischof zu Speyer belehnt den ritter Hanns von Hirschhorn mit hochstiftlichen lehen. Speyer,* 1439 *aug.* 29.

Wir Reinhard von Gots gnaden byschoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff, das vff diesen hutigen dag datum dis brieffs fur vns kommen ist der strenge herr Hans von Hirsshorn ritter, herr Hansen von Hirssborn ritter seligen son vnd bate vns, das wir yme lihen wolten solich hernach geschrieben lehen, als die Eberhart vom Hirsshorn sin vetter, sin altfordern, Philips von Hirsshorn sin bruder vnd darnach auch er von desselben Philips sins bruder seligen kinde vnd auch sintwegen von vnsern vorfaren vnd stiefft zu Spire zu manlehen empfangen gehabt vnd getragen hetten. Zum ersten ime vnd Philips vom Hirsshoren sins bruder seligen kinder in gemeinschafft Lindenberg, den burgstadel, mit der mannschafft vnd dem dorff darunter gelegen mit aller siner angehorunge. Item Wydentale halbs. Item Gynheim halb. Item Munerheim

halbs. Item Konigsbach das dorff vnd gericht mit siner zugehorunge was sie da haben. Item Mudach das dorff mit gerichte vnd allen sinen zugehorungen vnd was sie da haben. Item den zehenden zu Swarzach halber, der zu der capplany zum Hirsshorn gehoret. Item ein pfunt gelts zu Cleingemunde vff dem wyler. Item Brambach das dorff mit gerichte vnd was sie da haben. Item zweyteil des cleinzehenden zu Ringeinheim. Item ein buhoff zu Mutterstadt. Item yren buhoff zu Walssheim mit yrem deil des zehenden daselbst. Item yr gulte vnd zinse zu Nussdorff by Landauwe gelegen. So haben wir angesehen des obgenannten herrn Hansen flissige bete vnd auch getruwe dinste, die er vns vnd vnserm stiefft zu Spire in kunfftigen zyten tun sol vnd mag vnd haben yme die vorgenannte lehen geluhen vnd verlihen yme die auch geinwerticlich in crafft dis brieffs, was wir yme von rechte daran lihen sollen, vssgenommen vnser, vnsers stieffts, vnserer manne vnd eins iglichen rechten daran. Vnd der obgenannte herr Hans hat vns auch gewonlich huldunge getan mit glubde vnd eiden, vns vnd vnserm stiefft zu Spire getruwe vnd holt zu sin, vnsern schaden zu warnen, vnsern frommen vnd bestes zu werben vnd zu gewarten, zu tun vnd gehorsam zu sin, als ein man sinen herrn pflichtig ist zu tun vnd solicher lehen recht vnd gewonheit ist, ane geverde. Zu vrkunde versiegelt mit vnserm anhangenden ingesiegel. Datum Spirae sabbato post beati Bartholomaei apostoli, anno Domini millesimo CCCCXXX. nono.

---

110. *Reinhard bischof zu Speyer belehnt den junker Heinrich von Dahn mit hochstiftlichen lehen. Landau,* 1439 *sept.* 30.

Wir Reinhard von Gots gnaden byschoff zu Spire, bekennen vns vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff, das vff diesen hutigen dag, datum dis brieffs, der veste Heinrich von Thann, vnser lieber getruwer, fur vns kommen ist vnd hat vns gebetten vnd an vns gefordert yme zu lihen soliche lehen, die Heinrich von Than selige, der alte, sin vetter vnd auch er von vnsern vorfaren seligen vnd stiefft zu Spire zu lehen empfangen gehabt vnd getragen hetten, mit namen die alt burg zu Than, die nuwe burg zu Than, die burg Danckenstein mit allen yren begriffen, rechten vnd zugehorungen, an gerichte, an zehenden, an luten, an guten, an wasser, an walt, weyde, zwinge vnd banne vnd alle die recht,

die darzu gehorent, gesucht vnd vngesucht vnd mit namen den kirchensatze zu Than vnd zu Hauwenstein vnd den gezug, was lude hinder sie in die gerichte zu Than vnd zu Hauwenstein ziehent, das die sin vnd siner lehens erben sint vnd auch das dorff vnd kirchensatze zu Rospach, gerichte, lute, gute, zwinge vnd banne vnd alles, das darzu gehoret, gesucht vnd vngesucht. Do haben wir angesehen des vorgenannten Heinrichs flissige bette vnd vorderunge vnd haben yme gelihen solich lehen, so dann der vorgenant Heinrich selige von Than vnd auch er von vnserm vorfaren seligen vnd stiefft zu Spire zu lehen empfangen gehabt vnd getragen hant vnd verlihen yme vnd sinen lehens erben die auch, was wir yme von recht daran lihen sollen, vssgenommen vnser, vnsers stieffts, vnsere manne vnd eins iglichen rechten daran, ane alle geverde. Vnd der obgenannt Heinrich hat vns auch gewonlich huldunge daruber getan mit glubden vnd eyden, vns vnd vnserm stiefft zu Spire getruwe vnd holt zu sin, vns vor vnserm schaden zu warnen, vnsere frommen vnd bestes zu werben vnd zu gewarten, zu tun vnd gehorsam zu sin, als manne iren herren pflichtig sint zu tun vnd solicher manlehen recht vnd gewonheit ist. Des zu vrkunde haben wir vnser ingesigel tun hencken an diesen brieff, der geben ist zu Landauwe vff mittwoch nach sant Michels dag, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

---

111. *Reinhard bischof zu Speyer belehnt den junker Eberhard von Gemmingen mit hochstiftlichen lehen. Speyer,* 1439 *oct.* 27.

Wir Reinhard von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff, das vff diesen hutigen dag, datum dis brieffs, fur vns kommen ist der veste Eberhart von Gemmingen, vnser lieber oheim vnd getruwer vnd bate vns, das wir yme lihen wolten soliche manlehen, die er von vnserm vorfaren vnd stiefft zu Spire zu lehen gehabt, empfangen vnd getragen hette mit namen einen sechsteteil an grossen vnd cleinen zehenden an frucht vnd win zu Sultzfelt. Item vff zwolfft halb schilling heller gelts daselbs. Item druzehen hunregelts daselbs. Item zwene buwehofe, die do geheissen sint des Humels hofe von Lichtenberg, den eynen hoff yetz besitzet Werner Zeyner vnd gyt davon eins vnd zwenzig malter der dreyer fruchte.

den andern hoff yetz besitzet Hans Kochhafen vnd Henitz Hase vnd geben auch davon einsvndzwentzig malter der drier fruchte. Do haben wir angesehen des obgenannten Eberharts flissige bete vnd auch getruwe dinste, die er vnserm vorfaren vnd stiefft bisher getan hat vnd vns in kunfftigen zyten tun sol vnd mag vnd haben yme das obgenannte manlehen geluhen vnd verlihen yme das auch geinwerticlich in crafft dis brieffs, was wir yme von recht daran lihen sollen, vssgenommen vnser, vnsers stieffts, vnsere manne vnd eins iglichen rechten daran. So hat er vns auch daruber gewonlich huldunge getan mit glubden vnd eyden vns vnd vnserm stiefft getruwe vnd holt zu sin vnd vor vnserm schaden zu warnen, vnsere frommen vnd bestes zu werben vnd von den lehen zu thun, zu gewarten vnd gehorsam zu sin, als dann ein man syme herre pflichtig ist zu tun vnd solicher lehen recht vnd gewonheit ist, ane alle geverde. Vnd des zu vrkunde haben wir vnser ingesigel tun hencken an diesen brieff. Datum Spirae in vigilia beatorum Simonis et Judae apostolorum, anno Domini millesimo CCCC. trigesimo nono.

---

112. *Reinhard bischof zu Speyer belehnt junker Hanns von Northeim mit hochstiftlichen lehen. Speyer.* 1439 *dec.* 13.

Wir Reinhard von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff, das vff diesen hutigen dag, datum dis brieffs, fur vns kommen ist Hans von Northeim edelknecht, vnser lieber getruwer vnd bate vns, das wir yme lihen wolten solich manlehen mit namen das halbteil zu Buchach mit vogthy vnd mit allen zugehorden, wasser vnd weide vnd den burgstadel halber zu Buchach. Item das halbtheil an der mule zu Warneck. Item an dem dorff zu Nyptzheim, an ein vierteile das zweyteil mit walt, wasser vnd weide vnd allen zugehorden. Item ein kindsteil an dem zehenten zu Nyptzheim. Item ein viertel an der vogty zu Gigelnberg vnd sechzig morgen ackers daselbs. Item ein sechsteil am grossen vnd cleinen zehenden zu Dyedessheim. Item die zweyteil an Symonts gut von Northeim, die Adams von Northeim seligen vatter vmb Hansen von Northeim sinen vettern seligen vor zyten kaufft hat. Item auch viertzig morgen ackers im alten zelgen zu Gigelnberg vnd also vil, als sich an dem bruche daselbs

darzu geburet, die Hennels von Northeim seligen gewest sint, daruff achtzig guldin steen vff ein wiederlosunge, die Gorge von Wihingen selige vff den vorgenannten Hansen von Northeim sinen vettern vor zyten gewant hat, mit bewilligunge vnsers nechsten vorfaren seligen, als der itz genannte Hans vnd sine vetter seligen das alles von vnsern vorfaren seligen vnd stiefft zu Spire zu lehen empfangen gehabt vnd getragen hetten, nach lute der brieve daruber sprechende. Do haben wir angesehen des vorgenannten Hansen flissige bete vnd auch getruwe dinste, so er vnserm stiefft getan hat vnd vns furbasser in kunfftigen zyten tun sol vnd mag vnd haben yme an dem obgenannten lehen vnd gutern allen geluhen, was wir yme von recht daran lihen sollen, vssgenommen vnser, vnsers stieffts, vnser manne vnd eyns iglichen rechten daran. Vnd der obgenannte Hans hat vns auch gewonlich huldunge daruber getan mit glubden vnd eyden vns vnd vnserm stiefft zu Spire getruwe vnd holt zu sin, vnsern schaden zu warnen, vnsern frommen vnd bestes zu werben vnd vns zu gewarten, zu tun vnd gehorsam zu sin, als manne iren herren pflichtig sint zu tun vnd solichen mannlehen recht vnd gewonheit ist, ane geverde. Vnd des zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel tun hencken an diesen brieff. Datum Spirae dominica, ipsa die beatae Luciae virginis, anno Domini MCCCCXXX. nono.

---

113. *Der official des domprobstes zu Speyer bezeugt die ächtheit einer urkunde des dortigen bischofes Friedrich über die pfarrverhältnisse zu Lachen und Speyerdorf. Speyer*, 1440 *jan.* 7.

Judices curiae, nec non officialis domini praepositi Spirensis. Recognoscimus et tenore praesentium publice profitemur, nos literas infrascriptas veris et integris sigillis reverendi in Christo patris et domini nostri, domini Friderici episcopi, nec non honorabilis domini, domini Petri praepositi quondam Spirensis, sigillatas, non cancellatas, non abolitas, non abrasas, non in aliqua sui parte suspectas, prout prima facie apparere poterant, vidisse, legisse et de verbo ad verbum transscribi fecisse, in haec verba: Fridericus Dei gratia Spirensis episcopus et Petrus prepositus Spirensis, decanis in Hagenbach et in Dydensheim et illorum successoribus et aliis presentium inspectoribus universis salutem in omnium salvatore. Cum officii pontificalis sit dyocesim

propriam ordinare, regere et reformare et nonnulla ex causa legitima immutare, parochias sibi subjectas dividendo et nonnunquam uniendo. Hinc est, quod nos ecclesias in Lachen et in Spirdorf, nostrę jurisdictioni subjectas et in diversis decanatibus ruralibus sitas, propter ipsarum connexitatem et vicinitatem longo tempore in terminis et limitibus et aliis juribus, ut intelleximus, confusas distinguere et ordinare volentes, statuimus, volumus et decernimus, parochianos omnes in villa Lachen commorantes ecclesię in Lachen in spiritualibus et divinis officiis et animarum cura attinere, salvis juribus utriusque ecclesię hactenus observatis, decimatione videlicet, baptismo et frequentatione divinorum in festis quatuor principalibus anni, quibus iidem parochiani ecclesiam in Spirdorf visitabunt et eandum ecclesiam et cymeterium ejus munient, cooperient et ędificabunt et ad hoc faciendum per archidyaconum loci, si necesse fuerit, arctabuntur. Permittimus etiam, ut unus sacerdos per se, si fieri poterit, utramque officiet ecclesiam vel habeat secum socium, sicut alibi fieri consuevit, quem sacerdotem rector ecclesię in Spirdorf proficiet et instituet, cum duas partes det prębendulę sacerdotalis, qui sacerdos cum parochianis ecclesię utriusque suberit in synodis ruralibus et capitulis decano in Hagenbach suisque successoribus; cum villa in Spirdorf campestris paucissimas habeat domos et desertas. Hęc inquam disponimus ad instantiam rectorum ecclesię utriusque et propter evidentem necessitatem, cum parochiani in Lachen commorantes propter aquarum inundantiam et nivium densitatem tempore prę-cipue hyemali diebus et feriis debitis ecclesiam in Spirdorf non valeant frequentare. Per hanc nostram ordinationem successores nostros et modernos rectores non arctamus, quin ipsi, si voluerint, hęc valeant immutare et jura et consuetudines antiquas facere observari. Unde cum hanc ordinationem volumus ratam esse et firmam, vobis decanis prę-cipimus et mandamus, ut rectores, vicarios seu sacerdotes ecclesiarum earundem ultra indulgentiam hujusmodi non arctetis vel arctari a quoquam permittatis consuetudine et jura alia observata hactenus prętendentes. In cujus rei testimonium pręsentes literas sigillis nostris fecimus communiri. Acta sunt hęc anno Domini MCCLXXVI. in festo Johannis Baptistę, regentibus ecclesias easdem magistro Alberto canonico Spirensi et Diethero nato de Lachen militis Adelwolci. In quarum literarum visionis, lecturae et transscriptionis testi-

monium sigilla nostrarum curiarum praesentibus, sub anno Domini MCCCCXI. feria sexta post festum circumcisionis ejusdem duximus appendendum.

---

114. *Reinhard bischof zu Speyer belehnt den junker Jacob von Lichtenberg mit der Hälfte des dorfes Oberhofen. Baden,* 1440 *mai* 16.

Wir Reinhard von Gots gnaden bischoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieff, das vff diesen hutigen dag, datum dis brieffs, fur vns kommen ist der edel junker Jacob herre zu Lichtemberg vnd bate vnd vordert an vns ym zu lihen solich lehen, das sin vatter, junker Ludwig selige, sine vorfaren vnd er von vnsern vorfaren seligen vnd stiefft zu Spire gehabt vnd getragen hetten mit namen das halb dorff Oberhofen mit allem nutzen vnd zugehorden, das sie mit tusend pfunden gutter heller wieder abzulosen hetten, als dann siner alteren briefe vsswiesen. So haben wir angesehen das vorgesehen des vorgenannten junckers Jacobs bede vnd vorderunge vnd auch getruwe vnd geneme dinste, die sin vatter selige vnserm stiefft getan hat vnd auch er vns furbasser tun sol vnd mag vnd haben yme solich obgeschrieben lehen geluhen vnd lihen yme die auch geinwertichlich in crafft dis brieffs, was wir yme von rechts wegen daran lihen sollen vnd mogen nach vsswisunge der briefe, so wir vnd vnser stiefft von sinen altern daruber haben. So hat er vns auch gewonlich huldunge daruber getan mit glubden vnd eiden, vns vnd vnserm stiefft zu Spire getruwe vnd holt zu sin, vnsern schaden zu warnen, vnsern frommen vnd bestes zu werben, vns zu gewarten, zu tun vnd gehorsam zu sin, als solicher lehen recht ist vnd ein man syme herren von recht oder von gewonheit schuldig ist zu tunde, ane geverde. Vnd des zu vrkunde haben wir vnser ingesigel tun hencken an diesen brief, der geben ist zu Baden vff mentag nach dem heiligen pfingstage, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

---

115. *Reinhard bischof zu Speyer bestätigt die aechtheit einer verkaufsurkunde seines vorfahrers Friedrich von Bolanden.* 1440.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas vidimus et inpici fecimus nulla parte sus-

pectas tenoris sequentis: Nos Fridericus Dei gratia episcopus Spirensis, constare volumus universis praesentes literas inspecturis, quod nos bona in Bellenheim mobilia seu immobilia, quae nobis contemplatione bonae memoriae Hugonis de Spigelberg, tunc praepositi ecclesiae sancti Widonis Spirensis, pro eo et ex eo, quod per eadem collectori decimae principalis satisfecimus, obieverunt, quae inquam bona idem Hugo praepositus ab heredibus quondam Hugonis dicti Hefener, militis in Bellenheim, legatione comparavit, dilectis in Christo decano et capitulo ecclesiae nostrae Spirensis pro trecentis libris hallensium, quas recepimus ab eisdem et in utilitatem ecclesiae nostrae convertimus, ex causa legitima propter debitorum nostrorum onera relevanda, vendidimus et vendimus per praesentes et proprietatem ac possessionem dictorum bonorum cum omni jure, quod nobis competiit in eisdem vel competere videbatur, transfundimus in decanum et capitulum memoratum, volentes, ut ipsi de dictis bonis tanquam suis pro suae voluntatis libito ordinent et disponant et promittimus per praesentes, quod nos ipsis de evictione sufficientem praestantibus cautionem, quam ipsi duxerint acceptandam, cum nos ab ipsis super cautione hujusmodi praestanda fuerimus requisiti. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et datum Spirae in crastino beati Mathyae apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo. In quorum fidem sigillum nostrum huic cartae est appensum, anno Domini MCCCCXL.

---

116. *Reinhard bischof zu Speyer bestätiget die ächtheit zweier urkunden seines vorfahrers Gerhard von Ehrenberg.* 1440.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas duas sequentes vidimus et inpici fecimus nulla parte suspectas: Gerhardus Dei gratia electus, confirmatus ecclesiae Spirensis, honorabilibus in Christo sibi dilectis, abbati et conventui monasterii Wyssenburgensis, ordinis sancti Benedicti nostrae dioecesis, salutem et sinceram caritatem. Bonae rei dare consultum et praesentis habetur vitae subsidium et aeternae retributionis praemium cernitur exspectare. Digne igitur vos et monasterium vestrum veri cultus et devotionis integrae zelatores, dignis persequentes praesidiis, vobis de consensu honorabilium in Christo decani et capituli ecclesiae nostrae, nec non archidiaconi loci, praesentium tenore indulgemus et concedimus, ut decimas, pro-

ventus, census, redditus et obventiones quascunque ecclesiae parochialis in Odensheim, nec non capellae ibidem, nostrae dioecesis, quarum jus patronatus ad vos pertinet ab antiquo, sine nova vel aliqua alia licentia possitis percipere in usus vestros et vestri monasterii, utpote mensae vestrae deservientes, convertere quam primum ipsas ecclesiam et capellam rectoribus vacare contigerint, salva congrua, honesta et decenti portione fructuum et obventionum earundem deputanda et assignanda ad arbitrium loci archidiaconi pro sustentatione vicarii perpetui in eisdem ecclesia ac capella residentis, per abbatem monasterii vestri, qui pro tempore fuerit praesentandi et per loci archidiaconum instituendi, qui etiam ex ipsa proportione jura episcopalia et archidiaconalia solide et alia onera omnia incumbentia supportare possit et teneatur, ac obedientiam debitam et consuetam nobis et dicto archidiacono loci exhibeat et impendat. In quorum evidentiam sigillum nostrum una cum sigillis archidiaconi, decani et capituli praedictorum appendi jussimus ad praesentes. Nos quoque Conradus de Kirkel, praepositus, decanus et capitulum ecclesiae Spirensis consensum nostrum praemissis adhibuimus et adhibemus sigilla nostra in testimonium appendentes. Datum anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, feria secunda post festum annuntiationis beatae virginis -- (28 martii). — Gerhardus Dei gratia episcopus Spirensis. Ad universorum deducimus notitiam per praesentes, quod nos dilectis nobis in Christo Volmaro de Laupach, nec non Cuonrado dicto Grunninger, capellanis nostris domesticis, propter grata et fructuosa servitia per eosdem nobis et ecclesiae nostrae multipliciter impensa, insuper pro remedio animae nostrae, donavimus et tradidimus ac etiam praesentibus tradimus et donamus donatione perfecta et irrevocabili decimam omnium fructuum ecclesiae parochialis in Kirwilre, nostrae dioecesis, per nos a discreto viro Wernhero dicto Snitlauch, rectore dictae parochialis ecclesiae, ad spatium quatuor annorum emptorum et comparatorum, ita videlicet quod iidem Volmarus et Cuonradus et ipsorum, in suis praebendis per nos in dicta ecclesia nostra institutis, successores fructus et utilitates dictae decimae recipere ac in suis usibus applicare libere valeant pro suae libito voluntatis, transferentes, quod pro nobis et nostris successoribus universis in dictos capellanos nostros et ipsorum successores plene et perfecte omne jus, proprietatem et

possessionem nobis competens et competentes in fructibus et utilitatibus decimarum praedictarum omni modo, jure et forma, quibus melius de jure subsistere poterit et valere. In quarum donationis et conditionis testimonium sigillum nostrum pontificale praesentibus est appensum, sub anno Domini MCCCLXIII. die beati Remigii confessoris — (1. octobris). — In quorum testimonium huic cartae sigillum nostrum est appensum. Anno Domini MCCCCXL.

---

117. *Reinhard bischof zu Speyer bestätigt die ächtheit zweier urkunden über die patronatsrechte zu Hochdorf und Speyerdorf,* 1440.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas duas sequentes vidimus et inspici fecimus nulla parte suspectas: In nomine Domini, amen. Nos Wilhelmus Dei gratia abbas, totusque conventus monasterii in Wissenburg, ordinis sancti Benedicti Spirensis dioecesis, nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinentis. Attendentes parvitatem reddituum et pertinentiarum monasterii, consensu, voluntate et auctoritate venerabilis in Christo patris, domini Emichonis, episcopi ecclesiae Spirensis, super omnibus infrascriptis intervenientibus provida deliberatione praehabita, ecclesiam parochialem de Hochdorf Spirensis dioecesis, cujus jus patronatus ad nos abbatem praedictum notorie dinoscitur pertinere, nostris et dicti nostri monasterii usibus applicamus, ita videlicet, ut omnes ipsius ecclesiae redditus, proventus et obventiones colligere jure proprio, recipere, tenere, habere, dispensare, disponere et convertere in nostras et dicti monasterii utilitates et usus perpetuo libere valeamus, contradictione qualibet non obstante, salvis in dicta ecclesia episcopalibus et archidiaconalibus, nec non domini papae et legatorum vel nuntiorum ipsius et aliis juribus de jure vel consuetudine aut alias qualitercunque debitis de ecclesia antedicta. Volumus et statuimus autem inviolabiliter observandum, ut vicarium perpetuum, sacerdotem idoneum saecularis habitus ipsius loci archidiacono, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, praesentare habeamus, sine causa rationabili nullatenus amovendum, qui vicarius ab eodem archidiacono curam habebit accipere animarum, cui etiam vicario de praedictae ecclesiae proventibus et obventionibus tantam portio-

nem reddituum volumus assignari, quod congruam inde possit sustentationem habere ac dictorum dominorum episcopi, archidiaconi loci, nec non domini papae et legatorum vel nuntiorum ipsius et aliorum juribus respondere. In praescriptorum igitur evidens testimonium et robur perpetuum, sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, XIII. kal. septembris — 20. augusti. — Eberhardus divina miseratione abbas monasterii sancti Petri Wissenburgensis, ordinis sancti Benedicti dioecesis Spirensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, universis praesentium inspectoribus, tam praesentibus quam futuris, subscriptorum notitiam et salutem. Pium esse dinoscitur et salubre, ut eorum, qui nobis et nostro monasterio praedicto sint ligati, utilitati et profectui debeamus intendere cum effectu et quanto nobis eidemque nostro monasterio specialius sunt adstricti, tanto efficacius ad eorum utilitatem debeamus intendere et efficacius laborare. Cum igitur redditus praebendarum ecclesiae sancti Stephani Wissenburgensis loci praedicti, quae ad nos et dictum nostrum monasterium in spiritualibus et temporalibus pertinet ac nobis nullo medio est subjecta, sint adeo tenues et exiles, quod canonici et vicarii ejusdem ecclesiae sancti Stephani de praedictis redditibus praebendarum suarum commode nequeant sustentari, ac ideo plures ex ipsis canonicis et vicariis ab eadem ecclesia frequenter abesse contingat et ipsam ecclesiam sic obsequio divino atque debito defraudari: nos affectu paterno ipsius ecclesiae sancti Stephani super hoc aliquantulum providere volentes, ut cultus divinus augeatur ibidem, parochialem ecclesiam in Spierdorf, dictae Spirensis dioecesis, cujus jus patronatus ad nos pertinet, memoratae ecclesiae sancti Stephani canonicis et vicariis ejusdem communiter possidendam, de consilio et consensu unanimi decani et conventus seu capituli dicti nostri monasterii, deliberatione et tractatu praehabitis cum eisdem diligenter super eo, eisdem canonicis et vicariis in Dei nomine pure, pie ac simpliciter conferimus et praesentibus assignamus, in horum omnium evidens testimonium atque robor sigillum nostrum praesentibus appendentes. Et nos decanus totusque conventus seu capitulum dicti monasterii sancti Petri pro testimonio valido praedictorum sigillum dicti nostri conventus praesentibus etiam duximus appendendum. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, XXII. die

mensis februarii. — In quorum testimonium huic cartae sigillum nostrum et appensum. Anno Domini MCCCCXL.

---

118. *Reinhard bischof zu Speyer bestätiget die ächtheit dreier den pfarrsatz zu Otterstadt betreffender urkunden.* 1441.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas subsequentes vidimus et inspici fecimus, nulla parte suspectas, hac forma: Conradus prępositus ecclesię sancti Widonis in Spira, omnibus hoc scriptum inspecturis salutem. Prąsentis scripti tenore ad prąsentium notitiam futurorumque cupimus pervenire memoriam, quod nos moti fraterno affectu circa confratres nostros canonicos ecclesię sancti Widonis Spirensis, de mera voluntate piaque libertate contulimus ecclesię prędictę sancti Widonis et canonicis ejus prąsentibus ac futuris jus patronatus in Odderstat ad pręposituram ejusdem ecclesię pertinens, ita videlicet, ut canonici ejusdem ecclesię plenam et liberam habeant facultatem cum omni jure et utilitate ac libertate in dicta ecclesia, sicut hactenus ad nos nostrosque successores pertinebat, prąsentandi, nec non ordinandi, prout commodius eis et ecclesię videbitur expedire. In hujus igitur tam laudabilis et merę donationis evidentiam, robur ac memoriam prąsentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro duximus confirmandam. Datum Spirę anno incarnationis dominicę MCCXXXIV. septimo idus augusti. — Conradus prępositus totumque majoris ecclesię Spirensis capitulum, omnibus hoc scriptum inspecturis salutem. Scire volumus omnes tam prąsentes quam futuros, quod cum dilectus frater et concanonicus noster C. de Steiña, prępositus ecclesię sancti Widonis, ecclesiam in Odderstat, cujus jus patronatus ratione prępositurę ad ipsum pertinebat, cum proventibus et decimis universis ipsoque jure patronatus in subsidium prębendarum fratrum, quorum prępositus existit, donandam ac perpetuo possidendam mera libertate destinaret et proinde nostrum requireret consensum, nos pia moti postulatione favorem nostrum sine difficultate impendimus atque consensum. Acta anno MCCXXXIIII. septimo idus augusti. — Conradus Spirensis episcopus omnibus hoc scriptum inspecturis salutem. Prąsentis scripti tenore universis Christi fidelibus notum fieri volumus et manifestum, quod nos donationem juris patronatus in Odderstat a Conrado de Steina, prępositо

sancti Guidonis canonicis ejusdem ecclesię in subsidium prębendarum suarum pie ac devote factam et annuentibus archidiacono, cujus dominio subjacet ipsa ecclesia et universo capitulo majoris ecclesię et a venerabili prędecessore nostro B. Spirensi episcopo confirmatam, singulis ad hujus donationis robur pertinentibus diligenter consideratis approbantes et ratam haberi volentes de consensu archidiaconi et capituli ecclesię majoris, quorum voluntas super hoc requirenda erat, honestate et votis dictorum canonicorum sancti Guidonis inducti pie benigneque adjicientes statuimus, ut liceat eisdem canonicis in prędicta ecclesia honestum instituere vicarium, cui ex proventibus ecclesię prędictę competentem assignabunt prębendam, insuper jus solvent cathedraticum aliasque residua ad emolumentum suarum prębendarum servabunt. Acta anno MCCXXXIV. septimo idus augusti. — In quorum fidem huic cartae sigillum nostrum duximus appendendum.

---

119. *Reinhard bischof zu Speyer bestätiget die ächtheit eines der Zeisselbacher kapellebei Königsbach im jahre* 1351 *verliehenen ablassbriefes.* 1441.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas subsequentes cum sigillis per fila in cera rubra appensis, vidimus et inspici fecimus nulla parte suspectas, hac forma: Universis sanctae matris ecclesiae filiis, ad quos praesentes literae pervenerint, nos miseratione divina Mathaeus Longoniensis, Gregorius Opidensis, Annancius Xanchiensis, Gregorius Salernensis, Franciscus Urehensis, Augustinus Testiliariensis, Joannes Dovariensis, Adamus Perpenensis, Joannes Obumiensis, Petrus Calliensis, Nitardus Termopolensis et Joannes Itopolensis episcopi, salutem in Domino sempiternam. Si Dominum in sanctis honorare jubemur, dignum profecto, aequum et salutare dignoscitur, ut sibi in sui, quo nos quotidie spiritualiter reficit memoriam corporis, laudes festivae venerationis et gratias referamus. Cupientes igitur, ut capella corporis Christi prope Konigsbach, in parochia villae Roprechtsborg Spirensis dioecesis, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictam capellam in festivitate corporis Christi et in omnibus aliis infrascriptis, videlicet nativitatis Domini, circumcisionis, epiphaniae, coenae, parasceves, paschae, ascensionis, penthe-

costes, Trinitatis, in singulis festis beatae Mariae virginis, sanctae crucis, sancti Michaelis archangeli, nativitatis et decollationis sancti Joannis baptistae, beatorum Petri et Pauli apostolorum et omnium aliorum apostolorum et evangelistarum ac quatuor ecclesiae doctorum, in festo omnium sanctorum, in commemoratione animarum et in dictae capellae dedicatione, sanctorumque Stephani, Laurentii, Georgii, Martini, Blasii, Nicolai, sanctarumque Mariae Magdalenae, Catharinae, Agathae, Magarethae et per octavas omnium festivitatum praedictarum octavas habentium, singulisque diebus dominicis et sabbatis totius anni, causa devotionis, orationis aut peregrinationis accesserint, seu qui missis, praedicationibus, matutinis, vesperis aut aliis divinis officiis ibidem interfuerint, aut qui corpus Christi vel oleum sacrum, cum infirmis portentur, secuti fuerint, aut qui in devotiva pulsatione campanae genibus flexis ter „Ave Maria“ dixerint, nec non qui ad fabricam, luminaria, libros, calices, vestimenta aut quaevis ornamenta seu necessaria dictae capellae manus porrexerint adjutrices aut qui dictae capellae in testamentis vel extra aurum, argentum vel aliquid suarum facultatum donaverint, legarint seu donari vel legari procuraverint, quique pro salubri statu fratris Diozonis, heremitae et Joannis, presbyterorum dictorum de cervo Spirensi, impetratorum praesentium, dum vixerint et pro animabus eorundem, cum ab hac luce migraverint, deprecati fuerint, quotiescunque, quicunque et ubicunque praemissa vel aliquid praemissorum devote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, singuli nostrum quadraginta dies indulgentiam de injunctis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum die septima mensis februarii anno Domini millesimo CCC. quinquagesimo primo, pontificatus domini Clementis papae sexti, sui pontificatus anno nono. — In quorum fidem huic cartae sigillum nostrum duximus appendendum. Anno Domini MCCCCXLI.

---

120. *Reinhard bischof zu Speyer urkundet über die ächtheit des stiftungsbriefes der pfarrei Scheibenhard.* 1441.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis. Sciant cuncti, quod nos literas subsequentes vidimus et inspici fecimus,

nulla parte suspectas, hac forma: Noverint universi praesentium inspectores, quod venientes ad nos Petrum praepositum ecclesiae Spirensis, comitem de Mundenvest, perpetuus vicarius ecclesiae in Luterbach, nec non jurati et universitas villae Scheibenhardt, qui ecclesiae in Luterbach supradictae tanquam matrici erant hucusque subjecti, exposuerunt coram nobis, quod parochiani dictae villae Scheibenhardt sine magna difficultate praedictam matricem ecclesiam adire non valerent, nec possent congruo tempore ibidem ecclesiasticis beneficiis interesse et etiam in exhibitione sacramentorum propter loci distantiam homines in Scheibenhardt alioquin sint neglecti. Quia igitur jurati et universitas villae in Scheibenhardt, devotione et pietate ducti, dederunt et addiderunt et resignaverunt coram nobis redditus annuos decem et novem modiorum siliginis et quinque uncias hallensium, nec non jus et usum silvae et pascuorum ac caeterorum omnium, sicut uni in villa praedicta competit, unacum redditibus, provenientibus annuatim de officio campanarum ibidem, quae omnia cedere valuerunt in perpetuum ad usus perpetui vicarii in Scheibenhardt officiantis et eidem praedicta omnia et singula pure et simpliciter coram nobis irrevocalibiter contulerunt, nos vero praepositus ecclesiae Spirensis praedictus, inspecta utilitate vicariorum et etiam parochianorum in Luterbach et in Scheibenhardt, cum ad nos ratione nostrae praepositurae collatio et investitura ibidem pertineat, ad augmentandum cultum divinum, obligamus nos et nostros successores et obligatos nos esse cognoscimus per praesentes, ut in recompensam oblationum, remediorum et legatorum parochianorum in Scheibenhardt, quae perpetuus vicarius ibidem in perpetuum debet percipere, aliis tamen redditibus ad praebendam perpetui vicarii in Luterbach hucusque pertinentibus praedictae vicariae in Luterbach remanentibus dare et solvere debeamus redditus sex modiorum siliginis de decima in Luterbach ad praeposituram nostram pertinente, quolibet anno in nativitate beatae virginis Mariae perpetuo vicario in Luterbach celebranti ad meliorandam praebendam consuetam, quam vicarius in Luterbach hucusque habuit, cum de eadem praebenda defalcatis redditibus, quae de ecclesia Scheibenhardt habuit, sine praedictis sex modis siliginis non possit sustentari. Bona vero infrascripta jurati et universitas in Scheibenhardt pro subpignore obligaverunt et constituerunt coram nobis pro praedictis decem et novem modiis siliginis et quinque annuis hallen-

sium perpetuo vicario in Scheibenhardt officianti et ibidem residenti in nativitate beatae Mariae virginis singulis annis ad domum suam, quam idem praedicti villani suis sumptibus in coemiterio dictae villae Scheibenhardt construxerunt praesentandis et si in solutione dictorum decem et novem modiorum siliginis et quinque unciarum hallensium villani in Scheibenhardt anno praedicto negligentes extiterint, eadem bona ad jus et proprietatem perpetui vicarii ibidem existentis cedere debeant, contradictione qualibet non obstante et ipse de iisdem debeat et possit ordinare et disponere, sicut sibi vedetur expedire, idem vero vicarius dicto termino pensione praedicta sibi soluta praedictis villanis, si ab eo requisierint, quolibet anno cautionem dare debet, ut si ipsum cedere vel decedere contingit, quod suo successori pro rata temporis de praedictis redditibus satisfiat. Bona vero pro praebenda perpetui vicarii in Scheibenhardt pro subpignore obligata sunt haec: Primo videlicet, quatuor juch an der glorgeiier grunde; item unum juch an der strass versus Selss. Item quatuor juch an dem valledor, quae fuerunt dicta wideckre. Item decimam pecorum in Scheibenhardt. Item domum et curiam quondam Erlevini. Item quatuor juch ejusdem Erlevini tendentes gegen dem hovenfus. Item unum mannes mat wiesen vnter den fluren, quod fuit quondam Margarethae. Item tres juch, quos habent heredes dicti Knorren. Item dimidium juch in der auwen. Item unum juch prope Seeweiler situm juxta Henricum dictum de Strumberg. Nos vero praepositus ecclesiae Spirensis praedictus, damus et assignamus per praesentes redditus quinque solidorum et sex hallensium super prato dicto Rorethe wies, quod fuit Friderici de Banacker militis solvendis singulis annis vicario in Scheibenhardt termino ad hoc statuto, sicut juratis ibidem constat, qui hallenses per relictam quondam dicti Schilling pro emenda, pro eodem Schillingo nobis dati et assignati fuerunt. Cum igitur praedicti vicarii possint, ut promissum est, convenienter sustentari, nos eorum et villanorum in Scheibenhardt devotioni annuentes, cum sit sine praejudicio nostrae praeposituraе ac matricis ecclesiae in Luterbach, praesentibus concedimus et indulgemus, ut in Scheibenhardt perpetuis temporibus vicarius perpetuus esse debeat, qui ibidem per praepositum Spirensem in perpetuum debet institui et investiri. Ad praemissa vero omnia et singula nostrum damus consensum et assensum et ea praesentibus confirmamus, in praemissorum

quoque omnium evidentiam atque robur ad preces perpetui vicarii in Luterbach ac villanorum in Scheibenhardt, sigillum nostrae praepositurae praesentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto, crastino beati Andreae apostoli. — In quorum fidem huic cartae sigillum nostrum duximus appendendum. Anno Domini MCCCCXLI.

---

121. *Nikolaus Burgmann domdechant zu Speyer schenkt der domkirche daselbst sein hofgut zu Affenstein bei Waldsee zur besorgung des herbstlichen chorgesanges. Speyer*, 1441 *jan.* 21.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, amen. Cum universa sub lunari globo existentia mutabilitati et corruptioni subjaceant, necesse est dispositionem et ordinationem fragilitatis humanae, quae per successionem temporis a memoria hominum, quae labilis est, labitur, scripturae testimonio roborari, et quia unusquisque nostrum ex relatione fidelium intelligendo cognoscit, si aliquid de re propria ad loca sancta et pios usus tradere disponit atque tradit, aeterna sibi praemia Deo remunerante non deesse, qui dicit: Centuplum accipietis et vitam aeternam possidebitis. Quapropter ego Nicolaus Burgman, decretorum doctor, decanus ecclesiae Spirensis, zelo pietatis ac paternae caritàtis affectu motus, spontanea voluntate et cum matura deliberatione, corpore et ratione per Dei gratiam sanus, curiam meam, quam dudum meis pecuniis comparavi et usque nunc in Affenstein, prope villam Walssheim dictae Spirensis dioecesis citra Renum sitam tenui, pure et simpliciter ob honorem Dei omnipotentis, beatae Mariae virginis, sancti Goaris et omnium sanctorum, pro animabus mei ipsius, parentum et benefactorum meorum, omnibus canonicis, vicariis ac caeteris personis ecclesiae Spirensis, in communibus praesentiis participantibus, ad communem utilitatem earundem presentiarum tradidi atque dedi et de praesenti omnibus via, modo et forma, quibus de jure vel consuetudine melius id facere possum, irrevocabiliter dono, do atque trado ea donatione, quae dicitur inter vivos jure proprio, eandem per eosdem dominos possidendam, regendam et tenendam cum omni jure et utilitate, quibus ego eandem hucusque tenui atque possedi, resignando jus meum in eadem ac eidem renuntiando penitus et omnino possessionem quoque totaliter exeundo et dictae praesentiae relinquendo, ita videlicet et

sub tali conditione sive modo, quod ex ordinatione reverendi in Christo patris et domini, domini Reinhardi moderni episcopi, domini mei gratiosi et capituli ecclesiae Spirensis praedictae, horae canonicae per totum autumpnum, sicut extra fieri solet, cum stipulatione tabulae, futuris perpetuis temporibus in ecclesia Spirensi decantentur et praesentiae chori deserviantur et deserviri debeant, secundum statutum, quod incipit: „Bonae rei dare consultum," a longis retroactis temporibus observatum et deinde de novo per reverendum in Christo patrem, dominum Rabanum, olim episcopum Spirensem et capitulum ejusdem ecclesiae renovatum. Quod si non servaretur et horae canonicae aliquo anno, quod absit, tempore autumpnali praedicto non cantarentur, quod ex tunc redditus et proventus dictae curiae istius anni, in quo non cantarentur, ad hospitale pauperum, fratres minores et Carmelitas devolvantur, in toto vel pro rata temporis defectus hujusmodi in parte ad arbitrium episcopi pro tempore existentis, cujus super hoc conscientia oneretur, ita quod medietas fructuum et proventuum curiae praedictae totaliter vel pro rata neglecti temporis cedat ad hospitale pauperum et reliqua medietas aequaliter inter fratres praedictos dividatur. Si tamen propter interdictum vel cessationem legitime indictam, vel aliam rationabilem causam, quae etiam alio quocunque tempore suaderet cessari debere, qualiter a divinis horae canonicae tempore autumpnali praedicto non cantarentur, fructus, redditus et proventus dictae curiae praesentiae ecclesiae Spirensis praedictae cedant, nec ad aliquem alterum vel alibi pro illo tempore devolvantur. Et ut haec traditio atque donatio omni aevo firmiter et irrevocabiliter inconvulsa permaneat, sigillum meum proprium praesentibus est appensum. Datum et actum feria sexta post Anthonii, in loco capitulari majoris ecclesiae Spirensis, in praesentia venerabilium virorum, dominorum capitularium ejusdem ecclesiae, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

---

122. *Reinhard bischof von Speyer ernennt den stiftsherren zu Allerheiligen Wygand Trierer zu seinem generalvicar. Speyer,* 1441 *märz* 18.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis honorabili in Christo nobis dilecto Wygando Trierer, canonico ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis salutem in Domino sempiternam

ac debitam diligentiam in commissis. De tuae largitatis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes firmiter credimus, quod ea, quae tuae prudentiae duximus committenda, fideliter et studiose curabis adimplere. Cum igitur singulis ex pastorali nobis injuncto officio propter diversas et arduas nobis et ecclesiae nostrae occasione frequenter curas incumbentes causas et negotia non possemus, neque valeremus, prout tamen in desiderio gerimus personaliter et in propria persona intendere: hinc est, quod de tua discretione et industria in Domino confisi, te in partem sollicitudinis assumentes in omnibus melioribus modis, via, jure, causa et forma, quibus possumus et debemus, tenore praesentium facimus, constituimus et creamus in nostrum et dictae ecclesiae nostrae in spiritualibus vicarium generalem, dantes tibi et concedentes plenam, omnimodam et liberam potestatem in civitate et dioecesi nostris praedictis de quorumcunque nobis subditorum excessibus, criminibus et negligentiis inquirendi et emendandi, puniendi et corrigendi, negligentias quorumcunque supplendi, a beneficiis ecclesiasticis amovendi, suspendendi et deponendi, carceris et quascunque alias, quas sacri canones pro excessibus infligi pronuntiantur et statuuntur, poenas infligendi et moderandi, prout tibi secundum aequitatem et alias videbitur expedire, hereticos et in fide erroneos et deneantes cohercendi, inquisitores contra eosdem deputandi, in votis quibuscunque et aliis casibus nobis a jure concessis seu a sede apostolica commissis seu committendis, dispensandi sive in alios pios usus commutandi, confessiones audiendi, a peccatis, nec non excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, poenis et censuris juris vel honoris, in casibus nobis a jure permissis sive a sede apostolica commissis aut committendis et alias nobis quomodolibet reservatis et specialiter ab excommunicatione pro violenta manuum injectione in clericos saeculares seu cujuscunque religionis monachos vel conversas inflictis, ubi id nobis a jure conceditur, absolvendi, sententias hujusmodi relaxandi, tollendi et suspendendi quibuscunque tibi peccata sua confitentibus, poenitentiam salutarem injungendi, confessores et primarios habiles, discretos et idoneos deputandi eosque revocandi et alios loco horum denuo deputandi, totiens, quotiens tibi visum fuerit expedire, resignationem quorumcunque simpliciorum beneficiorum seu aliorum ex causis permutationem vel alias simpliciter faciendi, recipiendi, transferendi et consu-

mendi, providendi, investiendi et instituendi ac aliis committendi atque commissionis literas ad idem faciendum dandi et concedendi literas indulgentiarum, privilegiorum, vidimus, nec non commendatorias sive dimissoriales ad sacros ordines conferendi et suscipiendi, dandi et concedendi, sanctam synodum temporibus consuetis celebrandi et in ea vice et nomine nostro praesidendi, processus, exortationes, admonitiones, requisitiones ac quaecunque mandata salubria faciendi et emittendi, poenas, sententias et censuras ecclesiasticas quascunque necessarias et requisitas fulminandi, excipiendi, exequendi et generaliter omnia alia et singula faciendi, dicendi et gerendi, exercendi, quae tibi, ut nostro in spiritualibus vicario generali, de jure vel consuetudine forte nascuntur, praemissa et concessa etiam si majora fuerint, praesentibus expressatis et mandatum exigerint magis speciale, invocato circa praemissa omnia et singula et eorum quodlibet, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Spirae sabbato ante dominicam Oculi, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

---

123. *Reinhard bischof zu Speyer schliesst mit den herzogen und pfalzgrafen Stephan und Friedrich eine Schutzeinung ab. Landau,* 1441 *juni* 10.

Von Gots gnaden, wir Stephan vnd wir Friedrich sin sone, pfalzgraven by Rine vnd hertzogen in Beyern etc. vnd wir Reinhart von denselben gnaden Gots bischof zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbare mit diesem briefe, das wir durch rate vnserer frunde von sonderlicher liebe vnd frundschafft willen, auch vnsern landen vnd luten zu nutze vnd zu frieden vns zusammen verbunden vnd vereyniget haben, verbinden vnd vereynigen vns also mit einander in krafft diess brieffs funff ganze jare, die nechsten nach data diess brieffs an zu rechen, in der masse, als hernach geschrieben steet. Zum ersten so sollen vnd wollen wir einander die obgeschrieben jarzale vss in ganzen guten truwen, meynen, eren vnd furdern an allen enden, wo des not geschicht vnd als dicke sich des geburt ane geverde. Item vnser keiner sol auch in der vorgeschriben zyt wieder den andern sin oder tun noch den vnsern, der wir mechtig sint, gestatten vnd auch einer des andern offen wiedersagten fiende in si-

nen slossen, stetten vnd gebieten, wissentlich nit husen oder halten, noch einige zuschibunge tun oder gescheen lassen, ane alle geverde. Vnd obe vnser eins fiende daruber in des andern slosse vnd gebiete vngeverlich rytte oder keme, alsbalde wir vnd vnser amptlute das gewar vnd inne wurden, so sollen wir dem oder denselben von stund sagen von dannen zu ryten vnd furbasser nit mer in vnsere sloss zu komen, als dicke des not geschicht vngeverlich. Item wer es, das yemans zu vnser deheine oder vnser armen luten vnd den vnsern griffe oder beschediget one offen fientschafft, so sollent vnser amptlute vnd die vnsern allemale zu frischer getate, so balde sie des innen oder ermant werdent, darczu ylen vnd nachziehen, soliche name oder gefangen zu entschutten vnd zu behalten zu recht mit ganzem fliss vnd ernste, als obe vnser yglicher das allein angienge, so dicke des not geschicht ane geverde. Item gewonnen auch beyder syte vnser burger in stetten vnd arme lute vff dem lande mit eynander ichts zu schaffende vmb sachen, die sich nu furbasshin verlieffend vnd vfferstunden, so sol der kleger, mit dem er zu schaffende hat, nachfaren in das geriecht, da er gesessen ist vnd sollent sich do mit recht von eynander wisen lassen vnd sol ime auch der amptmann daselbs des furderlichen helffen, als vorgeschrieben steet, so dicke des not tut ane geverde. Were es aber zuspruche vmb angefallen erbe vnd gute, so sol man komen in die gericht, do solich erbe gefallen ist vnd dem mit recht daselbs nachkomen vnd soll sich auch ein yglicher mit solichen rechten begnugen lassen vnd darwieder nit sin, als dicke des not geschicht ane alle geverde. Wir sollen auch zu byder syte vnsern obern vnd vnder amptluten, schultheissen vnd armen luten vff ire eyde empfelchen, dem also nachzugeen, als furre sie des berurende ist, wie vorgeschrieben steet. Des zu vrkunde hat vnser yglicher sin eygen ingesigel tun hencken an diesen brieff. Datum Landawe sabbato post festum corporis Christi, anno ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

---

124. *Friedrich III. könig belehnt den bischof Reinhard von Speyer mit den freiheiten, rechten und besitzungen des bisthums und bestätiget dieselben. Frankfurt,* 1442 *juni* 15.

Wir Friedrich von Gots gnaden Romischer kunig zu allen zyten merer des richs, hertzog zu Osterreich, zu Steyer,

zu Kernten vnd zu Krain, grave zu Tyrol etc. bekennen vnd thun kunt offenbare mit diesem briefe allen den, die yene sehent oder horent lesen, daz vor vns kommen ist der erwirdige Reinhart, bischoff zu Spire, vnser furste vnd lieber andechtiger vnd bate vns mit fluss, daz wir yme, sine vnd siner kirchen vnd styfft zu Spire, furstenthum, regalia, herschafft, lehenschafft, manschafft, lande vnd lute mit allen iren rechten, eren, nutzen, gerichten vnd zugehorungen, die von vns, als eyme Romischer kunige vnd dem heligen riche zu lehen rurent, zu verlihen gnediglichen gerucheten. Des haben wir angesehen desselben Reinharts redeliche bete vnd sunderliche dinste vud truwe, als vns vnd dem riche derselbe Reinhart inne kunfftigen zyten thun sol vnd mag, vnd haben yme darumbe mit wole bedachtem mute, gutem rate vnserer fursten, edeln vnd getruwen, die egenannten sine vnd siner kirchen vnd stiefftes zu Spire furstenthume, regalia, herschafft, lehenschafft, manschafft, lande vnd lute mit allen eren, rechten, nutzen, gerichten vnd zugehorungen gnediclichen geluhen vnd gereichet, lihen vnd reichen yme die in crafft diess briefs vnd Romischer kuniglicher machte, vollkommenheite zu haben, zu behalten, zu besitzen vnd der zu geniessen in aller massen, als die sine furfaren bisher gehapt, herbracht vnd besessen haben. Dieselben furstenthume, regalia, herschafft, lehenschafft, manschafft, lande vnd lute mit allen iren rechten, eren, nutzen, gerichten vnd zugehorungen, hat der obgenannte Reinhart, bischoff zu Spire, von vns, als eyme Romischen kunige, sinem rechten herrn, recht vnd redlich, nach des heligen Romischen richs gewonheit empfangen vnd vns davon gelopt vnd gesworen hat, als das auch gewonlichen ist vnd des heligen richs geistlichen fursten pflichtig sint zu thuende. Auch haben wir dem obgenannten bischoffe Reinhart, sinen nachkommen, bischoven vnd der kirche zu Spire von besundern gnaden alle vnd igliche stette, vesten, slosse, merckte, dorffere, recht, gericht, zolle, vngelte, geleite, wiltpret, welde, wasser, fare, vischerien, herlichkeit, manschafft, lehenschafft, lande, lute, cristen vnd juden, muntz, zehenden, vell, renthen, nutze vnd alle andere rechte, herlichkeit vnd gutere, sie sint eigen oder pfantschafft, mit allen vnd iglichen yeren zugehorden, wie man die genennen mochte, die sie yetzt haben oder hernach gewinnen, vnd darzu alle vnd igliche hantveste, briefe, gnade, wirde, friheit, ere, alte herkommen vnd ge-

wohnheit, die er, sin vorfaren vnd sin stiefft zu Spire, die prelaten, stieffte, cloister, kirchen oder die pfaffheit inne der stadt vnd inne dem bisthum zu Spire gemeinlich oder besunder gehabt vnd herbracht haben oder die yme gemeinlichen oder besunder von dem heligen stule zu Rome, von vns, vnsern vorfaren seligen gedechteniss Romischen keisern vnd kunigen vnd auch susste von andern fursten, herren vnd personen geistlichen oder werntlichen gegeben, verschriben, gegonnet oder verluhen sint, mit wole bedachtem mute, gutem wrate bestetiget, vernuwet, bevestet vnd gnediglich confirmiret, bestetigen, vernuwen, bevestigen vnd confirmieren yene die also zu ewigen zyten von vnserm Romischen kuniglichen macht vnd gewalt in crafft diess briefs in allen yeren meynungen, sinnen, stucken, punckten vnd artikeln. Vnd darumb gebieten wir allen vnd iglichen fursten, graven, herrn, amptluten, rittern, knechten, burgern, gemeinden vnd allen andern vnsern vnd des richs getruwen vnd vndertanen, wer die sint, vnd wie man die genennen mag, die nu sint oder hernach kunfftig werdent, ernstlich vnd vestiglich, daz sie, noch nyemant anders von yerent wegen dem obgenannten Reinharten, bischoff zu Spire, an solichen sinen furstenthum, regalien, herschafften, lehenschafften, manschafften, landen, luten, renten, nutzen, rechten vnd andere ire zugehorde vnd auch yne, sine nachkommen bischoffe vnd sin stieffte zu Spire, prelaten, stiefft, cloister vnd pfaffheit in der stadt vnd bisthum zu Spire an den obgenannten gnaden vnd bestetigungen nit irren, noch hindern sollen in deheyne wise. Vnd wer darwidder tete, der sol in vnser vnd des richs swere vngnade vnd eyne pene hundert marckte lotiges goldes, als dicke daz geschee, verfallen sin, die halbe in vnser vnd des richs camer vnd daz ander halbe teile dem obgenannten bischoff Reinharten, sinen nachkommen bischoffen oder dem stiefft zu Spire gentzlich gefallen sollen. Mit vrkunde diess brieffs, versiegelt mit vnserer kuniglichen majestat anhangendem ingesiegel. Geben zu Franckfurt nach Cristi geburt vierzehen hundert jare vnd darnach inne dem zwey vnd vierzigsten jare, vff sontag nach sant Margarethen, der heligen jungfrauwen tag, vnsers riches im dritten jare. Ad mandatum domini regis, Heinricus Leubing, doctor prothonotarius.

125. *Friedrich III. könig bestätiget der geistlichkeit zu Speyer alle güter, freiheiten und rechte. Frankfurt,* 1442 *juli* 24.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter, amen. Fridericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, Austriae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae dux, comes Tirolis. Ad perpetuam rei memoriam. Quamquam regalis benignitatis sublimitas universis, quos sacri imperii latitudo complectitur, beneficia grata impendere dignetur, ad illa tamen favore quodam uberiori suae mentis aciem dirigit, quae sanctarum ecclesiarum et ministrorum omnipotentis Dei commodum prospiciunt et honorem. Sane pro parte venerabilium majoris, sancti Germani, sancti Guidonis et sanctae Trinitatis ecclesiarum intra et extra muros Spirenses praepositorum, decanorum totiusque cleri dictae civitatis, nostrorum devotorum, oblata pridem nostrae majestati petitio continebat, quatenus ipsis et ecclesiis eorum universa et singula privilegia, literas, gratias, concessiones, libertates, emunitates, jura, statuta, indulta, observantias, sententias, concordiam, seu concordias et consuetudines sub quacunque verborum forma ipsis a recolendae memoriae divis Romanorum imperatoribus sive regibus nostris praedecessoribus, aut alias a quibuscunque quavis authoritate, quomodolibet indultas, datas, concessas, indulta, data, concessa, una etiam cum situ, situationibus, terris, territoriis, cum omnibus et singulis suis mancipiis, areis, aedificiis, agris, campis, vineis, terris, cultis, incultis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, mercatis, teloneis, aquis aquarumque ductibus et decursibus, piscationibus, molis, molendinis, quaesitis et inquirendis, juribus, jurisdictionibus, decimis parvis et majoribus ubicunque sitis cum eorum attinentiis et aliis juribus et jurisdictionibus atque aliis bonis, possessionibus ac pertinentiis ipsarum ecclesiarum universis et singulis, et praesertim concordiam seu compositionem inter dictos decanos et capitula totumque clerum civitatis Spirensis ex una et honorabiles magistros civium, consules et cives communiter civitatis Spirensis nostros et sacri imperii fideles, dilectos ex altera parte per bonae memoriae Conradum quondam archiepiscopum Moguntinensem factam et sub dictorum Conradi et quondam Rabani, tandem Trevirensis archiepiscopi, pro tunc Spirensis episcopi et partium praedictarum sigillis appensis conscriptam, prout in literis confectis desuper continetur. Insuper sententiam arbitralem super concordia et compositione hujusmodi observanda et quibusdam aliis per divae me-

moriae dominum quondam Sigismundum, tandem Romanorum imperatorem, pro tunc regem Romanorum, nostrum praedecessorem, Norinbergae latam et promulgatam, prout in regalibus desuper confectis literis continetur, nec non per partes receptam, admissam et emologatam atque per clerum et cives Spirenses, quantum eos hincinde concernit, ut etiam dictus praedecessor noster statuit juramenti vinculo, jam crebrius solidatam, dempto uno articulo de propinatione vini, a quo de partium praedictarum consensu recessum est, de quibus etiam nobis fides sufficiens facta existit, concedere, de novo approbare, ratificare, innovare et gratiosius confirmare dignaremur. Nos igitur attendentes affectum singularis favoris et gratiae, quibus nostri praedecessores dictas ecclesias Spirenses et ejus ministros largifluis donariis sunt prosecuti ac ardorem ferventis amoris, quo nostra regalis serenitas ipsam insignem ecclesiam Spirensem, dominae nostrae titulo decoratam, in qua etiam plerique divae memoriae Romanorum imperatores et reges, nostri praedecessores, et signanter plures eorum de domo et progenie nostra, scilicet Austriae, trahentes originem, sepulturam eligere voluerunt et ampliationem honoris et commodi complectitur, gratiose antedictis praepositis, decanis et capitulis, eorumque ecclesiis ac totius cleri civitatis Spirensis et eorum ministris universa et singula privilegia, indulta, literas, gratias, sententias, concessiones, libertates, jura, jurisdictiones, emunitates, statuta, consuetudines et observantias consuetas, a divis imperatoribus et regibus nostris praedecessoribus ac alias a quibuscunque, quavis authoritate quomodolibet datas, indultas et concessas, data, indulta vel concessa, et praesertim concordiam et sententiam arbitralem, omniaque et singula exinde secuta, prout antefertur, de verbo ad verbum in omnibus et singulis sententiis, verbis, punctis et clausulis, ac si ipsorum privilegiorum, literarum, gratiarum, concessionum, libertatum, jurium, jurisdictionum, consuetudinum, emunitatum et observantiarum tenores essent totaliter inserti hic et inclusi, principum, procerum ac magnatum nostrorum accedente consilio et consensu, de certa nostra scientia et de plenitudine regalis potestatis, concedimus et innovamus, approbamus, laudamus, ratificamus et praesentis scripti patrocinio provide confirmamus, decernentes, si quid a quocunque vel quibuscunque, cujuscunque status, eminentiae vel conditionis exstiterit vel exstiterint, quibuscunque censeantur nominibus, etiamsi imperali

vel regali praedecessorum nostrorum, vel alicujus eorum aut etiam nostra, vel cujusvis alterius auctoritate concessum, indultum, declaratum, attemptatum, factum, impetratum vel obtentum fuerit, contra praemissa vel aliquod praemissorum eo ipso fore irritum et inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae concessionis, innovationis, approbationis, ratificationis et concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis vero contra praemissa vel aliquod praemissorum facere seu attemptare praesumserit, ultra nostrae indignationis aculeum, poenam centum librarum auri puri, totiens, quotiens contra praemissa seu ipsorum aliquod temere actum vel attemptatum fuerit, quarum medietatem regali fisco, aliam medietatem praefatis praepositis, decanis, capitulis et earum ecclesiis applicari volumus, se noverit infallibiliter incursurum, praesentium sub regalis nostrae majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Franckphordiae anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, die vicesima quarta mensis julii, regni vero nostri anno tertio. — Ad mandatum domini regis, Heinricus Leubing, doctor, prothonotarius.

---

126. *Der official des domprobstes zu Speyer ordnet die obliegenheiten der St. Aegidien frühmesserei zu Nussdorf.* 1443 märz 1.

Officialis domini praepositi ecclesiae Spirensis. Ad universorum, quorum interest vel interesse poterit quandolibet in futurum, notitiam deducimus deducique volumus per praesentes, quod nonnullorum querela frequensque insinuatio nostro intellectui significavit, quod discretus vir, dominus Joannes Coci, primissarius altaris sancti Egidii, prope ecclesiam parochialem in villa Nossdorff, Spirensis dioecesis sita, ratione hujusmodi suae primariae annuatim non modicos sublevet fructus pingues illosque in usum suum convertat, tamen juxta ejusdem fundationem et dotationem eidem primariae satisfacere minime procuret in animae suae grave periculum, subditorum ibidem utriusque sexus hominum magnum praejudicium et scandalum plurimorum. Nos igitur, prout officii debito nobis incumbente pulsabamur, praemissa surda aure et conniventibus oculis sub dissimulatione nolentes praeterire, comparentibus coram nobis in consistorio nostro publico, praefato domino ex una et nonnullis de juratis ibidem ex altera partibus, dictusque dominus Joannes ibidem allegavit

fructus, redditus et proventus ejusdem primariae esse adeo tenues et exiles, quod onera praefatae suae primariae juxta literae primariae fundationis ejusdem primariae sufficere nequeat. Nos igitur officialis antedictus de praemissis fidelem nobis possibilem fecimus indagationem, utpote de fructibus, redditibus et proventibus dictae primariae et de circumstantiis universis etc. necessariis inquirentes, unde recensentes ea, quae in hiis accepimus, ut praemittitur, onera primariae supradictae, accedente etiam consensu et assensu juratorum ecclesiae ibidem coram nobis comparentium, in hunc, qui sequitur, modum duximus ordinanda et taxanda eaque ordinamus et taxamus et sic per praesentes. Inprimis taxamus, volumus et ordinamus, quod praefatus dominus Joannes et sui successores omni hebdomada in altare praefatae primariae legant duas missas diebus eis congruis et competentibus, in vindemiali et messium autem tempore cujuslibet anni per spatium unius mensis quolibet tempore tres missas post ortum diei peragant aut peragi procurent cum effectu. Volumus etiam, ordinamus et mandamus, ut dictus dominus Joannes suique successores per se vel alios plebano ibidem pro tempore existenti perpetuo in divinis faciant assistentias in legendo et cantando omnibus dominicis diebus, nisi legitimis impedimentis fuerint praepediti, signanter tamen absque excusatione hiis diebus infrascriptis, videlicet in die nativitatis Christi, Stephani prothomartyris et Joannis evangelistae, circumcisionis et epiphaniae Domini, palmarum, coenae Domini, parasceves, vigilia et in die pascali ac feria secunda pascam proxime sequenti, in festo sancti Georgii et Marci, per tres dies rogationum, ascensionis Domini, in vigilia et die penthecostes, dominica Trinitatis, in die corporis, omnibus festivitatibus beatae Mariae virginis et sanctae crucis, in festo sancti Joannis baptistae, sanctorum Petri et Pauli ac omnium aliorum apostolorum, in festis sancti Michaelis, omnium sanctorum et animarum, in vesperis et diebus patroni ac dedicationis ecclesiae parochialis in Nossdorff supradictae. In quorum omnium et singulorum praemissorum evidens testimonium praesentes nostras literas fieri et per pressulam suam literae fundationis et dotationis supradictae transfiguratamque, sigilli consistorialis, quo ad causas utimur, appensione jussimus communiri. Datum et actum anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, die prima mensis martii. — Tenor fundationis dictae primariae

est talis: „In Dei nomine, amen. Nos Heinricus de Erenberg, praepositus ecclesiae Spirensis, recognoscimus et ad omnium tam praesentium quam futurorum volumus notitiam pervenire, quod honesti viri, Heilmannus Holtmut et Anselmus de Brandenburg aliter de Mimpelgart, cives Spirenses, executores testamenti seu ultimae voluntatis quondam honorabilis viri Johannis de Than, dum vixit canonici praelaudatae ecclesiae Spirensis, volentes, ut dicebant, piam ultimam voluntatem dicti quondam domini Johannis adimplere et ad effectum debitum perducere, ob honorem et laudem omnipotentis Dei sanctissimaeque virginis Mariae, ejus genitricis ac sancti Egidii abbatis, nec non ob remedium et salutem ipsius quidem domini Johannis et suorum progenitorum animarum, de expresso consensu et voluntate strenuorum virorum, Gerhardi Harnesch et Heinrici Blikeri Lantschaden, militum, heredum nomine uxorum suarum proximorum dicti quondam Johannis, nec non Johannis dicti Lynenger, rectoris ecclesiae parochialis in Nossdorf, nostri archidiaconatus, nomine executorio, quo supra, unam praebendam sacerdotalem in capella sancti Egidii infra limites ecclesiae parochialis praedictae sita instituerunt et eandem praebendam bonis et redditibus infrascriptis dotarunt et dotant publice per haec scripta. Voluerunt etiam et ordinaverunt executores praedicti nomine quo supra, quod collatio et procuratio dictae praebendae ad praefatos milites et eorum heredes alterius vicibus, quotienscunque eam vacare contigerit, perpetuis temporibus pertineat etc. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium sigillum officialitatis nostrae praesentibus duximus appendendum. Datum anno Domini MCCCLXXIX. sabbato post festum purificationis virginis Mariae.

---

127. *Die kirchenversammlung zu Basel giebt vollmacht die pfründen des Allerheiligen stiftes zu Speyer mindern zu dürfen. Basel,* 1444 *feb.* 14.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam repraesentans venerabili episcopo Spirensi et dilectis ecclesiae filiis, abbati monasterii in Limburg, Spirensis dioecesis, (Helfferico) ac praeposito ecclesiae sancti Germani extra muros ecclesiae Spirenses (Wiperto Rude) salutem et omnipotentis Dei benedictionem. Divinum cultum in universis orbis ecclesiis et

piis locis decenter et honeste, prout congruit, fieri dirigique cupientes, ad hoc non immerito sumus solliciti, ut personis inibi divinis continue insistentibus obsequiis pro suae sustentationis competentia congruae submistrentur facultates. Sane petitio dilectorum ecclesiae filiorum, decani (Petri Engelfrid) et capituli sanctae Trinitatis Spirensis nobis nuper exhibita continebat, qualiter cum in ipsa ecclesia sint novem canonici, novem distinctas canonicales praebendas inibi obtinentes, fructus et redditus suarum praebendarum hujusmodi, qui de communi mensa capitulari proveniunt, ab aliis illius canonicis, qui duo duntaxat sunt numero, duabus minutis praebendis appellatis praebendati distinctos habentes et hujusmodi praebendarum possessores pro tempore ex diuturna et laudabili ac hactenus approbata et inconcusse observata consuetudine ad certos duntaxat et non ad omnes actus capitulares admitti consueverint et ultra hujusmodi praebendas quam plura alia beneficia ecclesiastica perpetuae capellaniae sive vicariae appellata, una cum dictis canonicalibus et praebendis, usque ad triginta numerum triginta septem fore noscantur. Itaque ecclesia causantibus potissime temporum sterilitatibus et indispositionibus, incendiis quoque et diversis sinistris eventibus ac fortuitis casibus et gravaminibus ac fere insupportabilibus debitorum pro reparatione aedificiorum et structurarum ipsius ecclesiae contractorum oneribus, quibus ipsa ecclesia plurimum pergravata est, in suis bonis, fructibus et redditibus retroflexis temporibus, pro dolor, plurimum damnificata et afflicta exstiterit, prout existit. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, si in ipsa ecclesia praefata duae praebendae una cum tribus capellaniis sive vicariis perpetuis inibi et earum tituli penitus supprimerentur et extinguerentur, earumque fructus, redditus et proventus mensae capitulari dictae ecclesiae in decani et aliorum novem canonicorum sustentationem et fabricae hujusmodi sublevamen perpetuo appropriarentur et applicarentur procul dubio etc. . . . Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per haec scripta committimus et mandamus, vos vel duo vestrum vocatis, qui fuerint evocandi, super praemissis omnibus et singulis eorumque circumstantiis universis auctoritate nostra vos diligenter informetis et si praemissa per hujusmodi informationem vera fore dictosque decanum et capitulum etc.... reperiretis, super quibus vestras conscientias oneramus, praefatas duas minutas

praebendas cum illorum canonicatibus et tres hujusmodi capellanias sive vicarias perpetuas et illarum titulos ex nunc auctoritate nostra in perpetuum supprimere penitus et extinguere ac hujusmodi undecim ad novem canonicorum, nec non viginti sex ad viginti trium perpetuarum capellaniarum sive vicariarum numerum reducere ac earundem fructus, redditus et proventus pro decani et novem canonicorum sustentatione decentiori et in augmentum decanatus et praebendarum remanentium ac fabricae perpetuo assignare et appropriare procuretis, itaque dilectis ecclesiae filiis, Conrado Eltze et Conrado Merveri, canonicis ejusdem ecclesiae, duas praebendas minutas, nec non Conrado Nebelung, Joanni Wisheim et Michaeli Landenburg, perpetuis vicariis, tres vicarias praedictas in praesentia obtinentibus et eorum singulis cedentibus vel decedentibus aut suos canonicatus et praebendas ac perpetuas vicarias hujusmodi alias quomodolibet dimittentibus, singulae minutae praebendae cum singulis suis duobus canonicatibus, nec non tres vicariae praedictae, cum illas simul vel successive per cessus vel decessus aut dimissiones hujusmodi vacare contigerit, ex tunc perpetuis futuris temporibus pro suppressis et extinctis penitus habeantur et reputentur... Et insuper, ut suppressio et extinctio hujusmodi suum celerius sortire valeant effectum, si moderni possessores canonicatuum, nec non vicariarum supprimendarum praedictarum aliquos ex canonicatibus et praebendis minutis ac vicariis supprimendis eisdem in vestris vel alterius vestrum manibus sponte et libere resignare voluerit, vos vel duo vestrum hujusmodi resignationem per vos vel alterum vestrum auctoritate nostra praefata, recepta et admissa ac ipsis ex canonicatibus et praebendis minutis ac vicariis praedictis taliter resignatis, per vos similiter oppressis et extinctis, illi vel illis, qui hujusmodi resignationem fecerint super ipsorum canonicatuum et minutarum praebendarum fructibus et proventibus pensionem annuam, de qua vobis vel alteri vestrum rationabiliter videbitur, per ipsos decanum et capitulum illi vel illis integre persolvendam eadem auctoritate nostra constituere, reservare ac assignare curetis.... Datum Basileae decimo sexto kalend. martii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Digitized by Google

127. *Wiegand Trierer generalvicar zu Speyer bestätiget die stiftung zweier caplaneien zu Weyher unter Rietburg. Speyer, 1444 mai 25.*

Wigandus Trierer, canonicus ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis, reverendi in Christo patris et domini Reinhardi, Dei gratia episcopi Spirensis, in spiritualibus vicarius generalis et ad infrascripta specialiter deputatus. Ad laudabilis rei memoriam exposcit inter alia officii nobis crediti debitum, ut ea, quae ad divini cultus augmentum pertinent, verbo et opere studeamus promovere, exinde enim et praesentis vitae meritum et aeternae remunerationis possimus praemium cum fiducia expectare. Cum itaque honorabilis vir, dominus Petrus dictus Lup de Landaw, pastor ecclesiae parochialis villae Weyler, sub castro Rieppurg, decanus capituli sedis ruralis ibidem, Spirensis dioecesis, zelo fidei accensus, divini cultus nomen cupiens ampliare sibique thesauros in coelis thesaurizare, qui non demoliuntur, neque a furibus subtrahantur, volensque tam suae, quam suorum progenitorum animarum providere saluti, in ecclesia parochiali praedicta dotavit, fundavit duo perpetua beneficia pro duobus beneficiatis in altari novo inibi erecto et constructo, nondum consecrato, in modum et formam inferius specificatis, prout sequitur. Inprimis enim dictus fundator voluit et vult, quod dicti beneficiati in dicto altari quotidie circa ortum solis, antequam populus ad opus suum rurale transeat seu accedat, unus eorum missam legere et celebrare nullatenus omittat, juxta ordinationem eorum, dominicis tamen et festivis diebus, vel cum plebanus inthronizationes seu introductiones sponsorum, sive anniversaria sollemnia peragere habet, duntaxat exceptis. Non minus tamen ipsi beneficiati ipsas missas cum plebano legere et celebrare non praetermittant seu negligent, ipsi quoque beneficiati missas ut sic per eos legendas inter se per hebdomadas seu per dies alternatis vicibus dividant seu alternent, sic quod unus eorundem dominica die, secunda, tertia et quarta feriis, alter vero quinta et sexta et sabbatho et dominica sequente diebus ad placidum eorundem complere et peragere debebunt et debent. In dedicatione vero capellae in Modenbach, videlicet feria secunda pentecostes, ambo missas legant et legere teneantur, quodque et ipsi beneficiati singulis diebus dominicis et festivis in propriis eorum personis et superpelliciis, quae sumptibus eorundemque comparari debent indutis, ipsi plebano ibidem in cantando et legendo adstare et interesse

debent et tenentur, si saltem ipse plebanus pro tempore existens cantare voluit, et si ut sic non cantaret plebanus praefatus, non minus ipsi beneficiati interesse debent, et quod ille, quem ordo legendi missam non tangit, infra missam plebani vigiliam defunctorum in hujusmodi festivis diebus pro ipsius instituentis animabus omnium fidelium defunctorum legere debet, ita quod a quibuscunque cavillationibus et otiosis verbis desistant, praesertim in sacristia et in choro tempore celebrationis divinorum. Si quis vero ipsorum beneficiatorum in missis et vigiliis suis legendis ac in adstantia praedicta negligens et remissus foret, tunc iidem beneficiati pro singulis negligentiis, ut sic per eos factis poenam quinque solidorum denariorum juratis ecclesiae irremissibiliter persolvant, per ipsos juratos in modum, ut sequitur, distribuendos, videlicet duos solidos pauperibus panes pro ipsis emendo et eis distribuendo, duos solidos ad fabricam altaris praedicti, octo denarios juratis pro laboribus, et reliquos quatuor edituo seu campanatori, ut sub juramento praestito hujusmodi negligentias sic commissas intimet et revelet. Si autem aliquis ipsorum beneficiatorum certas missas sibi assignatas non ex temeritate neglexisset, sed alias legitime praepeditus, poenam praescriptam non incurrere, sed tantum neglectam missam postea complere debet; quodsi hoc facere non vellet, poenam hujusmodi incurrere debet. Voluit etiam et vult dictus fundator et institutor, quod dicti beneficiati in domibus et habitationibus suis residentias faciant personales, et easdem habitationes ac vineas subscriptas in esse conservent, neque se ab iisdem beneficiis absentent, ac a nullo superiore, nec a collatore licentiam absentiae obtineant, sed ad residentiam compellantur. Et si quis eorum hoc facere praesumeret et ultra mensem se ut sic absentaret, carere debet fructibus juxta ratum temporis et ad augmentum beneficiorum reddituum applicari et nihilominus ad arbitrium superioris puniri et emendari. Voluit etiam praefatus fundator, quod hujusmodi beneficiorum collatio seu verius praesentatio ad Nicolaum Lup, fratrem instituentis, post cujus obitum ad haeredem proximiorem utriusque sexus dicti fundantis spectare debet, masculi tamen in eodem gradu sunt mulieribus senioribus etiam in eodem gradu praeferendi. Si vero proximus haeres in conferendo negligens foret infra mensem, statim mense finito collatio illa vice ad alium haeredem post negligentem proximiorem devolvetur. Quodsi is etiam negligens existeret, tunc post

Digitized by Google

alium mensem finitum collatio illa duntaxat vice ad pastorem ecclesiae spectare et pertinere debebit et praesentatio fieri debet praeposito ecclesiae Spirensis majoris vel ejus officiali et ab eodem investitura obtineri, cui etiam domino praeposito atque domino Spirensi emendae praescriptae in nullo derogari debent, quin etiam ipsi contra negligentes et praesumptores ultra emendas et correctiones praescriptas manum adhibere habeant et debeant, secundum quod juris et ordo dictaverit rationis, sic tamen, quod mens instituentis, ut praescribitur, non violetur. Quorum quidem collatio beneficiorum praescriptorum fieri debet iis, qui de parentela praedicti instituentis in quarto gradu consanguinitatis et non ultra fuerint, et si qui talium forent, qui studuerint vel studere vellent, hiis usque ad vicesimum quintum annum fructus beneficiorum absentiae participentur, sic tamen, quod missae ratione hujusmodi beneficii sibi incumbentes per hoc non negligantur, ab aliis vero oneribus praescriptis existentes indempnes. Si vero ex hujusmodi parentela nullus pro tunc habilis reperiretur et idoneus, in quarta linea et infra, quod tunc beneficia praescripta ad placidum collatoris aliis habilibus et idoneis etiam extra lineam consanguinitatis actu presbyteris vel infra annum presbyterantibus et presbyterari volentibus, qui honestae vitae sint ac conversationis, conferantur. Collatio siquidem beneficiorum praenominatorum post obitum instituentis vel ante ad nutum ipsius incipere debet. Providit etiam praedictus fundator et institutor beneficiorum supranominatorum ipsius beneficiandis sive altari supranominato in subscriptis censibus et bonis. Primo pro uno beneficio in singulari dotavit et donavit domum cum area et attinentiis circa ecclesiam sitam. Item unum jugerum vineae, in terris villae Flemeringen, quidquid dicatur et sit in marchia villae Bubenweiler. Item unum dimidium jugerum in marchia villae Weyler situm in parte vinearum dicta im letten. Item unum jugerum cum dimidio pratorum dicta der lauwer. Item unum dimidium jugerum prati situm im loch am stein bohel. Item subsequentia bona pertinent et spectare debent ad aliud beneficium. Primo una domus cum area ex opposito prioris domus. Item unum dimidium jugerum vineae in villa Weyler bey der kirchgassen. Item unum dimidium jugerum in dem dunckelacker. Item unum dimidium jugerum in der kalkgruben. Item unum jugerum prati circa domum sancti Joannis. Item unum dimidium jugerum im loch, niden an den herrn von allen

heiligen von Spyer. Item unum dimidium jugerum prati neben an der Herder wiesen. Subscripta etiam bona et census infrascripti communia sunt et communes esse debent ambobus beneficiis et beneficiandis sive beneficiatis. Primo decem et novem maldra siliginis et duodecim maldra speltae simul in una curia et bonis correquisitis in marchia et villa Bebingen. Item decem maldra siliginis in Rosspach. Item tria cum dimidio maldra siliginis in Odesheim. Census praescripti omnes sunt perpetui. Item duo plaustra vini in marchiis et villis Weyler, Heinfeldt, Rode et Flemeringen, dictae Bubenweyler marckhe, qui etiam sunt perpetui. Item dimidia oma vini reemibilis pro tribus liberis denariorum. Item octo jugera pratorum in Landaw prope sanctum Justinum. Item unam libram perpetui census ibidem. Item quindecim solidos denariorum reemibiles. Item decem cappones. Item decem solidos denariorum perpetui census in Walsheim. Item una pecia prati ibidem niden im dorff, ziehet mit einem ende vff des spitals wiesen. Item in marchia Flemeringen unum duale prati niden an herrn Daniel von Zeisskeim. Item quinque quartalia prati ibidem zwischen Walther Kessler von Walssheim vnd den teutschen herrn von Spyer. Item duo jugera pratorum minus uno quartali zwischen herrn Daniel von Zeisskeim vnd Hanns Brodtmeinster von Flemeringen. Item duo jugera cum dimidio pratorum in marchia Heinfeldt in der fliegen zwischen der bach vnd dem fliegeweg, zwischen dem schultheissen von Weyler vnd sanct Jacob von Heinfeldt. Et praescripti census et bona praenominata, quae omnia habent suas literas sigillatas et specificatas cum suis consultaneis et assituationibus et quia hujusmodi literae in suis consultaneis bonorum inibi scriptorum et aliis assituationibus non semper perseverant, nec etiam diu in eodem statu permanent: propterea voluit et vult fundator saepe dictus, quod semper in triginta annis post hujus institutionem singulae literae renoventur et aliae literae scribantur et sigillentur in novis consultaneis et assituationibus et facere hoc debent diligenter et cum studio beneficiati supradicti expensis eorum propriis communiter sub poena viginti florenorum irremissibiliter a quolibet negligente per juratos ecclesiae recipiendorum, qui etiam jurati renovationem praescriptam cum expensis eorum inde ordinent et procurent. Praescripta etiam prata, cum fructus eorum venditur, singulis annis comportant et comportare possunt una cum censibus denariorum ac bal-

Digitized by Google

lensium praescriptorum plus quam viginti florenos. Item census viginti octo florenorum reemibilium, unus pro viginti florenis reemibilis ad minus, habentes singuli literas suas sigillatas, quae etiam renovari debent modo et forma praescriptis. Quae quidem literae omnes et singulae reservari ac poni debent erga juratos ecclesiae saepefatae in clausura thesauri ejusdem, nec ad manus beneficiatorum venire, nisi in necescitate pro obtinendo aliquo censu, quo facto statim reponantur ad clausuram pristinam. Voluit etiam dictus fundator, quod ipsi beneficiati dare debent annuatim Nicolao Lup fratri instituentis supradicti, si tanto tempore supervixerit, quilibet ipsorum beneficiatorum tres florenos et sex maldra speltae ad dies vitae et non amplius. Supradictus etiam fundator assignavit etiam decem solidos hallensium perpetui census juratis ecclesiae, quorum quinque solidi ministrari debent decano capituli tempore synodi laicalis, ut in ipsa synodo et alias diligentiam adhibeat et specialem respectum habeat, tanquam provisor diligens, in quo institutor praedictus confidit conscientiam suam onerando, imo et eidem praesentibus supplicando, ut singula praedicta in esse conserventur, quo alios quinque solidos hallensium ipsi jurati recipient et recipere debent pro se ipsis, ut eo avidius etiam et ipsi diligentiam suam faciant circa omnia praescripta, ut mens instituentis immobilis perseveret atque perduret. Demum voluit et vult idem instituens, quod beneficiati praescripti campanatori ibidem dare debent annis singulis dimidium maldrum siliginis et dimidiam amam vini, ut ipse hostias et vinum ad missas eorum procuret. Assignavit etiam fundator saepe mentionatus ecclesiae juratis ibidem, nomine ecclesiae, duo maldra siliginis annui census et duo dualia pratorum ad minus unam libram denariorum in fructu annuatim valentia, secundum quod in literis desuper confectis plenius continetur, ut ipsi jurati lumina sive candelas ad missas praescriptas ordinent et disponant. Item et assignavit idem fundator campanatori duo maldra siliginis annui census pro labore suo ad missas ministrando, secundum quod in litera desuper confecta similiter continetur et praedicta quatuor maldra sunt reemibilia cum quadraginta libris hallensium, quibus reemptis iterum alia quatuor maldra emi debent. Item assignavit et deputavit ecclesiae juratis praescriptis nomine altaris tres florenos annui census ad fabricam altaris ejusdem, quibus sequestratis in tanto, quod unus florenus annui census com-

parari poterit, emere debent totiens quotiens, nisi altare indigerit pro ornamentis et decore ipsius, de qua etiam sequestratione census beneficiorum praescriptorum in suo esse et numero conservari debent. Ultimo voluit idem fundator, quod nulli census in eadem villa Weyler emi debent de sequestratione praedicta ad vitandum gravamen communitatis, nec etiam necesse est pro ornamentis et decore altaris praescripti infra triginta annos aliquid exponere, cum ipse fundator per se vel per suos executores ad tot annos et amplius sufficientiam procurare paratus sit. Infra etiam idem tempus triginta annorum nulla omnino ornamenta, nec alia ad decorem altaris comparari debent, sed dictus census triginta florenorum ad sequestrationem ponatur, ut ex hujusmodi sequestratione census praescripti in suo nomine et numero facilius conservari possint, de qua quidem sequestratione semper in septem annis jurati ecclesiae plebano et beneficiatis praefatis rationem faciant evidentem. Quare fuit nobis pro parte supradicti fundatoris humiliter supplicatum, quatenus dictorum beneficiorum fundationem et dotationem in omnem modum et formam, ut praescriptum est, approbare, auctorizare et confirmare auctoritate ordinaria supradicti domini nostri episcopi gratiosius dignaremur. Nos igitur Wigandus vicarius praefatus saepe nominati fundatoris et dotatoris supplicationi favorabiliter annuentes ac pium ejus propositum considerantes, cum juste et rationabiliter petentibus consensus non sit denegandus, dictas fundationem, dotationem et ordinationem approbamus, auctorizamus ipsaque beneficia in modum et formam praescriptis ad laudem Dei et ejus nominis cultum et divini officii ampliationem auctoritate ordinaria, qua specialiter in hac parte fungimur, effectualiter in Dei nomine confirmamus per praesentes. Ut autem fundatio, ordinatio et dotatio praescriptorum beneficiorum ratae et firmae in perpetuum permaneant et propter diuturnitatem temporis a memoria hominum non recedant, praesentes nostrae confirmationis literas conscribi nostrique sigilli, quo ad praesens utimur, fecimus appensione communiri. Datum et actum Spirae anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, die lunae vicesima quinta mensis maji.

Digitized by Google

128. *Friedrich bischof von Worms entscheidet über die streitige wahl eines domdechanten zu Speyer. Heidelberg, 1444 juli 18.*

Fridericus Dei gratia episcopus Wormatiensis, praesentium tenore notificamus universis. Cum nuper vacante ecclesiae Spirensis decanatu per mortem olim venerabilis domini, Nicolai Burgmann, decani Spirensis, dum vixit, canonici ejusdem ecclesiae pro futuri electione decani congregati vota sua nonnulli in honorabilem dominum Andream de Lapide, ac aliqui in honorabilem dominum Joannem de Veningen contulerunt, unde inter praefatos Joannem et Andream differentia suborta et lite coram reverendo in Christo patre, domino Reinhardo, episcopo Spirensi et ejus commissariis aliquamdiu agitata, nonnulli hujusmodi differentiam graviter ferentes zelo promoti praefatos contendentes, jam dicto episcopo Spirensi, seniori canonico capitulari ac capitulo consentientibus, ad viam tractatumque concordiae induxerunt, sicut uterque praefatorum contendentium duos capitulares canonicos deputaret, qui eosdem contendentes cum eorum scitu concordare temptarent, quod si efficere non valerent, iidem contendentes nos in quintum assumpserunt, ut illis duobus contendentibus dicta coram nobis statuta quilibet eorundem contendentium duos deputatos illam per nos institutam dietam accedere curaret nosque et quatuor deputati recepto et viso decreto statu etiam ecclesiae Spirensis et utriusque contendentium personis consideratis, quo modo differentiam hanc discuteremus, statuentes seu ordinantes unum ex duobus praefatis, Andream aut Joannem, in decanum, quem nos et per contendentes deputati aut major pars ex nobis, quemcunque congruentiorem seu aptiorem existimaremus, hic per praefatum Spirensem episcopum confirmandus ac per capitulum in decanum admittendus remaneret, prout haec omnia in effectum et alia in vulgari conscripta in literis desuper confectis ac praefatorum episcopi et capituli Spirensis ac utriusque contendentium et eorundem virorum, qui haec tractaverunt, sigillis appendentibus sigillatis plenius videntur contineri. Cumque quatuor deputati domini Johannes Flach, cantor, et Albertus Schenck per dominum Andream de Lapide et Sifridus de Veningen et Johannes Deisse per dominum Johannem de Veningen in hac causa cum scitu et voluntate eorundem contendentium concordiam inter eosdem reperire nequiverint nosque rogati et interpellati dietam, ut praefertur, instituentes visoque per nos et praefatos quatuor deputatos de-

creto electionis statuque ecclesiae Spirensis et utriusque contendentium personis consideratis aliisque juxta praefati tenorem tractatus peractis, comperimus illos quatuor deputatos non in unum ex duobus concorditer, sed quoslibet duos in eum, per quem deputati exstiterunt, sua vota conferre. Unde nobis, ut quinto assumpto, ex onere incumbit suscepto duobus per alterum contendentium deputatis condescendere sicque majorem constituere partem. Et ne memorata suborta differentia in ecclesiae dispendium divinique cultus detrimentum et personarum ecclesiae incommoda longius differatur, nos Fridericus episcopus Wormatiensis nonnullis animum causis nostrum moventibus bonoque ac pro respectu mentem nostram in vota dominorum Sigfridi de Veningen et Johannis Deisse deputatorum, per praefatum honorabilem Johannem de Veningen inclinamus et cum eisdem duobus Sigfrido de Veningen et Johanne Deisse deputatis majorem partem constituentes eundem dominum Johannem de Veningen in decanum ecclesiae Spirensis per reverendum patrem, dominum episcopum Spirensem confirmandum ac per capitulum recipiendum juxta tractatus memorati conscripti et sigillati tenorem ducimus et pronuntiamus. In quorum omnium fidem, robur et testimonium praesentes literas nostri jussimus sigilli appensione communiri. Datum Heidelberg sabbato post divisionem apostolorum, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

---

129. *Philipp abt zu Weissenburg stiftet mit der gemeinde zu Edesheim eine frühmesserei daselbst.* 1447 *mai* 25.

Wir Philips von Gotts gnaden abt des stiffts zu sanct Peter zu Wyssenburg sanct Benedicten ordens Spirer bistums, bekennen vnd tun kund ofenbare mit diesem briefe, dass wir mit hulff vnser vntertanen vnd lieben getreuen der kirchen geschwohren gemeinelich vnsers dorffs zu Odensheim in lob Gottes des allmechtigen ere vnd der konigin Mariae siner liben mutter, auch sanct Valtin, sanct Antonien, sanct Barbaren vnd alles himmlischen heres etlich jahrzahle her zusamen bracht vnd gekauft hant vff nemblichen liegenden gutheren vnd vnterpfanden ein jerlich gult vnd summe, die sich jerlich trifft ann drissig gulden gelts gemeynlicher vnd gewonlicher achtungen, in dem seelebuch der pfarrkirchen zu Odesheim eigentlich beschrieben, die wir gern verwendet vnd beste-

tigt hettent, ann die vorgeschrieben pfrunde vnd altare derselben pfrunden in der obgemelten pfarrkirchen gelegen, alss das ein frumesser desselben altars, dem dann selbich pfrunde zu zyten geliehen wirt, eins jeglichen jars alle wochen dry tag frumess morgens fur tag pflichtig vnd verbunden sy vnd syn soll zu tun, es wer dann, dass er merglicher vrsachen halb daran gehindert wurd vnd die nit getun mocht vngeverlichen, auch dass ein frumesser zu zyten, nach dem ennd dieselb pfrund bestetigt, ihme geliehen vnd er darin gesetzt vnd investirt wirt, nach vsgang der hernach geschrieben jare syn wonung vnd behusung vff derselben pfrunden hab dieselb besitz vnd besinge vnd einen pfarher, der zu zyten ist in der obgenannten pfarrkirchen mit singen, lessen vnd anderen geistlichen zulegungen hilffe vnd steuer tu, als dass in anderen pfarrkirchen recht vnd gewohnheit ist, auch vngeverlichen. Vnd vff dass dieselb pfrund in kunfftigen zyten an irer gulten vnd renten gemeret vnd nit gemindert werd, so haben wir fur, dass ein pfarher vnd kirchengeschworen der obgenannten pfarrkirchen solliche rente vnd gulten der obgemeldten pfrunden vffschepffen sollen ein jare zale, mit namen acht jare lang die nechsten, also doch dass die obgemeldten dry messen alle wochelichs davon bestalt, gelesen vnd das vbrig zusamen ingelegt vnd nach vsgang derselben jare ann mehr vnd andre gulten derselben pfrunden bewant vnd gekehret werden, damit vnd daran die pfrund habent vnd versorgt sy nach nothdurfft sunder alle geverd. Auch also were es, dass ein frumesser zu zyten derselben pfrunde daruff personlich nit sess vnd syn wonung het, alss fur vnterscheiden ist, dass alssdann die obgemeldten der pfarher vnd kirchengeschworen von allen derselben pfrunden renten, die dry frumessen zuvorus bestellen vnd das vberig vffhepffen sollen vnd an der pfrunden nutz bewenden, so lang vnd alss vil derselb frumesser davon ist, auch one geverde. Vnd wann nu wir ein mit vnsern vntertanen vorgenannten gefallens haben, nachdem wir selbe billich geneigt syn, Gottes lob vnd dienst zu mehren, so han wir fur vns vnd vnser nachkommen ebte vnsern gunst, willen vnd verhengnus zu stifftung vnd begebung der eegenannten frumess vnd pfrunde auch mit wissen, willen vnd verhengnus her Dielmans von Cassel, zu dieser zyt pfarher der eegenanten pfarkirchen, mit rechter wissen gegeben vnd geben auch also in crafft diss brieffs. Vnd heruff so baten

wir den wirdigen hern Vlrichen von Helmstat, lerer in geistlichen geschrieben rechten vnd dommprobst zu Spyre, dass er diese vorgeschrieben pfrunde von synes ambts wegen confirmiren vnd bestetigen wolle, wie das dann im rechten allerbest crafft vnd macht hat, besteen soll vnd mag, also doch dass die persone, der wir oder vnser nachkommen dieselb pfrunde zu zyten lyhen werden, vnd der lyhung wir auch vns vnd vnser nachkommen epten herin gutlichen behalten, die obgemeldten dry messen alle wochen, wochentlichs thu oder bestell getan werden, in massen alss vorunterscheiden ist, vsgescheiden alle argelist vnd geverde. Vnd vff das so haben wir dieselb obgenannte pfrunde geliehen vnd lyhen die mit diesem brieff dem erbern Michel Steckel, Snyders son von Landaw, durch gotteswillen vnd bitten mit ime vnd fur ine den obgenannten hern Vlrichen, domprobst oder synen official, wer dann darinn zu bitten ist, dass er in daruff bestetigen, investiren vnd ime zusagen wolle, was syner wirdigkeit darinn zu tun zugehoret vnd zugeburt inn rechten. Vnd des zu warem vrkund so haben wir Philips abt vorgenannt von vnsern vnd vnser vntertan der kirchengeschworen obgenannten wegen vnser aptyen ingesiegel tun hencken ann diesen brieff. Vnd ich der obgenannt Dilmanns von Kassel, pfarher der vorgenannten pfarrkirchen, bekenn mich auch offentlich ann diesem brieff, dass diese vorgeschrieben stifftung vnd begabung der obgemeldten pfrunden, wie davor clerlich begriffen ist, mit myn gutlich willen, wissen vnd verhengnus zu ist gangen vnd bescheen. Vnd hab des auch zu vrkund myn ingesiegel by des vorgenannten myns gnedigen herns von Wissenburg ingesiegel ann diesen brieff gehangen. Der geben ist, alss man zalt nach Christi gepurt tusent vierhundert vierzig vnd sieben jare vff sanct Vrbans tag des heiligen babstes.

---

130. *Ulrich von Helmstädt domprobst zu Speyer bestätiget die frühmesserei zur Liebenfrau in Edesheim.* 1447 *mai* 26.

Udalricus de Helmstat, decretorum doctor, praepositus ecclesiae Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes in universis nobis subjectis ecclesiis et piis locis divinum cultum nostris temporibus decenter et honeste, ut congruit, augeri et ad haec potissime nostra mens versatur et intentio,

Digitized by Google

ut personis divinis assidue insistentibus obsequiis pro suae sustentationis competentia congrue subministrentur facultates. Sane venerabilis in Christo pater et dominus, dominus Philippus abbas monasterii sancti Petri in Wyssenburg, ordinis sancti Benedicti, Spirensis dioecesis, nobis sua petitione monstravit, quod cum ipse cum assistentia plebani et juratorum parochialis ecclesiae villae Odensheim, sibi pleno jure directi dominii subjectae, nostri archidiaconatus, in honorem omnipotentis Dei beatissimaeque genitricis ejus Mariae virginis, sanctorum Anthonii, Valentini, Barbarae patronorum et omnium sanctorum, quoddam altare atque primariam in parochiali ecclesia praedicta construxissent instituissentque et propriis suis bonis et stipendiis adeo dotassent ac in dies dotare molirentur, quod capellanus propter ejusdem altaris sive beneficii ex fixis et firmis redditibus, in pecuniarum valore triginta florenorum auri Rhenensium bonorum legalium communi aestimatione annis singulis habere et de illis sustentari potest, et prout eadem subjungebat petitio, ipsi cupientes hujusmodi beneficii redditus in dies augeri, deliberassent fructus hujusmodi ad certos annos sequestrari, sic tamen, quod non minus missae legendae juxta tenorem suae iustitutionis ipsorum dominorum abbatis et plebani dietim annis singulis legerentur, prout et quemadmodum haec et alia in quadam litera institutionis ipsorum duorum abbatis et plebani impendentibus sigillis roborata, cui praesens nostra litera est transfixa, plenius dicebant contineri. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, quatinus ad erectionem et dotationem ejusdem beneficii sive altaris etiam nostrum consensum adhibere illudque ex officii debito confirmare et discretum Michaelem, filium dicti Swebel de Landau, clericum Spirensis dioecesis, nobis per praefatum dominum abbatem ut et tanquam ordinarium collatorem ejusdem et ad quem collatio seu jus praesentandi pleno jure pertinere dignoscitur, juxta ipsius institutionis literae vim, formam et tenorem praesentatum, investire et instituere ad illud dignaremur. Nos ipsius domini abbatis petitionem hujusmodi favorabiliter annuentes, praetactum altare sive beneficium modo et forma praemissis erectum dotatumque et institutum cum omnibus et singulis clausulis et capitulis in praesenti institutionis litera, cui praesens est transfixa, contentis atque descriptis, confirmandum et approbandum nostrumque consensum adhibendum et praefatum Michaelem de eodem investiendum duximus jure ple-

bani pro tempore dictae ecclesiae semper salvo ac confirmamus, approbamus, adhibemus et investimus per praesentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praetactae literae institutionis transfixum praesentibus duximus appendendum. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo feria sexta post dominicam Exaudi.

---

131. *Siegfried weihbischof von Mainz erlaubt den Paulinern auf dem Donnersberge den gottesdienst in der Marienkapelle zu Dannenfels abhalten zu dürfen. Mainz,* 1449 *jan.* 4.

Syfridus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Cerenensis, sacrae theologiae professor, reverendi in Christo patris et domini, domini Theoderici sanctae Moguntinae sedis archiepiscopi, in pontificalibus et spiritualibus vicarius generalis, religiosis viris, priori et fratribus montis tonitrui ordinis sancti Pauli pro tempore existentibus, Moguntinensis dioecesis, salutem in Domino sempiternam. Certis ex causis et rationabilibus animum nostrum ad hoc moventibus indulgemus ac concedimus per praesentes vobis, ut per aliquem ex vobis sacerdotem idoneum officiare possitis altare beatae Mariae semper virginis in castro Danfels, sito infra terminos parochiae Indagine, inhibentes omnibus inferioribus, ne quovis modo vos aut aliquem ex vobis in celebratione divinorum super praefato altari impedire praesumat. Mandantes nihilominus vobis et cuilibet vestrum pro tempore volenti divina celebrare in praefato altari, quatenus abstineatis tempore interdicti praefatae ecclesiae parochiali, nisi de hoc speciali sit indultum. De quo volumus, ut certificetur plebanus praefatae ecclesiae, quodque oblationes cottidianas secundum jus dispositionis plebano tradatis. Volumus denique praesens nostrum indultum tam diu et quousque durare, quo dominia praefati castri voluerit, nisi forte ex rationabili causa per nos aut successores nostros ex certa scientia hoc revocari contingat. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostri vicariatus officii praesentibus appendi fecimus. Datum Moguntiae anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, die vero quarta mensis januarii.

---

132. *Siegfried weihbischof von Mainz urkundet über zwei im jahre 1380 zu gunsten des klosters auf dem Donnersberge ausgestellte gnadenbriefe. Mainz, 1449.*

Syfridus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Cerenensis etc. Sciant omnes, quod nos literas domini Pilei cardinalis vidimus duas, nulla parte suspectas, quarum tenores sunt: Pileus miseratione divina etc. sanctae Praxedis presbyter cardinalis, ad infrascripta apostolica auctoritate suffultus, universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis salutem in Domino. Splendor paternae gloriae, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius majestate sperantium tunc praecipue pro favore prosequitur, cum devota eorum humilitas sanctorum precibus et meritis adjuvatur ac Christi fideles eo libentius ad devotionem confluent, quo ibidem uberius dono coelestis gratiae conspexerunt se refectos. Cum igitur dilectus nobis in Christo prior monasterii in monte Donrspurc ordinis sancti Pauli, primi heremitae, Moguntinensis dioecesis, ad dictum monasterium specialem gratiae affectationem et devotionem, prout accepimus nobisque humiliter supplicavit, ut pro devotione ipsius monasterii augmentanda specialia munera largiri dignaremur: nos devotis supplicationibus favorabiliter annuentes, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, meritis et auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictum monasterium in sollemnitatibus, videlicet nativitatis, resurrectionis et ascensionis Domini nostri Jesu Christi, penthecostes et in omnibus festivitatibus beatae Mariae virginis et sanctorum apostolorum et sanctorum quatuor doctorum Ambrosii, Augustini, Hieronimi et Gregorii, nec non patroni ac dedicationis dicti monasterii, devote visitaverint et manus ad fabricam ejusdem monasterii prorexerint adjutrices, unum annum de injunctis eis poenitentiis praelibata auctoritate nostra relaxamus. Datum Heydelberg Wormatiensis dioecesis VII. kal. octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani divina providentia papae VI. anno secundo. Wynandus. — Pileus miseratione divina etc. sanctae Praxedis presbyter cardinalis, ad infrascripta apostolica auctoritate suffultus, dilectis nobis in Christi priori et conventui fratrum sancti Pauli primi heremitae monasterii in monte Donrspurc ordinis sancti Augustini, Moguntinae dioecesis, salutem in Domino. Sincerae devotionis affectus, quem ad sanctissimum in Christo patrem,

dominum Urbanum, papam sextum, et Romanam ecclesiam ac personam nostram gerere vos percepimus, non indigne meretur, ut precationibus vestris, illis praesertim, quas ex devotionis sincerae prodire conspicimus et divini nominis laudem sapiunt, quantum commode possumus, favorabiliter annuimus. Vestris itaque supplicationibus inclinati, ut tempore generalis interdicti liceat vobis clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non compulsis campanis, missam et alia divina officia cum nota sollempniter decantare, dummodo causam non dederitis interdicto, nec id vobis contigerit specialiter interdici, devotioni vestrae auctoritate apostolica, qua fungimur, tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostri indulti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Heydelberg Wormatiensis dioecesis VII. kal. octobris, pontificatus praedicti domini nostri, domini Urbani papae VI. anno secundo. Wynandus. — In quorum fidem sigillum nostri vicariatus officii praesentibus appendi fecimus. Moguntiae anno a nativitate Domini MCCCCXLIX.

---

133. *Richard I. bischof zu Worms verkauft seinem domcapitel die hälfte des zehenten zu Freimersheim, womit ritter Friedrich von Montfort belehnt war. Ladenburg,* 1449 *april* 30.

Nos Reinhardus Dei et apostolicae sedis gratia epicopus Wormatiensis, notum facimus universis praesentes literas inspecturis et audituris etc. Cum alias reverendus in Christo pater et dominus, bonae memoriae dominus Joannes de Fleckenstein, episcopus Wormatiensis, praedecessor noster, strenuo quondam militi, Friderico de Montforth, quoddam feudum masculinum, videlicet medietatem decimae villae Friemersheim, Spirensis dioecesis, cui jus patronatus et advocatiae ecclesiae parochialis villae ejusdem annexum est, quod ab ipso domino Joanne episcopo et ecclesia Wormatiensi tenebat in feudum, licentiam concessisset pro sexcentis florenis Rhenensibus impignorandi, cum talibus pacto et conditione, si dictus Fridericus de Montforth aut sui haeredes dictam decimam seu feudum praefatum infra certum tempus, septem videlicet annorum, non redimerent et ab impignoratione et onere dictorum sexcentorum florenorum exonerarent,

Digitized by Google

eo ipso feudum hujusmodi ad ecclesiam Wormatiensem et episcopum pro tempore reversum censeri deberet, ita ut ad id jus dictus Fridericus et sui haeredes in perpetuum se de eo penitus intromittere aut etiam facultatem illud redimendi seu ad manus suas recipiendi habere non possent, neque deberent, sed episcopus Wormatiensis pro tempore illud ab illis, quibus impignoratum foret, redimere et ad manus suas et ecclesiae recipere illudque tanquam proprium ecclesiae retinere possit, prout in literis desuper confectis plenius continetur, dictus quondam Fridericus de Montforth praetextu concessionis et licentiae hujusmodi et juxta ipsius modum et formam dictam medietatem decimae villae Friemersheim cum omnibus et singulis annexis, juribus et libertatibus pro sexcentis florenis Rhenensibus certis laicis impignoravit ipsamque in manibus eorundem demisit longe ultra tempus constitutum absque eo, quod ipse vel sui haeredes illam seu feudum hujusmodi infra dictum tempus omnino, nec post usque ad tempora nostra redimerint seu exoneraverint adeo, ut ad nos et ecclesiam nostram potestas fuit et sit devoluta, illud a manibus dictorum laicorum, quibus oppignoratum fuerat, pro sexcentis florenis redimendi et tanquam in proprietatem ecclesiae nostrae, cessante per amplius feudo, redactum perpetuo veluti caetera propria bona ecclesiae non infeudata apud eandem ecclesiam conservandi et retinendi. Nos vero cupientes decimam hujusmodi de manibus laicorum hujusmodi, qui illam sic adhuc impignoratam detinebant, eripere nostraeque mensae episcopalis fructus et redditus per illam augmentare, ac considerantes hoc ipsum sine adjutorio et opera venerabilium nobis in Christo devotorum, decani et capituli ecclesiae nostrae, exiguitate facultatum mensae episcopalis praefatae faciente difficulter efficere posse, ideoque utrumque, quantum nobis possibile fuit, complecti et decimam hujusmodi ad ecclesiam nostram Wormatiensem ipsiusque venerabile capitulum reducere et conditionem etiam mensae episcopalis meliorem facere volentes omnibus melioribus modis, viis, formis et titulis, quibus potuimus: dictam medietatem decimae villae Friemersheim tanquam propriam et non feudalem et a quacunque alia impignoratione et submissione liberam, neque alio onere censuali vel servitiorum gravatam, sed ab omnibus hujusmodi per amplius immunem cum omnibus et singulis dependentiis, connexis et annexis juribus, libertatibus, privilegiis et consuetudinibus quibuscunque, nec non

omne jus et actionem nobis et ecclesiae nostrae in et ad eam quomodolibet competentem, in dictos decanum et capitulum, qui nobis praefatos sexcentos florenos Rhenenses, cum quibus redempta fuit dicta decima, nec non quingentos quinquaginta alios florenos Rhenenses, quos de eorum consilio in evidentem utilitatem mensae nostrae episcopalis convertimus, realiter et effectualiter exsolverunt, exbursarunt et in numerata pecunia tradiderunt, de quibus eosdem quittamus, liberamus et factum facimus expressum de eosdem amplius non petendo, transtulimus ipsisque eandem, ut permittitur, et illius veram, realem et actualem possessionem in perpetuum tradidimus, consignavimus et assignavimus, transferimus, tradimus, consignamus et assignamus. Jus denique patronatus ecclesiae parochialis dictae villae Friemersheim, etiamsi sub dictis translatione, traditione, consignatione et assignatione medietatis decimae cum suis annexis juribus et libertatibus non veniret, pure, libere et propter Deum eisdem decano et capitulo dedimus, donavimus et similiter in eosdem transtulimus, prout damus, donamus et transferimus per praesentes nos et mensam episcopalem nostram de hujusmodi medietate decimae ac jure patronatus dictae ecclesiae omnibusque juribus, privilegiis ac libertatibus suis et ad ea quomodolibet spectantibus penitus et omnimode exevendo, exonerando, ita ut nos aut successores nostri in antea perpetuis futuris temporibus illa redimere seu repetere, neque contractum hujusmodi, sive per viam supplicationis, sive restitutionis in integrum, aut aliam quamcunque viam rescindi facere, nec aliquam vel aliquas exceptionem vel exceptiones tam juris, quam facti adversus illum in judicio vel extra allegare non possimus, neque debeamus, quibus omnibus et singulis, ac si de verbo ad verbum et specifice hic positae fuissent ac ponerentur et praesertim juri dicenti renuntiationem generalem non valere, ex certa scientia nostra renuntiamus per praesentes, volentes, quod perpetuo et irrevocabiliter apud eosdem decanum et capitulum, seu etiam illum vel illos, in quem vel quos ulterius dicti decanus et capitulum illa quocunque titulo transferri vellent, remanere debeant atque illis uti et frui atque de illis libere agere, facere et disponere veluti cum caeteris suis propriis bonis absque nostra vel successorum nostrorum contradictione, oppositione seu intromissione quacunque. Insuper promisimus ac promittimus dictis decano et capitulo pro nobis et successoribus nostris bona fide

Digitized by Google

et sub obligatione bonorum praesentium ac futurorum et nostrorum mensae episcopalis nostrae, si et in quantum, quod absit, eosdem decanum et capitulum de et supra dictis medietate decimae, jure patronatus aut suis juribus et libertatibus in futurum molestari, turbari, impediri aut inquietari contingeret, eo praetextu aliquis aut aliqui praetendere vellent seu praetenderent, hujusmodi medietatem decimae cum suis pertinentiis ac jure patronatus adhuc esse feudalem seu impignoratam, censualem aut aliunde oneratam, nos et successores nostri eosdem decanum et capitulum expensis nostris tuebimur et defendimus ac faciemus, quod in sua pacifica possessione manere et illa uti et gaudere possint, relevabimusque eosdem ab omni onere expensarum et damnorum, si quos propterea pati et subire contingeret. Et si, quod avertat Deus, hujusmodi medietatem decimae ab eisdem decano et capitulo evinci contingeret, restituemus iisdem infra unius anni proxime subsequentis hujusmodi evictionem spatium praefatos mille centum quinquaginta florenos, quos nobis tradiderunt, ipsique nobis jus et actionem in et ad eandem, quae in ipsos transtulimus, renuntiabunt et restituent in praemissis omnibus et singulis, dolo et fraude penitus et omnino seclusis et semotis. In quorum omnium fidem et testimonium ac robur perpetuum praesentes nostras literas per secretarium nostrum subscriptas et sigilli nostri appensione munitas dictis decano et capitulo duximus consignandas et consignamus. Datum in oppido nostro Laudenburg in profesto sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

---

134. *Nicolaus V. pabst beauftragt den bischof Reinhard zu Speyer die verhältnisse wegen der fastenspeisen im Wirtembergischen zu untersuchen. Rom,* 1450 *mai* 29.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Spirensi salutem et apostolicam benedictionem. Sedis apostolicae circumspecta benignitas circa concessionum gratias, in quibus frequenter multorum voces exaudit, illam sibi providentiam reservare intendit, ut aliis materia scandali exinde non oriatur et propterea nonnunquam per eam concessa, quae aliquatenus ad malum exemplum aliorum seu dispendium tendere videntur, cessari, irritari et annullari mandat, aliasque circa illa ordinari et disponi facit, prout id conspicit

in Domino salubriter expedire. Sane dudum nobis pro parte dilectorum filiorum, nobilium virorum comitum de Wirtemberg ac utriusque sexus liberorum et suorum subditorum exposito, quod ipsi et eorum antecessores pro majori credebatur parte et a tanto tempore, de cujus contrario in memoria hominum non existebat, propter olei, olivarum et piscium carentiam, vicinarum partium exemplo, quae hoc, ut etiam credebatur, ex privilegio sedis praedictae facere poterant in quadragesima et aliis diebus jejunii lacticiniis vesci et ea commedere consueverant, prout commedebant et vescebantur, quodque comites, liberi et subditi hujusmodi sibi de praemissis faciebant conscientiam, nisi eis super hoc per sedem apostolicam licentia concederetur. Nosque tunc eorundem comitum supplicationibus inclinati, comites, liberos et subditos quoscunque praesentes et futuros ac aliorum antecessorum ab excessibus per eos occasione hujusmodi quomodolibet commissis auctoritate apostolica absolvimus et absolutos reddidimus ipsisque, ut carentia sive penuria olei vel piscium hujusmodi durantibus, diebus praedictis, in quibus ab ecclesia jejunia essent indicta, lacticiniis vesci et uti libere et licite valerent, constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, per alias nostras literas concessimus, prout in eisdem literis plenius continetur. Et deinde, sicut ex fide dignorum relatione intelleximus, consuetudo praedicta praedictos comites eorumque liberos et subditos minime servari, neque ex privilegio dictae sedis id fecerint sintque in partibus illis pisces in bona competentia habeaturque ibidem oleum, sicut aliae partes vicinae habere consueverunt, dominium quoque dictorum dominorum se ad plures dioeceses extendat quodque ex hujusmodi concessione Christi fideles viam, occasionem capiunt mali exempli, publice etiam in tabernis caseos et lacticinia hujusmodi absque verecundia commedendo, unus alium ad id faciendum provocando et ostendendo, pecuniarum quoque non moderatas quantitates per hoc a subditis praedictis extortas, nec non plurima alia scandala inter Christi fideles partium illarum propterea suscitata fuisse atque fore in perniciosum exemplum fidelium eorundem. Nos igitur, qui inhaerentes vestigiis sanctorum patrum jejunia ab ecclesia instituta servari volumus, de praemissis tamen notitiam non habentes, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus de praemissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis in universis auctoritate nostra te diligenter

informes et si per informationem hujusmodi repereris praemissa fore vera, concessionem commedendi et vescendi lacticinia hujusmodi, eadem auctoritate nostra casses, revoces et annulles et nihilominus comitibus et subditis praedictis et aliis quibuscunque sub excommunicationis poena districte praecipiendo dicta auctoritate nostra inhibeas, ne de caetero praedictae vel alterius cujuscunque concessionis vigore temporibus ab ecclesia praehibitis et praesertim quadragesimalibus et aliis jejuniorum diebus lacticinia commedant seu illa vescantur aut quomodolibet illis utantur, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo ac si comitibus, liberis et subditis praedictis vel omnibus aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo, quarto kal. junii, pontificatus nostri anno quarto.

---

135. *Nicolaus V. pabst beauftragt den bischof Reinhard zu Speyer eine gewisse testamentsklage zu untersuchen und zu entscheiden. Fabriani,* 1450 *aug.* 8.

Nicolaus papa quintus. — Venerabilis frater! Salutem et apostolicam benedictionem. Relatum nobis est, quandam causam testamentariam per nos certis ex causis ad instantiam dilectorum filiorum, Ulrici Kirchher presbyteri et Ludovici Holtzing, laici contra dilectam in Christo filiam, Elizabetham Bilongin viduam tuae dioecesis, in audentia sacri nostri palatii commissam, noviter per carissimum in Christo filium nostrum, Fridericum Romanorum regem illustrem, de consensu partium fraternitati tuae commissam fuisse audiendam, decidendam et fine debito terminandam. Et quia fraternitas tua de ipsa causa commodius et rectius in partibus informari quam quisquam in Romana curia poterit, contentamur et placet nobis, ut non obstante commissione per nos, ut praemittitur, facta, si partes consentiant et consensus partium interveniat, causam praedictam audias ipsamque fine debito infra unum annum termines et decidas rectam justitiam hinc-inde partibus ministrando. Datum Fabriani Camariensis dioecesis sub annulo piscatoris, die octavo mensis augusti, ponti-

ficatus nostri anno quarto. Venerabili fratri episcopo Spirensi. Joh. aurisp.

---

136. *Nicolaus V. pabst ertheilt dem domcapitel zu Speyer die Befugniss den pfarrvicar zu Esslingen nach belieben anzustellen. Fabrian,* 1450 *aug.* 13.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea, per quae personarum praesertim cathedralium et insignium ecclesiarum obsequiis pro tempore dedictarum omnium honori consulitur ac ex illius exhibitione beneficiis ecclesiasticis curam animarum habentibus utiliter et salubriter providetur, ex injuncto nobis desuper apostolicae servitutis officio libenter intendimus illaque favoribus, quantum cum Deo possumus, prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum, praepositi, decani et capituli ecclesiae Spirensis petitio continebat, quod ipsi, qui ad parochialem ecclesiam in Esselingen, Constantiensis dioecesis, singularem gerunt devotionis affectum et ad quos praesentatio personae idoneae ad ipsius parochialis ecclesiae perpetuam vicariam, dum vacat, de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertinere dignoscitur, provide considerant, quod si obtinens pro tempore vicariam eandem, cui magna parochianorum ejusdem ecclesiae animarum cura imminet, ad nutum praepositi, decani et capituli praefatorum amoveri et alius ejus loco praesentari possent, exinde praefatus praepositus, decanus et capitulum circa ejusdem parochialis ecclesiae statum salubrem ac curam animarum hujusmodi laudabiliter exercendam attentiores procul dubio redderentur ipseque obtinens pro tempore vicariam praefatam ad debita illius ratione eidem parochiali ecclesiae praestanda obsequia curaeque hujusmodi exercitium utiliter persolvendum, etiam metu amotionis hujusmodi se diligentiorem, prout verisimiliter praesumi potest, continuo adhiberet. Quare pro parte dictorum exponentium nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica ex certa scientia tenore praesentium statuimus, decernimus et ordinamus, quod cedente vel decedente moderno vicario ipsius parochialis ecclesiae, aut alias illam quomodolibet dimittente, praepositus et decanus, pro tempore existentes, nec non ca-

pitulum praefatae Spirensis ecclesiae ex tunc in antea perpetuis futuris temporibus, quotiens eis placuerit, ad eorum nutum et pro suae voluntatis libito personam, vicariam hujusmodi pro tempore obtinentem, a vicaria ipsa etiam absque rationabili causa realiter amovere ac loco cujuslibet pro tempore amotae personae praedictae quamlibet aliam personam idoneam episcopo Constantiensi pro tempore existenti praesentare libere et licite possint, quodque idem episcopus quamlibet personam ei etiam loco cujuslibet pro tempore amotae personae hujusmodi pro tempore praesentandam, si illam ad id idoneam fore repererit, quotiens ei praesentationem hujusmodi fieri contigerit, instituere teneatur et debeat, decernentes etiam ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari praesentibus perpetuo futuris temporibus valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, constitutionis et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Fabriani Camerinensis dioecesis, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo, idus augusti, pontificatus nostri anno quarto.

---

137. *Heinrich Holzapfel von Herxheim sendet dem bischofe Reinhard zu Speyer einen fehdebrief.* 1450 *sept.* 22.

Dem erwurdigen herren Reinhart, bischoff zu Spire, lasse ich Heinrich Holtzapffel von Hergssheim wissen, das ich uwer vnd aller der uwern, sie sint geistlich oder weltlich, fyent sin wil, vmb das uwer amptlute vnd armen lute gein Lindelbol vor mich gezogen sint vnd mir vnd den mynen vnderstanden lip vnd gut anzugewynnen vnherfolget vnd vnbewart, das ich von uch noch den uwern nit warten gewest bin vnd auch vmb ander myne zusprache, die ich an uch han. Vnd wie sich semlich fyentschafft machen worde, es sy mit brant, tag oder nacht, wil ich myn ere gein uch vnd allen den uwern in obgeschener masse bewart han mit diesem myn vffen brieff. Geben vnd versiegelt mit myn ingetruckten ingesiegel vff dinstag nach sant Matheus tag anno Domini MCCCCL.

---

138. *Heinrich vom Steinhause sendet dem bischofe Reinhard zu Speyer einen fehdebrief.* 1450 *nov.* 5.

Dem erwurdigen in Got vatter, herrn Reinhart, bischoff zu Spire, lasse ich Heinrich vom Steinhuse wissen. Als ich vormals mit uwern gnaden geret han, das uwer diener vnd knechte vff mich hetten gehalten vnd mir vnderstanden lip vnd gut anzugewynnen, indem ich des nit wartende vnd vnbesorgt von yne war. Ich redt auch mit uwern gnaden von myns knechts wegen, den ir vnd die uwern mir abgefangen hattent, den ich doch mit recht von uch bringen muste vnd mich desshalb zu grossem costen vnd schaden brachte. Darnach so haben Hans von Helmstad, amptman zu Luterburg, myn stieffvatter vnd andere uwer dienere vnd knechte mit etlichen uwer armen luten aber vff mich gehalten vnd mir vnderstanden lip vnd gut anzugewynnen vnd mich zu ermorden, alles in dem ich semlichs von uwern gnaden noch yne nit erwartende vnd vnbesorget gewest bin. Darzu so ist der vorgenannte Hans von Helmstad itzunt kurtzlichen vff frytag nach sant Lucas tage nehstvergangen mit andern uwern dienern vnd knechten myn vint worden vmb solichen zugriff vnd date, so ich in synem ampte getan sol haben, derselben sach ich doch kein heuptman bin, noch die heuptlute auch nit enthalten han vnd vnderstent, mir aber lip vnd gut anzugewynnen vnd mich zu ermorden vnd beschicht sollichs alles vsser uwer stieffts stetten, slossen, lande vnd gebiete vnd mit uwer vnd uwers stieffts costen, hulffe vnd bystant, des ich doch uwern gnaden yne zugestatden solichs zu tunde nit getruwet hette. Vnd dwile ich nu semlichs von uwern gnaden vnd den uwern ye wartende vnd in sorgen muss sin, so will ich darumb uwer vnd uwers stieffts vnd aller der uwern vnd aller uwer vnderthan vnd hindersessen, geistlicher vnd weltlicher, vnd aller der, die uwer gnaden zum entwurten stent, offen widdersagt fynt sin vnd wie sich auch solliche fintschafft machen wurt, es sy mit nachtbrande oder im wellichen weg das wolle, nutzit vssgenommen. Des will ich myn ere mit diesem mym offen brieff bewart haben. Geben vnter mynem ingetruckten ingesigel vff donrstag nach Allerheiligen dag, anno Domini MCCCCL.

139. *Heinrichs vom Steinhause helfer senden dem bischofe Reinhard zu Speyer ihren fehdebrief.* 1450 *nov.* 5.

Dem erwurdigen in Gott vatter vnd herren, hern Reinharten, byschoff zu Spire, lassen wir diese hie nachgeschriben wissen, mit namen Heintz Spannagel von Hockenheym, Hans von Ychenheym, Ott Blibener von Hagenawe vnd Peter Meissche von Nossdorff. Als der veste juncher, Heinrich vom Steinhuse, vnser lieber juncher, uwer vnd uwers stiefftes vint worden ist, nach inhalt sins brieffs, das wir da desselben egenannten vnsers lieben juncher helffer vnd in sinem frieden vnd vnfrieden wollent sin. Vnd wir wollent uwer vnd uwers stieffts vnd aller der uwer vnd die uch zu versprechen vnd zu verantwurten stent, offen widdersagt vinde sin, vnd wie sich auch solich fintschafft machen wurt, es sy in welichem weg das wolle, des wollent wir vnser ere gewart haben mit diesem vnserm offen brieff, versiegelt mit mynem des egenannten Heintz Spannagels ingetrucktem ingesiegel, des wir die andern mit ym gebruchen. Geben vff donrstag nach Allerheiligen dage, anno Domini MCCCCL.

---

140. *Blicker abt zu Hornbach bezeugt vom bischofe Reinhard zu Speyer belehnt worden zu seyn.* 1450 *nov.* 30.

Nos Blikerus, abbas monasterii in Hornbach, ordinis sancti Benedicti, Metensis dioecesis, tenore praesentium recognoscimus et profitemur, quod nos a reverendo in Christo fratre et domino, domino Reinhardo episcopo Spirensi, domino nostro gratioso, nomine monasterii nostri praedicti, in feodum recepimus et tenemus ejusdem monasterii jura, jurisdictiones, sylvas, nemora, prata et alia diversa bona, regalia et temporalia, sibi sub juramento assignanda, prout etiam eadem a dicto domino nostro et ecclesia sua Spirensi in feodum dependere dinoscantur et de quibus abbas dicti monasterii nostri, qui pro tempore fuerit, postquam in eodem monasterio fuerit confirmatus per episcopum Spirensem, qui etiam pro tempore fuerit, nomine dicti monasterii consuevit feudaliter investiri, praestito sibi a nobis super hoc homagio seu fidelitatis solito juramento. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, feria sexta ipso die Andreae apostoli.

141. *Reinhard bischof zu Speyer einverleibt die pfarrei Hefingen der bruderschaft und dem predigeramte der stiftskirche zu Stuttgart. Speyer,* 1451 *aug.* 14.

Reinhardus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii cura nos sollicitat, ut mentis nostrae oculos ad ea dirigamus, per quae ecclesiarum et monasteriorum aliorumque piorum locorum defectus et restaurationes reparentur. Cum itaque pro parte nobilium et generosorum virorum, dominorum quondam bonae memoriae domini Ludovici et Ulrici moderni, fratrum comitum de Wirtemberg, fuimus per certas ipsorum literas informati, quod ipsi Spiritus sancti amore ducti ecclesiam parochialem in Hefingen nostrae dioecesis, quae de jure patronatus ipsorum dominorum comitum existit, fraternitati „Salve regina“ et officio praedicaturae ecclesiae collegiatae in Stugkardia Constantiensis dioecesis, vacans de praesenti per obitum quondam Johannis Renner extra Romanam curiam defuncti, ultimi et novissimi possessoris ejusdem cum omnibus juribus et pertinentiis suis dictae fraternitati et officio praedicaturae et omne jus ipsis in dicta ecclesia competens assignarunt et contribuerunt, prout hoc in supradictis literis plenius vidimus contineri. Quare pro parte praefatorum dominorum comitum fuimus requisiti, quatenus praedictam ecclesiam in Hefingen praefatae fraternitati et officio praedicaturae ecclesiae collegiatae supradictae in Stugkardia ad effectum praemissum unire, incorporare et annectere auctoritate ordinaria dignaremur. Nos igitur requisitionem dictorum dominorum comitum annuentes et pium ipsorum propositum considerantes praedictam ecclesiam parochialem in Hefingen cum universis et singulis ipsius ecclesiae fructibus, proventibus, juribus et obventiis supradictae fraternitati et officio praedicaturae de consensu et voluntate capituli ecclesiae nostrae ac licentia et permissione venerabilis viri, domini Sigfridi de Veningen, praepositi ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis, qui pro tempore ad ipsam ecclesiam in Hefingen, pro tempore vacationis investituram habet, auctoritate nostra ordinaria perpetuo duximus uniendam, annectendam et incorporandam ac unimus, annectimus et incoporamus per praesentes. Si quod ex nunc et in antea liceat dictae fraternitati et officio praedicaturae dictae ecclesiae collegiatae in Stugkardia per se vel per alium seu alios eorundem nomine corporalem possessionem ipsius ecclesiae in Hefingen, ut prae-

mittitur, vacantem auctoritate propria libere apprehendere illiusque fructus, redditus et proventus hujusmodi in suos usus et utilitatem convertere et perpetuo unire, nulla alia nostra vel praepositi praedicti aut nostrorum vel suorum successorum licentia vel consensu requisitis vel habitis, hoc tamen modo, quod de fructibus, redditibus et proventibus ecclesiae hujusmodi pro perpetuo vicario in ea pro tempore vacationis instituendo congrua et competens, per nos vel successores, si opus fuerit, moderanda reservetur portia, de qua commode sustentari, hospitalitatem tenere, jura papalia, legatorum sedis apostolicae, regalia, archiepiscopalia, episcopalia et archidiaconalia, contributiones et subsidia solvere et alia praefatae ecclesiae incumbentia onera supportari queat atque valeat, prout eandem per praesentes reservamus, ut ecclesia praedicta non fraudetur obsequiis divinis et animarum cura in eadem nullatenus negligatur, nec volumus per hanc nostram incorporationem praefatam ecclesiam rectorem seu plebanum in Hefingen a nostra subjectione eximere, sed nobis et nostris vicariis et officialibus in visitationibus et in quibuscunque aliis esse subjectum et obedientem. Volumus etiam et reservamus, quod dicta fraternitas et officium praedicaturae in signum subjectionis propter incorporationem hujusmodi ecclesiae annuatim in festo assumptionis gloriosissimae beatae Mariae virginis ecclesiae nostrae cathedrali Spirensi duas libras cerae persolvere tenebuntur et debent, qualibet vice sine contradictione, prout hoc facere promiserant. In cujus rei evidentiam sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Nosque Joannes de Veningen decanus totumque capitulum, ac ego Syfridus de Veningen, praepositus sanctae Trinitatis ecclesiarum Spirensium superius nominati, fatemur et publice per praesentes omnia et singula supradicta de nostris bona voluntate et consensu expresso adhibito unanimiter facta esse, unde dicti capituli et praepositurae sigilla ad sigillum reverendi in Christo patris et domini, domini Reinhardi episcopi Spirensis, praedicti domini nostri gratiosi, coappendi fecimus in testimonium praemissorum. Datum Spirae anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo in vigilia assumptionis beatissimae et gloriosissimae virginis praedictae.

142. *Nicolaus cardinal ertheilt dem kloster Höningen einen ablass. Mainz,* 1451 *nov.* 25.

Nicolaus miseratione divina sancti Petri ad vincula sacrosanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis, apostolicae sedis per Alemaniam legatus, universis et singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Splendor paternae gloriae, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima majestate et misericordia sperantium, tunc praecipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii canonicorum regularium in Hagene, ordinis sancti Augustini, Wormatiensis dioecesis, quae in honore sancti Petri apostoli dedicata existat, congruis honoribus frequentetur fidelesque ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, quo inibi dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, meritis et auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, resurrectionis, ascensionis et corporis Domini nostri Jesu Christi, penthecostes, nec non nativitatis, purificationis, annuntiationis assumptionisque beatae Mariae virginis et nativitatis beati Johannis baptistae, dictorumque Petri et Pauli apostolorum ac ipsius ecclesiae dedicationis et patroni festivitatibus, celebritate quoque omnium sanctorum eandem ecclesiam devote visitaverint et divinis interfuerint ibidem atque de bonis sibi a Deo collatis pro ejusdem ecclesiae structura et ipsius ornamentorum augmento et reparatione manus porrexerint adjutrices, centum dies de injunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus praesentibus perpetuo duraturis. Datum Moguntiae sub nostro sigillo die Jovis vicesima quinta mensis novembris, anno a nativitatis die millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Dei Nicolai divina providentia papae quinti anno quinto.

---

143. *Der official des domprobstes zu Speyer weiset den dechanten zu Schwegenheim an die amtseinführung des neuen pfarrers von Edesheim zu verkünden.* 1453 *oct.* 19.

Officialis domini praepositi ecclesiae Spirensis decano in Swechenheim salutem in Domino. Veniens ad nos districtus

vir, dominus* Jacobus Liesch, professus monasterii sancti Petri clericus, nobis humiliter supplicavit, quod cum ipse ad rectoriam ecclesiae parochialis villae Odensheim vacantem ad praesens per liberam resignationem domini Tielmanni, ultimi ejusdem possessoris, per reverendum patrem et dominum, dominum Philippum Dei gratia abbatem monasterii sancti Petri in Wissenburg etc., ad quem collatio sive jus praesentationis ad eandem, dum vacat, dinoscitur pertinere, pleno jure nobis praesentatus existat, quatenus ipsum investiremus et institueremus de eadem: nos dictum apostoli dicentis: „Neminem cito manus imponas," ex abrupto attendentes, vobis decano praedicto mandamus, quatenus per vos vel alium villam antedictam accederitis et in ecclesia parochiali ibidem proclamantes publice et peremtorie citetis omnes et singulos, quorum interest aut qui sua interesse crediderint, ut feria quarta proxima post festum sanctorum Symonis et Judae apostolorum hora primarum coram nobis compareant de suo jure et interesse docturi aut alias se dicto praesentato opposituri cum intimatione, quod, sive comparuerint sive non, nos nichilominus in hujusmodi investiturae negotio, quod justum fuerit, faciemus. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, feria sexta post festum sancti Galli abbatis.

---

144. *Reinhard bischof zu Speyer belehnt den abt Blicker von Hornbach mit den besitzungen und rechten dieser abtei. Udenheim,* 1453 *nov.* 30.

Reinhardus Dei gratia episcopus Spirensis tenore praesentium notum facimus universis, quod veniens ad nos venerabilis et religiosus Blickerus, abbas monasterii in Hornbach, ordinis sancti Benedicti, Metensis dioecesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum monasterium suum praedictum jura, jurisdictiones, silvas, nemora et prata ac diversa bona regalia et temporalia nobis sub juramento designata, a nobis et ecclesia nostra in feodum habere dignoscitur, de quibus abbas, qui pro tempore fuerit confirmatus, nomine monasterii sui praedicti ab episcopo Spirensi, qui tunc pro tempore fuerit, feodaliter consuevit investiri, quatenus ipsum de eisdem bonis more solito investire favorabiliter dignaremur. Nos igitur precibus ejusdem abbatis tanquam rationabilibus annuentes, ipsum de bonis praefatis, sicut et prout potuimus et debuimus, investivimus, in-

feodavimus, praestito nobis ab eo super hoc homagio fidelitatis solito juramento. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus jussimus appendendum. Datum Udenheim feria sexta ipso die beati Andreae apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

---

145. *Reinhard bischof zu Speyer ernennt seinen vetter Reinhard von Helmstädt zum dortigen domsänger. Udenheim,* 1453 *dec.* 1.

Reinhardus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis, venerabilibus et circumspectis viris, dominis decano et capitulo ecclesiae nostrae Spirensis, salutem ac sinceram in Domino caritatem. Vacante pridem cantoria ecclesiae nostrae praefatae per mortem seu liberam resignationem quondam Johannis Flach de Schwartzenberg, ultimi ejusdem possessoris, cujus collatio, provisio, praesentatio et quaevis alia dispositio ad nos, ut episcopum Spirensem, spectare et pertinere dignoscitur plenarie, venerabilis et egregius vir, magister Job zum Riet, legum doctor, eandem cantoriam vigore quarundam literarum apostolicarum sibi per sanctissimum dominum nostrum, papam modernum, certis modo et forma factis acceptavit, sibique de eadem obtinuit provideri, ipsasque literas apostolicas, nec non processus desuper fulminatos ac etiam acceptationis et provisionis instrumentum hujusmodi nobis insinuavit, nos quatenus ipsum ad cantoriam ipsam admittere sibique possessionem ipsius realem et actualem tradere et assignare dignaremur, instanter requirens. Nos autem, visis primitus per nos tam ipsis literis apostolicis, nec non processibus, quam etiam acceptationis et provisionis instrumentis ac habita desuper deliberatione matura, volentes mandatis apostolicis in hac parte reverenter obedire, ut tenemur, eundem magistrum Job coram nobis personaliter constitutum et id humiliter petentem ad cantoriam eandem omneque jus sibi in eadem competens ipsiusque possessionem realem et actualem admittere duximus et admisimus, possessionem ejusdem, quantum in nobis fuit, assignantes. Postmodum vero anno et die subnotatis constitutus coram nobis idem magister Job certis, justis et rationabilibus causis, ipsum ad hoc, ut asseruit, moventibus, dictam cantoriam ac omne jus sibi in eadem quolibet competens ad manus nostras pure, sponte et impliciter omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus potuit ac debuit, resignavit penitus cedendo

eidem et renuntiando. Qua quidem, ut sic per nos auctoritate ordinaria recepta et admissa resignatione, honorabilis in Christo nobis dilectus Reinhardus de Helmstat, canonicus capitularis dictae nostrae ecclesiae Spirensis, coram nobis flexis genibus constitutus humiliter supplicavit, quatenus eandam cantoriam, sicut praemittitur aut alias qualitercunque vacantem, sibi conferre et de eadem providere ac ipsum ad eandem instituere et investire dignaremur. Nos igitur Reinhardus, episcopus praefatus, piis votis et devotis supplicationibus dicti Reinhardi inclinati, dictam cantoriam, sicut praemittitur aut alias qualitercunque vacantem, eidem Reinhardo cum omnibus jure et pertinentiis suis contulimus et assignavimus sibique de eadem providimus ac ad eandem per annuli traditionem investivimus et instituimus, atque conferimus, assignamus, providemus, investimus et instituimus per praesentes. Quae omnia et singula vobis et cuilibet vestrum intimamus, insinuamus et notificamus ac ad vestram et cujuslibet vestrum notitiam dedimus per praesentes, nichilominus vobis omnibus et singulis in virtute sanctae obedientiae mandamus et praecipimus, quatenus eundem Reinhardum in dictae ecclesiae nostrae cantorem recipiatis et admittatis, sibique de omnibus et singulis ejusdem cantoriae fructibus, redditus, juribus et obventionibus universis integre respondeatis ac ab aliis, quantum in vobis fuerit, faciatis plenarie et cum effectu responderi, stallum sibi in choro, ut moris est, cum plenitudine juris cathedralis assignando, salvis in hiis omnibus sollempnitatibus debitis et consuetis, harum sub nostri sigilli appensione testimonio literarum. Datum in castro nostro Udenheim, anno Domini millesimo quadringentesimo tertio, prima die mensis decembris.

---

146. *Reinhard bischof zu Speyer vereiniget die pfründe in der dortigen St. Alexius capelle mit der dechanei zu Allerheiligen. Speyer,* 1454 *märz* 28.

Reinhardus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. Inter sollicitudines varias, quibus assidue premimur, illa potissime pulsat et excitat mentem nostram, ut circa statum ecclesiarum, quarum nobis cura imminet generalis, prospere dirigendum, ne forte defectum temporalium in spiritualibus detrimenta sustineant, quantum nobis ab alto permittitur, salubriter providere curemus.

Sane pro parte honorabilis et devoti Conradi de Bergen, in decretis licentiati, decani ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis, fidelis nostri dilecti et in spiritualibus vicarii, nobis fuit expositum, qualiter decanatus ipsius ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis in fructibus, redditibus et proventibus suis ita exilis et tenuis existat, cui etiam decanatui cura animarum, regimen personarum eidem ecclesiae deservientium et ut regularis chori disciplina ibidem servetur, immineat, quod de supradictis fructibus et redditibus statum congruentem observare condecenterque vivere et honeste sustentari non queat, neque valeat, adducens si perpetuum beneficium capellae sancti Alexii in suburbio Spirensi situm, ad collationem seu praesentationem decani ecclesiae sanctae Trinitatis praedictae pro tempore existentis pleno jure spectans, dicto decanatui uniretur, annecteretur et incorporaretur, posse decanatui supradicto quoad inopiae relevamen non modicum et locupletius provideri. Quare nobis supradictus dominus Conradus humiliter supplicavit, quatenus dictum beneficium sancti Alexii cum omnibus et singulis juribus, redditibus, fructibus et obventionibus dicto decanatui unire, annectere et incorporare dignaremur. Nos igitur supplicationibus ipsius domini Conradi decani favorabiliter annuentes et statui dicti decanatus providere volentes, attendentes etiam, ut fide digna relatione percepimus, quod propter desidiam et negligentiam dictum beneficium hactenus possidentium in divino obsequio et redditibus ipsum ut plurimum destitutum fore: quapropter dictum beneficium capellae sancti Alexii cum universis et singulis fructibus, proventibus, juribus et obventionibus dicto decanatui ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis de consensu et voluntate venerabilis viri, domini (Ulrici) de Helmstat, juris canonici doctoris, ecclesiae nostrae Spirensis praepositi, consanguinei nostri dilecti procuratoris, pro nunc in remoto et extra dioecesim nostram degentis, qui praepositus et pro tempore existens tempore vacationis ad ipsum beneficium instituere habet, perpetuo duximus uniendum, annectendum et incorporandum per praesentes, sic tamen, quod quicunque decanus pro tempore existens dicta in capella sancti Alexii per se vel aliam idoneam personam duas missas qualibet in hebdomada legi et celebrari procuret qualibet sine contradictione, quarum missarum si aliqua obmissa legitimo cessante impedimento et temerarie neglecta sit in aliqua hebdomadarum, in alia sequenti hebdomada eandem ut sic neglectam missam complere teneatur,

Digitized by Google

quod si non fecerit, poenam duorum solidorum denariorum pro qualibet neglecta missa realiter et cum effectu exsolvere debeat et astrictus sit, unum solidum denariorum pro fabrica et reliquum pro utilitate communis praesentiae ecclesiae sanctae Trinitatis praedictae persolvendos, super quo conscientias quorumlibet videlicet decani, procuratoris fabricae et praesentiae pro tempore existentium volumus onerari. Ad quae etiam facienda supradictus dominus decanus pro se et suis successoribus obligavit se et ob hoc liceat ipsi domino Conrado decano per se vel per alium seu alios corporalem, realem, actualem et personalem possessionem post cessum vel decessum moderni ipsius beneficii possessoris auctoritate propria libere apprehendere illiusque fructus, redditus et proventus in usum et augmentum ipsius decanatus ac decani sustentationem, sublevationem convenientem, nulla alia nostri vel praepositi vel successorum nostrorum licentia vel consensu requisitis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Acta sunt haec Spirae, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, feria quinta post dominicam Oculi, praesentibus ibidem honorabilibus et discretis magistro Rugkero de Luterburg, sacrae theologiae professore, canonico majoris, Jacobo de Bruchsella, decano sancti Germani ecclesiarum Spirensium et Johanne Hebenstrid, secretario nostro ac fidelibus nostris dilectis.

---

147. *Reinhard bischof zu Speyer giebt den chorherren zu Herd eine neue ordnung.* 1454 *aug.* 6.

Reinhart von Gotts gnaden bischoff zu Spire, zu zukunfftiger gedechtenis. Wann vns geburt bischofflicher versorgnis halb, das wurdige closter vnd stiffte vnser lieben frauwen zu Herde canonicorum regularium vnsers bisthumes zu versorgen. Dwile vns nu vorkompt tegelichen, das der selbe stiffte in geistlichem leben vnd zytlicher narunge vil beswerniss vnd abegangs lydt vnd nymt vnd sint in sorgen, das er in zukunfftigen zyten in gross vnd me beswerniss komen mochte, den wir als ein ordinarius begegen vnd vffhalten wollen nach vnsere vermogunge mit der hilffe Gotts, auch mit rat vnd bewilligunge des wurdigen heren, heren Heinrichs von Mulhofen, probst vnd ersamen prior vnd capittel des obgenanten closters, Gott zu lobe, vnsern lieben frauwen zu eren, zu meren Gottes dienste vnd auch heile der selen

der obgemelten heren, auch versehonge der zytlichen naronge desselben stiffts, dise hienach geschribenen artikeln mit rate gelerter lute zu einer besseronge orden wir vnd setzen. Zum ersten orden vnd setzen, das eyme probst, dem da sint die selen vnd auch gewissen der heren vnd vnderthanen bevohlen, durch des fliss vnd ernste vil gutes geschicht vnd auch tragheit vnd verlassenkeit vil wirt versumet, das der sich fliss, wann es aber gescheffdes halben gesin mag, in dem chore mit namen in der metten, messen vnd in der vesper sy, auch in dem refendaile zu dysche vnd zu capittel, vff das die heren desto flissiger vnd ernster sin daryen zu bleiben, halten vnd tun, was gottliche geburlich vnd zymlich ist. Item. Man sall alle tage metten vnd alle andere horas canonicas de tempore gottliche, ordenliche vnd lobenlich singen vnd lesen, doch das quindecim gradus werden gelesen vor der metten. Item. Cursum beatae Mariae virginis soll tegelich gebett werden in dem chore, vff die metten de tempore metten de beata virgine, vff die prime de tempore primae de beata virgine vnd also furbasse alle andere gezyte. Item das zu dem mynsten vff einem gelegen tage inn der wochen werde gesungen eine vigilie vnd eine selenmesse vor vnser stiffter, frunde vnd die vns je gutz hant getann, vnd darzu vff die gebotten abent der heiligen kirchen, datz ist vff den cristabent, vnsere lieben frauwen vnde zwolff botten abent, sullent vigilie vnd selemesse gesungen werden. Item das solicher Gottes dienste deste bequemlicher moge vollenbracht werden, so soll man bestellen vnd halten vier choreschuler, die in dem chore metten, messen vnd andere horas vnd darzu vigilie helffent singen vnd lesen. Item sal ein senger vff einen iglichen samstage die thafel schriben, als es auch vor zyten ist gehalten worden, daz die heren wissen vnd ein iglicher wisse, waz ime vff iglichen tage in der wochen gebure zu singen vnd lesen. Item sal der heren keiner, er sy jung oder alte, in kurtzen cleidern oder one chorerocke in den chore, kirche oder crutzegang geen tempore divinorum. Item sal der heren keiner, noch andere, die in den chore gehorent, wider vnd vorlauffen oder gespreche halten, so man singen vnd lesen sol. Item sollent die herren in dem advente vnd a dominica septuagesimae biss obstern cappen tragen zu iglicher zyt in primis vesperis anzufahen vber jare ire chorhudte, als es von ordens wegen sin soll vnd auch hin vormals hie gehalten wor-

den ist. Item soll man elter tucher, kelchducher, luchter, kenneln vnd anders vnd mit namen corporalia, alben, humerale wisse vnd reineclich halten vnd waz zu den elteren gehoret dem heyligen wurdigen sacramente zu ehren, auch das heilthum wurdenlichen halten mit inn vnd vssheben. Item vff daz die heren deste flissiger sint ad horas canonicas, so sol man das selegerede zu presencie deilen vnd geben, nemelichen allen tag eine iglichen heren ein halb symern korns, daz sol verdienet werden zu metten, messe vnd vesper. Vnd welicher one redeliche vrsache der eynes versumpt oder nit zu rechter zyt kompt, das ist zu der metten zum venite, in der messe zu dem kirieleyson, in der vesper zu dem ersten psalmen vnd blibet biss zu ende vss vngeverlich, der hat solich halb symern korns den tag versumpt. Vnd obe einer die presencie vernichten wolte vnd nit zu chore geen, den soll ein prior zu closter legen oder anders straffen nach gepurlicheit. Item ess soll auch keyner vss dem closter geen one redlich vrsache vnd vrlaub des priors, den er behalten soll. Item vff daz sich iglicher wisse zu richten zu chore zu geen, so soll ein coster mit dem glockener bestellen, daz man ordenlich lude, mit name die erste metten inn dem sommer, so es dry slecht vnd die andern zeichen darnach, also daz man zusammen ludte, so es vier slechte vnd vff stundt, so man vff hat gehoret zu ludten, sol der wochener die metten anheben. Darnach wann es sieben slechte prime ludten, eine gute zeichen, als bissher gewonheit ist gewest. Vnd darnach die ander prime vnd darauf die prime singen vnd andere horas vnd messe, also daz man zu nunen gesongen habe vnd nit ee inn dem sommer vff die wergtage, aber vff den sonnentag vnd ander vyrtagen zuschen nunen vnd zehen, aber vff die frytage vnd fastage zu eylffen durch das jare. Item in dem wynther sol man die ersten metten ludten, so es vier slecht vnd darnach die andern zeichen vnd zu funffen vnd ein wenig darnach zu hauff vnd die erste prime zuschen sieben vnd achten, also daz man gesungen habe zuschen nunen vnd zehen vff die wergtage vnd zu zehen vff die vyrtage. Item nullus habeat seu nutriat concubinam aut mulierem suspectam, nec etiam transeat ad loca, ubi talia possunt suspicari. Der heren keiner sol geen in tabernen, wirthshuser oder dentzen. Item sollten die heren gemeynlichen byeinander essen in refectorio, dan sol man auch zymlichen nach notturfft der zyt vnd tage versehen

mit essen vnd trinken. Man sol auch morgens vnd nachts tegelich zu dische lesen. Item in dem chore, kyrchen, crutzgange, refectorio, dormentorio sol man silentium halten. Man sol auch den dormentorium zuscliessen, daz fremde ludte oder hunde nit daruff mogen, die herren an irem slaff zu hindern. Es soll auch keiner one vrlaub vnd redelich vrsache vss dem refendaile bliben, vnd wenn man zu dische geludtet, so sol ein iglicher in den refendail zu dische komen. Item vff dass das silentium deste redelicher gehalten werde in refectorio, so sol keyne leyé in den refendaile zu essen gefurt werden vngeverlich. Item die notturfft heischet, so ist es auch geburlich, dass ein siechuss sy bestalt mit gesinde, betthe vnd hussrait ob der herren einer krangheit oder etwann siechtanges tages, breste darin gepfleget werde nach nottdurfft. Item ess sol auch zum mynsten in der wochen ein capittel gehalten werden zuchtlichen vnd keiner den andern vbergeben, by einer pene, die eynem der probst oder prior vff setzen mag, nachdem der excesse gross oder cleine sy, da sol man tracteren notturfft des closters geistlich vnd zytlich. Vnd wer ess auch, daz eincherlei zweytracht zuschen probst vnd capittel oder ettlichen vss dem capittel einem oder me enstunde oder ettliche in dem capittel, die andern, die soliche zweytrachte nit beruret oder anginge, vereynen, versunen oder nit hiengelegen mochten, so sullent sie, die soliche zweytrachte angeet oder beruren ist, kommen zu vsstrage hinder vns vnd vnsere geistlichen rete zu geben vnd zu nemen nach vnserem erkentenisse. Item sich sollent probst vnd heren flissen, von tage zu tage bessere zu halten tria vota substantialia vngeverlichen. Item man sol gedenken zu welen vnd setzen einen prior, wann der chore eins priors nit entberen mag vnd auch einen schaffener, der des closters gulte, zinse vnd rente in zunemen vnd vss zu geben vnd jares eine rechenonge zu thune nach ordenlicher gewohnheit vor einem probst vnd vor dem capittel. Item der probst vnd capittel sollen ordenen, das alle briefe, fryheit der probstei vnd auch convents ingesiegel, des capittels zinssbucher, register vnd cleinheidt, obe sie nit by einander sint, zu einander kommen in eine kyste oder laide, die sol beschlossen werden vnd darzu sullent sy drey slussel, der sol ein probst einen hann, der prior den andern vnd einer vss dem capittel, den daz capittel darzu benennet, den dritten vnd daz sol gescheen by einem moende. Datum

et actum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, ipso die sancti Sixti papae et martyris, quae fuit sexta dies mensis augusti. Ad quorum omnium et singulorum perpetuam rei memoriam et evidens testimonium nos Reinhardus episcopus supranominatus sigillum nostrum et ego Heinricus de Mulhofen praepositus nostrae praepositurae Herdensis, nec non prior et capitulum monasterii praedicti unanimi assensu nostri capituli sigilla duximus appendenda ad firmius robur omnium singulorum praemissorum, die ac anno, quo supra.

---

148. *Calistus III. pabst eröffnet dem domcapitel zu Speyer die bestätigung des dortigen bischofes Siegfried III. Rom,* 1456 *mai* 24.

Calistus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo ecclesiae Spirensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie de persona dilecti filii Syffridi, electi Spirensis, ecclesiae vestrae Spirensi, per obitum bonae memoriae Reinhardi de Helmstat, olim episcopi Spirensis extra Romanam curiam defuncti, pastoris solatio tunc destitutae et antea dispositioni apostolicae reservatae, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica providimus eumque illi praefecimus in episcopum et pastorem, curam, regimen et administrationem ipsius ecclesiae sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus praefato electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi, obedientiam et reverentiam debitas et devotas ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, nono kal. junii, pontificatus nostri anno secundo. G. de Puteo. — Juramentum Siegfridi episcopi. — Ego Syffridus episcopus Spirensis ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sanctaeque apostolicae Romanae ecclesiae ac domino meo, domino Calisto, papae tertio, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut

membrum, seu capiantur aut in eos violentae manus quomodolibet ingerantur seu injuriae aliquae inferantur quovis quaesito colore. Consilium vero, quod michi crediturі sunt per se aut nuntios seu literas, ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri, adjutor eis ero ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum apostolicae sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Jura, honores, privilegia et auctoritates Romanae ecclesiae, domini nostri papae et successorum praedictorum conservare, defendere, augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel praejudicialia personarum, juris, honoris, status et potestatis eorum machinentur et si talia a quibuscunque procurari novero vel tractari, impediam hoc pro posse et quantocius potero commode, significabo eidem domino nostro vel alteri, per quem possit ad eorum notitiam pervenire. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Haereticos, scismaticos et rebelles praedicto domino meo ac eisdem successoribus pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Apostolorum limina, Romana curia existente citra, singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per meum nuntium, nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad meam ecclesiam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignerabo, neque pro aliquo mutuo contrahendo obligabo, neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli ecclesiae meae, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia. — G. de Puteo. P. de Legendorff.

---

149. *Anton cardinal bescheiniget, dass bischof Siegfried III. zu Speyer seine anstellungstaxe entrichtet hat. Rom,* 1456 *juni* 3.

Antonius miseratione divina titulo sancti Crisogoni sacrosanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis, Ilerdensis vulgariter nuncupatus, sacri collegii reverendissimorum in Christo patrum, dominorum sanctae Romanae ecclesiae car-

dinalium camerarius, universis praesentes literas inspecturis salutem in Domino. Universitati vestrae notum facimus per praesentes, quod reverendus in Christo pater, dominus Sifridus, episcopus Spirensis, pro totali solutione suorum canonis et minuti servitiorum, in quibus sub certis poenis et sententiis ac termino nondum elapso ratione promotionis suae ad dictam ecclesiam camerae dicti collegii, nec non familiaribus et officialibus dictorum dominorum cardinalium solvere tenebatur et exstitit efficaciter obligatus, florenos auri de camera tricentos viginti septem, solidos tridecim, denarios septem, nobis pro ipso collegio recipientibus, per manus honorabilium virorum, Regnaldi de luna et sociorum mercatorum, curam Romanam sequentium, die datae praesentium solvi fecit realiter et cum effectu, de quibus sic solutis ipsum dominum episcopum, ecclesiam suam, successores suos et eorum bona praefati collegii nomine absolvimus, quittamus et liberamus per praesentes. In quorum testimonium praesentes literas fieri et sigilli nostri camerariatus officii jussimus appensione muniri. Datum Romae die tertia mensis junii a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Calisti divina providentia papae tertii, anno secundo. — Ja. Radulphi.

---

150. *Siegfried III. bischof zu Speyer entlässt die seinem schutze empfohlenen bewohner von Otterstadt ihrer gelübde und eide. Otterstadt,* 1456 *juni* 19.

In nomine Domini, amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, indictione quarta, die vero sabbathi decima nona mensis junii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Calixti, divina providentia papae tertii anno primo, in villa Otterstat, reverendus in Christo pater, dominus Sifridus, electus et confirmatus episcopus Spirensis, in venerabilium ac circumspectorum virorum, dominorum magistri Jodoci Lett, decani, Petri Billing, Nicolai Blickeri, Petri Albeg, Joannis Pfeffinger, magistri Joannis Utzlinger custodis, canonicorum ecclesiae sancti Guidonis Spirensis, capitulum pro tunc ipsius ecclesiae facientium et repraesentantium, nec non omnium et singulorum villanorum dictae villae Otterstat ac mei notarii publici et testium subscriptorum praesentia, in effectu propo-

suit et dixit, quod licet praefati venerabiles viri, domini decanus et capitulum sancti Guidonis, ipsam villam Otterstat et incolas ejusdem eorumque bona et attinentia sub tuitione antecessoris sui, ut episcopi Spirensis, posuissent, ipse praememoratus episcopus Spirensis eandem villam cum suis emolumentis ad tuendam, defendendam et protegendam recepisset et non alias juramenta etiam solita fidelitatis et homagii ab ipsis villanis, tanquam sibi ad tuendum assignatis, exegisset et recepisset, tandem ex certis causis animum suum moventibus deliberatus esset, memoratam villam Otterstat cum omnibus suis juribus, pertinentiis et attinentiis ac privilegiis ejusdem et eorum bona nullo dempto in et ad manus praefatorum dominorum, decani et capituli, tanquam ad veros et naturales dominos praetactae villae, exponere et restituere, prout etiam de praesenti restitueret et reponeret, restituit et reposuit. Qua de re omnes villanos, incolas et inhabitantes quadraginta videlicet circa de numero ibidem existentes et congregatos ab omnibus et singulis promissionibus et juramentis, episcopo pro tempore existenti praestitis et factis, in quantum melius potuit, absolveret, prout etiam de praesenti absolvit eosque liberos et absolutos esse publice declaravit, rogando eosdem villanos ac eis praecipiendo, ut vice versa praefatis dominis, decano et capitulo, ut eorum veris dominis in temporalibus et spiritualibus, juramenta solita ac promissiones necessarias, prout statim audire et animadvertere deberetis, praestare seu facere velletis, prout et quemadmodum teneremini et recusare nullatenus deberetis. Quibus ut sic per praefatum reverendum patrem et dominum Sifridum, electum et confirmatum episcopum Spirensem, propositum et factum, iidem villani et incolae villae Otterstat habita seorsim deliberatione inter se ad aliquot tempus, se, prout ipse dominus electus et confirmatus proposuisset, paratos esse facere publice dixerunt et quidem ad hoc astringerentur una voce et ore asseruerunt. Super quibus omnibus et singulis praememorati domini, decanus et capitulum me notarium publicum subscriptum requisierunt, quatenus ipsis super praemissis unum vel plura publicum seu publica conficere et conscribere instrumentum seu instrumenta. Facta sunt haec in villa Otterstat circa domum Coropi, sub anno, indictione, die, mense et pontificatu, quibus supra, hora decima et circiter ante prandium, praesentibus ibidem reverendo in Christo patre et domino Sifrido, electo et confirmato

episcopo Spirensi, nec non venerabilibus viris, Ruperto de Metzingen, canonico sancti Germani extra muros Spirenses, Dithero de Venningen, Ulrico de Flehingen, armigeris et Joanne Dadus, plebano dictae villae Otterstat ac praesentibus aliis fide dignis personis pro testimonio vocatis pariter et rogatis. Et ego Joannes Berwerstein de Landaw, clericus Spirensis dioecesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia dictarum propositionum, responsionum, restitutionum, juramentorum, relaxationum ac de novo delationum et praestationum omnibusque aliis et singulis praemissis, dum sic, ut praemittitur, et ageretur et fieret, una cum praenominatis testibus praesens interfui easque sic fieri vidi et audivi, ideo praesens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi et publicavi atque in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et requisitus.

---

151. *Siegfried III. bischof zu Speyer sendet mit seinem domcapitel und übrigen stiftern abgeordnete ab, um zu Aschaffenburg und Frankfurt für der kirche und Deutschlands wohl rath zu pflegen. Speyer,* 1457 *oct.* 24.

Universis et singulis, ad quos praesentes nostrae literae pervenerint, nos Sifridus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis, decani et capitula majoris, sancti Germani, sancti Widonis et sanctae Trinitatis Spirensium ecclesiarum, notum esse volumus, quod nos invicem ad subscripta capitulariter congregati capitula facientes et repraesentantes nostrum omnium ac dictarum nostrarum ac singularium personarum earundem, nec non totius cleri civitatis et dioecesis Spirensis nominibus, omnibus melioribus modis, viis, jure, causis et formis, quibus melius et efficacius potuimus et debuimus, possumus et debemus, fecimus, constituimus, deputavimus, creavimus et sollemniter ordinavimus ac praesentibus facimus, constituimus, creamus, deputamus nostros certos, veros, legitimos et indubitatos procuratores et syndicos, actores, factores negotiorumque subscriptorum gestores ac nuntios speciales et generales, sic tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra conjunctim et divisim, videlicet venerabiles et circumspectos viros, dominos Ruckerum de Luterburg, sacrae paginae professorem majoris et

Job de Riet, legum doctorem, sanctae Trinitatis Spirensium ecclesiarum praedictarum canonicos, de quorum industria et legalitate quam plurimum confidimus, praesentes et onus procurationis hujusmodi in se sponte suscipientes et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod per unum eorum inceptum fuerit, per reliquum seu reliquos eorundem persequi valent mediari aut finiri, ad praesentandum se et comparendum nostrorum constituentium nominibus ac pro nobis, die sanctorum Symonis et Judae apostolorum proxime futura, in oppido Aschaffenburg Moguntinae dioecesis coram reverendissimo in Christo patre ac domino, domino Theoderico, archiepiscopo Moguntino et venerabilibus dominis ambasiatoribus provinciae Moguntinae, illic ad petitionem reverendissimae suae paternitatis confluentibus, ibidem per aliquot dies continuantes et tractandi de modo in consilio provinciali Aschaffenburgensi de proximo celebrato, nec non de post Franckfordiae in congregatione provinciali concluso perficientes et effectum mancipantes honorem, utilitatem, jura et commoda nostra, nostrarum ecclesiarum et totius Germaniae promoventes et conservantes atque quibusvis dampnis, incommodis, pressuris, gravaminibus et periculis eorundem occurrendi et obviandi, auctorizandi, tractandi, conferendi, proponendi, audiendi, respondendi, deliberandi, consulendi, petendi, instandi, concordandi, pasciscendi, dirigendi, agendi, prosequendi, approbandi, continuandi, concludendi, perficiendi, excusandi, causas, rationes, motiva, obstacula et defectus alligandi, impediendi, alligatis, propositis et attemptatis contradicendi, opponendi, reclamandi, provocandi, appellandi, insinuandi et prosequendi, si, prout, ubi, quando, quo, quotiens, ad quem et in quantum commode fieri poterit aut eis te cuilibet ipsorum videbitur expedire et generaliter omnia et singula alia, quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint, seu quaelibet opportuna faciendi, gerendi, conficiendi et exercendi et quae nos, si praemissis personaliter interessemus, facere possemus, etiam si talia forent, quae mandatum exigerent magis quantumcunque speciale et majora forent superius expressatis. Promittimus quoque ratum, gratum et firmum perpetuo habituros totum id et quidquid per dictos dominos et eorum alterum pro nobis ac nostrum nomine dictum, procuratum, factum gestumve fuerit in praemissis seu aliquo praemissorum, ac eorum quemlibet relevare ab omni

onere, satisdantes judicio sisti et judicatum solvi sub hypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum praesentium et futurorum. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium nos Sifridus episcopus, decani et capitula majoris et sancti Germani ecclesiarum Spirensium sigilla nostra praesentibus appendi fecimus et communiri, quibus confitemur nos omnes alii et singuli supradicti. Datum et actum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, feria secunda post festum sancti Lucae evangelistae.

---

152. *Reinhard bischof von Worms ertheilt den zuhörern eines armen blinden predigers einen ablass.* 1458 *mai* 12.

Reinhardus Dei gratia episcopus Wormatiensis, universis et singulis divinorum rectoribus, plebanis, vicéplebanis, capellanis, curatis et non curatis caeterisque presbyteris, clericis et laicis ac Christi fidelibus per civitatem et dioecesin nostras Wormatiensem, ubilibet constitutis, salutem in Domino. Gratum Deo pariter et acceptum credimus impendere famulatum, dum Christi fideles quoslibet ad devotionis et pietatis opera incitamus. Cum igitur honorabilis in Christo nobis devotus dominus, Johannes Fabri, artium magister, diaconus Coloniensis, praesentium ostensor, altissimi dextera, quae pii patris more, quos amat, castigat, lumine oculorum suorum pluribus retrofluxis annis privatus existat adeo, quod ad divina, proh dolor, sit factus inhabilis, nec tantum in propriis sibi subsit facultatibus, unde in vita, ut decet, sustentari valeat, ipseque magister Johannes nichilominus ad praedicandum et verbum Dei seminandum habilis, idoneus et sufficiens sit, ut fide dignorum testimonio et literarum patentium didicimus: idcirco eidem magistro Johanni ad seminandum verbum Dei per civitatem et dioecesin nostras indulsimus et concessimus facultatem. Et ut oblata munera ad audiendam salutiferam verbi Dei doctrinam alliciant animos auditorum, ex eo quod libenti animo commotiones gratiae nostrae munere gratiosus sibi, ut, quotienscunque et ubicunque in nostris civitate et dioecesi praedicaverit, omnibus vere poenitentibus, confessis et contritis, ab eo verbum Dei salutiferum audientibus, quadraginta dies indulgentiarum auctoritate nostra elargiri et pronuntiari valeat, similem concedimus potestatem praesentibus usque ad revocationem nostram duraturis. Datum anno Do-

mini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, feria sexta proxima post festum ascensionis Domini, nostro sub sigillo in fidem et testimonium praemissorum praesentibus appenso.

---

153. *Siegfried III. bischof zu Speyer belehnt den herzog Friedrich von Bayern grafen von Veldenz mit dem schlosse Wersau. Deidesheim,* 1458 *juni* 16.

Wir Sifrit von Gotz gnaden bischoff zu Spire, bekennen vnd tun kunt offenbare mit diesem brieff, allen den, die ine ansehent oder horent lesen, das wir dem hochgebornen fursten vnd herrn, herrn Friederich, pfaltzgraven by Rine, herzog in Beyern vnd grave zu Sponheim, vnserm lieben herrn Welrsauwe die burg, mit zwinge vnd mit banne, mit luten vnd mit guten dartzu gehorende zu rechten lehen verluhen haben, als die auch von vns vnd vnserm stiefft zu Spire zu lehen rurend vnd geent vnd der hochgeborne furst vnd herre, herr Ott pfaltzgrave by Ryne vnd hertzog inn Beyern vnd sin altner, die von vns vnd von vnserm vorfaren, bischoffen zu Spire, entpfangen vnd getragen hant. Do hat derselbe vnser lieber herre hertzog Friederich vns gewonlich huldunge daruber getan vns vnd vnserm stiefft zu Spire zu tun, als solicher lehen recht ist ane geverde, vrkunde diss brieffs versiegelt mit vnserm anhangenden ingesiegell. Geben zu Deidessheim vff fritag nach Viti vnd Modesti, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

---

154. *Siegfried III. bischof zu Speyer stellt für die dauer seiner abwesenheit verwalter des bisthums auf. Udenheim,* 1459 *jan.* 29.

Wir Sifrit von Gotz gnaden bischoff zu Spire, tun kunt offenbare mit diesem brieve, das wir den ersamen meister, Hannsen von Lisura, dockter, senger etc. herr Reinharten von Entzberg, schulmeister des merern stiffts zu Spire, ine zweyen von dem capittel zu dieser zytt dartzu deputiert, als des stiffts glieder vnd auch andern iren capittels frunden, so sie vom capittel an ire statt hernacher dartzu bescheiden mogen, vnd Conraden von Helmstat, vnserm schwager vnd amptmann vnsers stiffts, vnserm lieben getruwen vnd ir ig-

lichem besunder, gantz vnd vollen gewalt geben hant vnd auch geben in crafft diess brieffs vnd dartzu vnserm bruder Diethern von Venningen, der in auch beholffen vnd beraten sin soll, das regiment vnsers stiffts, so lang wir vss sint, des stiffts sachen, sloss, lant, lute vnd gebiete zu regieren, den fur zu sin vnd darin alles das zu tun, zu lassen, furzunemen vnd zu handeln glicher wise, als ob wir selbs zugegen weren vnd auch getun mochten. Vnd mit namen so geben wir den obgenannten deputaten von des capittels wegen vnd in yglichem auch macht vnd vollen gewalt, gult mit wissen vnd willen vnsers capittels vff vns vnd vnser bisstum zu verkeuffen vnd mit demselben oder anderm vnserm gelt, gult, welcherley die weren, die vff vns, vnserm stifft, sloss, landt vnd luten, gemeynlich oder in iglichem besunder stundent, es were von lehen, burglehen oder kauffs wegen, oder anderes, wie das were, gein allen den, da es sie vns vnd vnserm stifft nutz vnd bequeme ducht, wieder abzulosen oder sust antzulegen vnd zu wenden, vnser vnd vnsers stiffts schaden damit verkommen. Vnd gemeinlich alles das, daz in diesen vnd andern vnsern vnd vnsers stiffts sachen, grossen vnd cleynen, wie die itzund werent oder hernach qwement, vnd wie man die mit sunderheit genennen mocht, oder sollte von vnser vnd vnsers stiffts wegen vnd an vnser stat zu tun getruwelich vnd in aller masse, als wir selbs getun mochten oder solltent, ob wir gegenwertig werent. Vnd herumb gebieten wir allen vnsern vnd vnsers stiffts dienern, angehorigen vnd vndertenen by den truwen eiden, als sie vns verbunden sint, vnd verkunden auch solichs allen den, die mit vns vnd vnserm stifft, oder wir von vnserm vnd vnsers stiffts wegen mit ine zu schaffen hettent oder gewonnent, daz sie den obgenannten vnsern statthaltern vnd ir iglichem an vnser stat vnd von vnsernt wegen in diesen vorgeschriben sachen vnd was sich dartzu getroffen oder getziehen mochte, gewarten vnd gehorsam sin getrulich vnd gentzlich, als vns selber, on allerley wiederstentniss, als sie schuldig sin vnd billich thunt on alle geverde. Des zu vrkunde haben wir vnser ingesiegell tun henken an diesen brieff. Geben zu Udenheim vff frytag nach sant Pauls tag conversionis, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

155. *Pius II. pabst beauftragt den bischof zu Speyer die St. Antonius capelle zu Eschbach zu einer pfarrkirche zu erheben. Ferrara,* 1459 *mai* 23.

Pius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Spirensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sincerae devotionis affectus, quem dilecti filii, Fridericus de Fleckenstein dominus, nec non scultetus, scabini ac inhabitatores et incolae villae Espach, Spirensis dioecesis, ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut votis eorum, illis praesertim, per quae tam animarum, quam personarum suarum periculis obviari ac salus earundem et divini cultus augmentum procurari aliasque ipsorum statui et commoditati salubriter provideri valeat, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Friderici, sculteti, scabinorum, inhabitatorum et incolarum praedictorum petitio continebat, quod licet ipsi parochiani parochianae ecclesiae loci in Lensweiler dictae dioecesis, quae per canonicos monasterii ad Steigam, ordinis sancti Augustini ejusdem dioecesis, per priorem dicti monasterii ad nutum amovibilem regi et gubernari consuevit, esse censeatur. Quia tamen ecclesia hujusmodi a dicta villa Espach per unum milliare italicum distare dinoscitur et nonnunquam etiam per dominos temporales loci et villae praedictorum, seu etiam alias, sive inter alios dissentiones et gerrae oriuntur, ita quod ipsis sculteto, scabinis, inhabitatoribus et incolis gerrarum et dissentionum hujusmodi ac etiam inundationum aquarum et nivium seu frigorum temporibus pro missis et aliis divinis officiis audiendis, nec non sacramentis ecclesiasticis suscipiendis ac etiam pro parvulis, qui ibidem pro tempore nascuntur, baptizandis ac defunctorum sepeliendis corporibus, ecclesiam ipsam in Lensweiler adire reddatur plerumque onustum et periculosum. Imo aliquotiens non possunt, prout etiam in festis paschalibus proxime praeteritis non potuerunt, nisi duntaxat ad octo dies haberent salvum conductum, secure dictam ecclesiam pro divinis audiendis officiis accedendi. Contingitque saepius, quod dum ipsi inhabitatores et incolae dictam ecclesiam in summis festivitatibus seu aliis diebus dominicis habent accedere, villa praedicta quasi penitus depupolata remanet, unde etiam pauci insidiatores possent eandem villam sic depopulatam invadere et depraedari, prout etiam saepe per hostiles incursus depraedati et plerique ex inhabitatoribus et incolis praedictis captivati fuerunt

et nonnunquam etiam personae debiles et infirmae propter distantiam, nec non alia pericula et incommoda hujusmodi absque divinis et sacramentorum, parvuli vero absque baptismatis susceptione, decesserunt in non modicum ipsorum inhabitatorum et incolarum periculum, rerum, corporum et animarum. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dicta villa Espach major et populosior quam dictus locus Lensweiler existat, nec non Fridericus, scultetus, scabini, inhabitatores et incolae praefati ad obviandum periculis et incommodis hujusmodi capellam sancti Anthonii in dicta villa Espach consistentem ad hoc, ut in parochialem ecclesiam erigatur, de bonis eis a Deo collatis et ut rector dictae capellae eis in divinis perpetuo famuletur ac hujusmodi sacramenta ministret, uberius et competentius dotare desiderent et proponant, pro parte Friderici, sculteti, scabinorum, inhabitatorum et incolarum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut villam Espach hujusmodi cum inhabitatoribus et incolis ejusdem praesentibus et posteris quoad curam animarum et alia jura parochialia a praedicta ecclesia in Lensweiler separari et dictam capellam in parochialem ecclesiam erigi illique dictam villam Espach cum habitatoribus et incolis praefatis in parochiam assignari aliasque eis in praemissis opportune provideri mandare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Christi fidelium quorumlibet salutem intensis desideriis affectamus et eorum periculis, quantum cum Deo possumus, obviamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis priore et rectore praedictis et aliis, qui fuerint evocandi, de praemissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes et si per informationem hujusmodi ita esse inveneris, capellam praedictam, postquam ipsi inhabitatores et incolae ad id sufficientem dotem realiter et cum effectu assignaverint, in parochialem ecclesiam cum fonte baptismali, cimiterio, campanis, campanili et aliis parochialibus insigniis eorundem prioris et rectoris ac dilectorum filiorum conventus dicti monasterii per priorem gubernari soliti, ad id accedente consensu et sine cujusvis praejudicio dicta auctoritate erigas ac praedictam villam Espach cum omnibus utriusque sexus inhabitatoribus et incolis suis praesentibus et posteris, quoad curam animarum et alia jura parochialia a praefata ecclesia in Lensweiler eadem auctoritate segreges eidemque capellae

sancti Anthonii, postquam, ut praemittitur, erecta fuerit, pro parochianis et parochia subjicias ac pro segregatione et erectione hujusmodi recompensam, de qua tibi rationabiliter videbitur, eisdem priori et conventui auctoritate praedicta deputes et assignes, jure tamen praesentandi personam idoneam in rectorem dictae erigendae ecclesiae eisdem prori et conventui in perpetuum reservato, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Ferrariae anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, decimo kalendas junii, pontificatus nostri anno primo.

---

156. *Siegfried III. bischof zu Speyer weiset der caplanei zu St. Christoph in Speyer wegen seinen official zu einer untersuchung an. Speyer,* 1459 *aug.* 14.

Sigfridus Dei gratia episcopus Spirensis, honorabili nobis in Christo dilecto Conrado Odernheim de Franckfordia, decretorum doctori, officiali nostro, salutem in Domino sempiternam. Causam et causas, quam et quas in Christo nobis dilectus Johannes Heberling movet et movere vult et intendit, contra et adversus in Christo nobis dilectum Philippum Mey, ad capellaniam capellae sancti Christophori Spirensis per obitum Petri Schillinger, ultimi ejusdem dum vixit possessoris, vacantem, investitum et ejus occasione cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus et connexis, de tuis industria, peritia, legalitate et diligentia plurimum confisi, tibi tenore praesentium specialiter committimus audiendas, cognoscendas et fine debito terminandas, cum potestate partes praedictas omnesque alios et singulos sua interesse putantes auctoritate nostra citandi et per censuras ecclesiasticas compellandi, faciens quod decerneris per ecclesiasticas censuras et alia juris remedia firmiter observari, testes etiam, qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili compellas eadem auctoritate perhibere testimonium veritati. Datum Spirae nostro sub sigillo praesentibus a tergo appenso vigilia assumptionis Mariae virginis, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

---

157. *Johann II. bischof zu Speyer giebt zweien abgeordneten nach Rom besondere empfehlung. Udenheim,* 1459 *oct.* 9.

Universis et singulis principibus, ecclesiasticis et saecularibus, archiepiscopis, episcopis et praelatis, nec non regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, vicariis, potestatibus, officiatis, advocatis, canonicis, rectoribus, judicibus, consulibus, universitatibus civitatum, oppidorum, castrorum et villarum, nec non telonariis, gabellariis pontium, passuum et viarum custodibus eorumque loca tenentibus, caeterisque personis ecclesiasticis et mundanis, quibuscunque nominibus censeantur per Germaniam et Italiam et alibi constitutis, ad quos praesentes pervenerint, nos Johannes Dei gratia electus Spirensis sinceram complacendi affectum. Venerabiles et egregios dominum Udalricum de Helmstat, praepositum ac magistrum Ruckerum de Luterburg, sacrae theologiae doctorem, canonicos etc., secretarios, consiliarios, nuntios et ambasiatores nostros sincereque nobis dilectos pro nonnullis nostrae confirmationis et aliis agendis negotiis ad partes Italiae destinamus, universitati vestrae et cuilibet vestrum pleno recommendamus affectu, vos omnes et singulos supradictos seriosius rogantes et exhortantes subditisque vestris districtius injungentes et mandantes, quatenus supradictos dominum Udalricum praepositum et magistrum Ruckerum doctorem etc., consiliarios et ambasiatores cum comitiva, quam secum duxerint et cujuscunque status existat, et eorundem equis, arnesiis, valisiis, animalibus et rebus suis singulis benigne requiem datos habentes, nullam eis in personis, animalibus, valisiis et aliis rebus suis singulis injuriam, molestiam vel offensam faciendo, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, fieri permittendo, sed eos potius cum eisdem per portas, pontes, passus, terras, districtus et loca vestra atque vestrum, vel vobis commissa, per terram et aquam, libere et absque solutione telonii, pedagii, passagii, gabellae, impositionibus daciis et cujuslibet alterius generis pagamenti exactione et impedimento, transire, stare, ire et redire permittatis ipsisque et ejus comitiae familiaribus et rebus suis de securo et salvo conductu, dum et quotiens eis opus fuerit et desuper fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, provideri faciatis nostra contemplatione singulari, harum sub nostri sigilli appensione testimonio literarum. Datum Udenheim ipso die sancti Dyonisii et sociorum martyrum, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

158. *Pius II. pabst erhebt die pfarrkirche zu Ettlingen nach dem wunsche des markgrafen Carl von Baden zu einer stiftskirche. Mantua.* 1459 *nov.* 29.

Pius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Spirensi et dilecto filio Ruckero de Luterburg, canonico Spirensi, magistro in theologia, salutem et apostolicam benedictionem. Eximiae devotionis affectus, quem dilectus filius, nobilis vir, Carolus marchio Badensis et comes in Spanheim, ad nos et Romanam gerit ecclesiam, nec non clara sua et progenitorum suorum merita promerentur, ut votis suis in hiis potissime, per quae divinus cultus protenditur et ecclesiasticus status propagatur, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti marchionis petitio continebat, quod in oppido Etlingen ac illius parochiali ecclesia, Spirensis dioecesis, duodecim ac in capella Buckissheim juxta dictum oppidum et extra habitationem hominum constructa, quae capellaniae per praedecessores ejusdem marchionis, sub cujus temporali dominio consistunt et nonnullos alios Christi fideles de bonis sibi a Deo collatis fundatae et competenter dotatae habentur, et si perpetui capellani capellânias hujusmodi pro tempore obtinentes forte missas suas, ut teneantur, expediant, illis tamen expeditis, laxatis habenis, ut acephali ad libitum hincinde discurrunt, nec horas canonicas invicem devota modulatione decantant. Quare dictus marchio cupiens praefatam ecclesiam ad Dei gloriam et honorem divinique cultus augmentum in collegiatam erigi, nobis humiliter supplicavit, quatenus in praemissis salubriter providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque pium et laudabile ipsius marchionis propositum altisonis in Domino laudibus commendantes ac volentes petitiones ejus apostolica prosequi gratia et favore, suisque in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus de praemissis ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra vos diligenter informetis et si per informationem hujusmodi ea repereritis fore vera, dictum parochialem ecclesiam in Etlingen in collegiatam ecclesiam cum decania, honoribus et insigniis collegialibus auctoritate nostra erigere et quatuor ex quinque capellanis, de quibus in dicta ecclesia in Buckissheim fundatis vobis videbitur, ad praefatam erigendam ecclesiam in

Etlingen transferre ac duodecim canonicorum et totidem praebendarum, nec non duodecim vicariorum et totidem perpetuarum vicariarum numerum ac decanatum, quo inibi dignitas principalis existat et alia officia, de quibus vobis videbitur, in dicta ecclesia in Etlingen auctoritate nostra instituere et deputare curetis, eadem auctoritate statuentes et decernentes, quo decanus, canonici et vicarii hujusmodi missas et alia divina officia diurna pariter et nocturna invicem ad notam decantare quodque decanus ipsius ecclesiae pro tempore existens solus canonicorum et vicariorum praedictorum una cum aliis ministris pro tempore sibi adjunctis, nec non parochianorum animarum curam ejusdem erigendae ecclesiae perpetuo habere, gerere et exercere, ipsique decanus, canonici et vicarii tempore divinorum superpellicia et alios habitus et ornamenta ecclesiastica ac decanus ipse de vario griseo et canonici de aspriolis, nec non vicarii sive capellani praefati de ovinis pellibus almucia et ad instar ecclesiarum Spirensium cappas nigras quadragesimali et aliis consuetis temporibus deferre ac capitulum inter se facere, constituere et repraesentare possint, debeant et teneantur, ac sigillum authenticum in communi et alia insignia, honores et privilegia ad instar aliarum collegiatarum ecclesiarum dictae dioecesis habere valeant ac illis uti et gaudere, nec non vobis statuta et ordinationes rationabilia, quae in dicta ecclesia pro divino cultu ac singulis aliis negotiis et personis suis inibi salubriter dirigendis perpetuo vigere et observare debeant, edendi ac circa distributiones quotidianas in eadem ecclesia faciendas, et pro augmento earundem de redditibus et proventibus dictae capellae in Buckissheim et hospitali etiam in Etlingen, prout vobis videbitur, statuendi, ordinandi et disponendi, nec non cunctas oblationes, quas in trunco seu gazaphilacio in dicta capella Buckissheim posito fieri contigerit, mensae capitulari dictae ecclesiae erigendae in augmentum distributionum hujusmodi et alias, congrua tamen portione pro structura ejusdem capellae et quae ad hospitale pro infirmis et miserabilibus personis inibi pro tempore degentibus confovendis reservata, applicandi, ordinandi, disponendi, statuendi et exequendi, quae vobis in praemissis et circa ea utilia seu etiam necessaria et opportuna quomodolibet videbuntur, jure patronatus seu praesentandi personas idoneas ad decanatum ac ad canonicatus et praebendas, nec non vicarias hujusmodi pro prima vice et quotiens eos deinceps

vacare contigerit, praefato Carolo et heredibus ac successoribus suis praefatum oppidum pro tempore obtinentibus, vel quoad vicarias illis, ad quos jus patronatus seu praesentandi hujusmodi pertinere consuevit, ac jure instituendi decanum loci ordinario, sed quoad canonicos et vicarios praedictos decano ejusdem ecclesiae pro tempore existentibus per vos eadem auctoritate nostra in perpetuum reservato, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Mantuae anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, tertio kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

---

159. *Pius II. pabst erhebt die pfarrkirche zu Pforzheim nach dem wunsche des markgrafen Carl von Baden zu einer stiftskirche. Mantua,* 1459 *nov.* 29.

Pius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Spirensi et dilecto filio Ruckero de Luterburg, canonico Spirensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sincera devotio dilecti filii, nobilis viri Caroli, marchionis Badensis, per quam se reddit altissimo et Romanae ecclesiae, matri suae, non sine magno laudum praeconio gratum multipliciter et acceptum, non indigne meretur, ut sedem apostolicam, in illis praesertim, quae salutem animae suae et divini cultus augmentum ac ecclesiastici status decorem et decus respiciunt, sibi favorabilem sentiat et etiam liberalem. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti marchionis petitio continebat, quod in ecclesia parochiali oppidi Pfortzheim, Spirensis dioecesis, quod sub temporali dominio dicti marchionis consistit, ultra perpetuam vicariam ejusdem ecclesiae viginti et una perpetuae capellaniae per progenitores ipsius marchionis et alios Christi fideles fundatae et competenter dotatae habentur, quarum perpetui vicarii vicarias hujusmodi obtinentes frenis laxatis ac missis suis expeditis tanquam acephali ad libitum hincinde transcurrunt, nec horas canonicas in choro concordi devotione decantant. Quare dictus marchio, cupiens praefatam ecclesiam ad Dei gloriam et honorem divinique cultus augmentum in collegiatam erigi ac in ea unum

collegium sive capitulum duodecim canonicorum et totidem vicariorum ac unius decani, qui eis praesit, et duodecim praebendas et totidem perpetuas vicarias institui, nobis humiliter supplicavit, quatenus in praemissis salubriter providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque ut amplius ipsius marchionis erga Deum et eandem Romanam ecclesiam devotio hujusmodi augeatur, cupientes ejus petitiones apostolicis prosequi gratia et favore, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus de praemissis et eorum circumstantiis universis auctoritate nostra vos diligenter informetis et si per informationem hujusmodi ea repereritis fore vera, parochialem ecclesiam praedictam in collegiatam ecclesiam erigere ac in eadem ecclesia numerum duodecim canonicorum et totidem praebendarum ac etiam duodecim vicariorum et totidem vicariarum hujusmodi ad perpetuum, vicariam ejusdem parochialis ecclesiae in dignitatem, quae principalis esse et decanatus appellari debeat, instituere et deputare curetis, statuentes etiam et auctoritate nostra decernentes, quod decanus et canonici et vicarii dictae ecclesiae, pro tempore existentes, singulas horas canonicas et officia diurna pariter et nocturna Deo in humilitate spiritus ad notam decantare et psallere quodque decanus ipsius ecclesiae, pro tempore existens, solus curam animarum canonicorum et vicariorum praedictorum una cum aliis dictae ecclesiae ministris, pro tempore sibi adjunctis, ac etiam parochianorum animarum curam ejusdem ecclesiae perpetuo habere, gerere et exercere, quodque decanus, canonici et vicarii praefati tempore divinorum superpellicia et alios ecclesiasticos habitus et ornamenta ac decanus de vario griseo et canonici de aspiriolis et vicarii sive capellani hujusmodi de ovinis pellicibus almucia et ad instar ecclesiae Spirensis cappas nigras tempore quadragesimali et aliis consuetis temporibus deferre et capitulum inter se facere, constituere et repraesentare, nec non sigillum autenticum in communi et alia insignia, honores et privilegia ad instar aliarum collegiatarum ecclesiarum dictae dioecesis habere et illis uti et gaudere possint, debeant et teneantur, nec non vobis statuta et ordinationes rationabilia, quae in dicta ecclesia perpetuis futuris temporibus vigere et observari debeant, edendi, nec non alia officia canonicatibus et praebendis praedictis, si vobis videbitur, annectandi ac circa distributiones quotidianas in dicta ecclesia

faciendas, nec non omnia alia et singula faciendi, ordinandi, dispensandi, statuendi et exequendi, quae vobis in praemissis et circa ea utilia, salubria seu etiam necessaria vel opportuna videbuntur, jure patronatus sive praesentandi personas idoneas ad decanatum ac ad canonicatus et praebendas, nec non vicarios hujusmodi pro prima vice et quotiens eas deinceps vacare contigerit, praefato Carolo et heredibus et successoribus suis, praefatum oppidum pro tempore obtinentibus, vel quoad vicarias illis, ad quos jus patronatus seu praesentandi hujusmodi hactenus pertinere consuevit ac jus instituendi decanum loci ordinario, seu quoad canonicos et vicarios praedictos decano ejusdem ecclesiae pro tempore existentibus, per vos eadem auctoritate nostra in perpetuum reservata, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quocunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Mantuae anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, tertio kalendas decembris, pontificatus nostri anno secundo.

---

160. *Johann II. bischof zu Speyer ertheilt dem dominicanerinnen closter zu Pforzheim verschiedene ablässe. Udenheim*, 1460 *oct.* 4.

Johannes Dei gratia episcopus Spirensis universis et singulis Christi fidelibus praesentes literas nostras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Splendor sempiternae gloriae, qui sua interdum ineffabili illuminat claritate pia vota fidelium, de clementissima ipsius majestate sperantium tunc praecipue benigno favore prosequitur, cum in bonis operibus sedule se student exercere. Cum igitur dilectae nobis in Christo priorissa, soror nostra et moniales conventus et monasterium beatae Mariae virginis oppidi Pfortzheim, nostrae Spirensis dioecesis, ordinis praedicatorum, ob reverentiam salvatoris, domini nostri Jesu Christi ad imaginem Crucifixi et quandam aliam imaginem beatae Mariae virginis in dormitorio conventus praedicti in pariete depictas, ac etiam ad duas antiphonas, videlicet „O sacrum convivium“ et „Recordare virgo mater,“ vel aliam de beata Maria virgine sonantes, quas quotidie, ut intelleximus, eaedem moniales decantare

Digitized by Google

solent, nec non ad quandam argenteam crucem deauratam, quae in die dedicationis et patronorum ejusdem monasterii monstrari solet et ad osculandum exhibent, singularem habeant affectionem et devotionem et ob id spiritualibus desiderent alimoniis depasci spiritualique coelestis gratiae thesauro remunerari. Nos pium earundem supplicantium desiderium, affectionem et devotionem commendantes, easdem divino inflammationis ardore ferventius ad devotionis opera exercenda incitare cupientes, de omnipotentis Dei misericordia gloriosissimaeque virginis Mariae, ejus genitricis, ecclesiae nostrae Spirensis patronae, nec non beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, meritis et auctoritate confisi, omnibus et singulis priorissae et monialibus seu sororibus supradicti monasterii et conventus in Pfortzheim et successoribus earundem, vere poenitentibus, confessis et contritis devote et cum genuflexione ante imaginem Crucifixi unum „Pater noster“ oranti vel orantibus, quadraginta, nec non ante imaginem beatae Mariae virginis in dormitorio, ut praemittitur, depictas, tribus vicibus salutationem angelicam, videlicet „Ave Maria,“ similiter quadraginta et ante crucem deauratam, de qua supra, unum „Pater noster,“ etiam ejusdem de beata virgine sonante, decantante vel decantantibus ad quamlibet auctoritate suprascriptorum similiter quadraginta dies indulgentiarum omni die unica vice duntaxat de injunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus praesentibus literis perpetuo duraturis. Datum Udenheim nostro sub sigillo praesentibus appenso, sabbato proximo post festum beati Michaelis archangeli, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

---

161. *Friedrich III. kaiser befiehlt dem stadtrathe zu Speyer die dortige geistlichkeit in ihren bestätigten rechten und freiheiten nicht zu kränken. Wien,* 1460 *dec.* 9.

Wir Friedrich von Gotts gnaden Romischer keiser, zu allen ziten merer des richs etc., entbieten den ersamen, vnsern vnd des richs lieben, getruwen burgermeistern, rate, burgern vnd gemeinden der statt zu Spire vnser gnade vnd alles gut. Ersamen, lieben, getruwen! Wir haben den ersamen geistlichen, vnsern lieben, andechtigen, den probsten, dechan vnd capitteln des merern, sant Germans, sant Widon vnd Allerheiligen, stifften, kirchen vnd der ganzen pfaffheit

inwendig vnd vsswendig der statt zu Spire vnd iren nachkommen alle vnd igliche ire friheiten, briefe vnd privilegia, ine von vnsern vorfaren am riche, Romischen keisern vnd konigen vnd von vns gethan vnd gegeben vnd nemlich auch die entscheide, sune, satzungen vnd richtunge lobelichen gedechtniss konigs Rudolfs vnd keiser Sigmundes inn koniglicher wirden, spruchbrieffe zwischen den benannten probsten, dechant, capitteln vnd pfaffheiten vnd vwer bescheen mit sampt allen vnd iglichen andern iren vnd der gemelten stiffte vnd kirchen begriffungen, mulen, mulrechten, bechen, renten, zinssen, nutzen, gulten, rechten vnd gerechtickeiten vnd darzu ir lobelich altherkommen vnd gut gewohnheite, als Romischer keiser gnediglich vernuwet, bestetiget vnd confirmirt inhalt vnser keiserlichen confirmationbriefe darumb vssgangen. Darumb so empfelchen wir vch mit diesem briefe, ernstlich gebietende, datz ir den obgenannten probsten, dechan, capitteln, stifften, kirchen, pfaffheiten inwendig vnd vsswendig der statt zu Spire vnd iren nachkommen daran dheynerley irrunge noch hinderniss thut, noch des andern jemantz von vwern wegen zu thunde gestatten in dheyne wise, sondern sie der geruchtlichen gebruchen, geniessen vnd gentzlich daby bliben lassen, als lieb vch sie vnser vnd des riches swere vngnade vnd die pene in den vorgemelten vnser vorfaren am riche vnd vnsern friheitten brieffen vnd privilegien begriffen zu vermeyden. Geben zu Wiene am erich tage nach sant Nicolaus tag nach Christi geburt vierzehen hundert vnd im sechszigsten, vnser riche des Romischen im ein vnd zwentzigsten, des keiserthums im nuynden vnd des Hungerischen im andern jare. Ad mandatum domini imperatoris Ulricus Weltzly cancellarius.

---

162. *Pius II. pabst mahnt den bischof Johann II. zu Speyer zur unterstützung des erzbischofes zu Mainz Adolf von Nassau. Rom.* 1461 *jan.* 8.

Pius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Spirensi salutem et apostolicam benedictionem. Non sine dolore accepimus, nobilem virum, Fridericum comitem palatinum Rheni, quem ante hoc dileximus plurimum et catholicum principem esse putavimus, mutata nunc mente, non sine infamia sua et domus in reprobum sensum esse conversum. Asseritur constanter ipsum, licet non ignoret, quo justo

judicio privatus sit Moguntinensi ecclesia iniquitatis et inobedientiae filius, Dietherus de Ysenburg, vi tamen et armis contra provisionem in personam dilecti filii Adolfi de Nassaw per sedem apostolicam factam, consurgere et castra quaedam atque oppida ejusdem ecclesiae in mercedem infamis peccati pactum fuisse. Ferre nos offensionem hujusmodi nec debemus, nec possumus; non est nostra injuria, haec est Dei, est sedis Romanae, est denique universalis ecclesiae, cujus est nobis cura commissa. Debet fraternitas tua, dum nomen ecclesiasticum gerit et jurata sit Romano pontifici pro honore cleri et communi ecclesiarum salute, ad haec curam convertere, nobis assistere, nec sinere, ut mandata apostolica saeculari potentiae in ludibrium cedant; si contemnemur nos, contemnitur in nobis coepiscoporum omnium dignitas et nobiscum invilescit omnis eorum auctoritas. Quamvis igitur hanc palatini injustam et turpem defensionem damnabilem tibi videri non dubitemus, praesertim cum ipse ex miseria Moguntinensis ecclesiae speret altior et potentior fieri, nichilominus ut tua quoque fraternitas, quod in animo gerit, admonita per nos audentius rem propriam perficiat: hortamur illam in Domino et per vinculum juramenti, quo nobis tenetur, districte requirimus, mandamus quoque sub excommunicationis latae sententiae, nec non interdicti, privationis quoque ecclesiae, cui praees, poenis, quas ferimus hiis scriptis et quas ipso facto non parens incurras: quatenus ipsi Diethero privato adhaerentibusque et complicibus ac sequacibus suis, quocunque nomine censeantur, neque auxilium, neque consilium, neque favorem, neque assistentiam ullam, nec denique suffragium aliquod verbo vel scripto vel opere, recte vel indirecte aut aliquo quaesito colore impendas, impendi ne facias, sed ipsi Adolfo, quem Romana sedes observatorem mandatorum suorum futurum confidit, illico et sine mora cum omni potentia assistas et pro honore nostro et pro salute Moguntinensis ecclesiae illum sedulo juves, facies rem Deo placentem, dignam catholico praesule et nobis admodum caram, qui per haec opera id solum curamus et cupimus, ut ordo ecclesiasticus ubique, sicut debet, ad laudem et gloriam Dei sit in honore. Rogamus fraternitatem tuam, ut de sua intentione, quam credimus bonam, de eo, quod fecerit, certiores nos quam primum efficiat. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, sexto idus januarii, pontificatus nostri anno quarto.

163. *Johannes II. bischof zu Speyer einverleibt die pfarrei Oberwesingen dem closter Frauenalb. Udenheim.* 1461 *feb.* 6.

Johannes Dei gratia episcopus Spirensis, universis Christi fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, salutem in Domino sempiternam cum notitia subscriptorum. Exposcit inter alia pastoralis officii nostri debitum, ut ea, quae ad sacrae religionis subsidium ac divini nominis cultum pertinere noscuntur, nostrae promotionis ac procurationis studio nostris temporibus recipiant incrementum. Cum itaque jus patronatus ecclesiae parochialis in superiori Wesingen nostrae dioecesis jam pridem per validum in Christo nobis dilectum Heinrici de Gertringen armigerum, dictae ecclesiae patronum, in religiosas et devotas in Christo nobis dilectas dominas, abbatissam et conventum monasterii monialium in Alba dominarum, ordinis sancti Benedicti dictae nostrae dioecesis, justo donationis titulo, ut asseritur, et de mera libertate rite et legitime pro divini cultus augmentatione sit translatum, prout in literis donationis desuper confectis sigillo ipsius Heinrici de Gertringen donationis ac validorum Johannis de Niefern et Pauli Lutran de Ertingen, pro tunc in Pfortzheim advocati, armigerorum, communitis plenius vidimus contineri. Ut igitur donatio hujusmodi suum consequi possit profectum et in perpetuum duratura persistat, nos Johannes episcopus praefatus ipsius Heinrici de Gertringen ac dictarum dominarum, abbatissae et conventus monasterii in Alba praedictarum ipsius inclinati servitiis, quae altissimo Deo in observantia die ac nocte impendere non desinunt, diligenter attendentes, venerandi domini Wiperti Rude, praepositi ecclesiae sancti Germani extra muros civitatis Spirensis, in cujus archidiaconatu eadem ecclesia est situata, ad id consensu et assensu accedente, ecclesiam in superiori Wesingen, seu jus patronatus ecclesiae praedictae ac translationem cum omnibus suis attinenciis, juribus et redditibus ipsi abbatissae et conventui in Alba dominarum et ipsarum monasterio donamus et auctoritate ordinaria roboramus et confirmamus, incorporamus et unimus in perpetuum tenendam et gubernandam, ita tamen, quod ad regimen ipsius ecclesiae saecularem presbyterum idoneum pro curatione ejusdem instituendo totiens, quotiens ipsam vacare contigerit, archidiacono loci pro tempore existenti, qui ecclesiae ipsi et populo ibidem pro esse et prodesse valeat, presentent, cui etiam provideatur in honesta et sufficienti competentia et portione, ut papalibus, episcopali-

Digitized by Google

bus, archidiaconalibus et aliis oneribus, juribus et obedientiis debitis et consuetis valeat respondere hospitalitatemque servare et tenere congruentem. In quorum donationis, incorporationis et unionis evidens testimonium sigillum nostrum et sigillum praedicti domini Wiperti praepositi praesentibus duximus appendendum. Nosque Wipertus praepositus antedictus fatemur publice sigillum nostrae praepositurae ad sigillum domini nostri episcopi Spirensis praefati coappendisse, in robur omnium praescriptorum. Datum in castro Udenheim feria sexta post festum purificationis gloriosae virginis Mariae, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

---

164. *Conrad von Bergen generalvicar des bischofes Johann II. zu Speyer bestätiget die stiftung der St. Erasmus pfründe in Kirrweiler. Speyer,* 1461 *mai* 15.

In nomine Domini, amen. Chunradus de Bergen, licentiatus in decretis, decanus ecclesiae sanctae Trinitatis, reverendi in Christo patris ac domini, domini Joannis episcopi Spirensis, in spiritualibus vicarius generalis et ad infrascripta specialiter deputatus, universis et singulis Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris, praesentes nostras literas inspecturis, salutem in eo, qui est omnium vera salus, cum notitia subscriptorum. Inter alia officii nobis crediti debetur, ut ea, quae pro divini cultus augmentatione fuerint, verbo et opere studeamus favorabiliter promovere, ex hoc enim aeternae retributionis meritum, temporalis prosperitatis augmentum cum fiducia possumus exspectare. Cum itaque discretus in Christo nobis dilectus Joannes, dictus Hatzenbuhel, pastor parochialis ecclesiae in Ossingen inferiori Spirensis dioecesis, de bonis sibi a Deo collatis, eadem utique terrena in coelestes thesauros cupiens commutare, quoddam novum ecclesiasticum beneficium seu capellaniam in parochiali ecclesiae villae Kirrwilre in altare ibidem in honore omnipotentis Dei, sanctorum Erasmi, decem millium martyrum, Nicolai episcopi, undecim millium virginum et Dorotheae virginis consecrato fundari, nec non institui ac etiam dotari affectet, ad quod seu quam assignavit et deputavit redditus annuos duorum plaustrorum vini, viginti modiorum siliginis et decem florenorum cedendos in terris et locis in literis desuper confectis ac registris conscriptis, intendens etiam illud cum decem florenis

annui census augmentatione conferendum et perpetuis futuris temporibus deserviens modo, formis et conditionibus subscriptis. Inprimis quidem dictus fundator voluit Cunoni, filio sororis suae, de ipso beneficio provideri et de eodem beneficio investiri eundem, nolens ipsum, nec quemcunque alium possessorem beneficii ejusdem, adstringi ad infrascripta onera beneficii, quousque ad summam augmentationis decem florenorum cum habitatione decenti perveniat et ut eo citius ad effectum hujusmodi deduci possit, voluit et vult sequestari fructus ipsius beneficii a termino confirmationis et a dato literae praesentis, quousque ad supradictorum habitudinem producatur, post obitum vero aut cessionem vel dimissionem ipsius Cunonis beneficii hujusmodi idem fundator Wendelinum, sororis ipsius fundatoris filium, ad idem beneficium praesentari et investiri. Deinde voluit et vult jus praesentandi ipsius beneficii ad ipsum Joannem Hatzenbuhel fundatorem et post ejus obitum ad propinquiorem et seniorem heredem ipsius utriusque sexus de sua generalogia annos discretionis et usum rationis habentem perpetue spectare debere, qui quidem, in quantum scolaris aut clericus fuerit et presbyterari voluerit, sibi ipsi de eodem beneficio providere, petere et ad illud institui et investiri possit aut alium de sua progenie existentem ad investiendum de eodem loci archidiacono praesentare, qui quidem presbyteratus et investitus ac de progenie ipsius existens, si studere voluerit, recipere possit redditus et fructus ipsius beneficii, ut praemittitur, et etiam augmentatos, quamdiu in studio privilegato studuerit et continue in eodem studio perseveraverit, ita tamen, quod procurabit singulis in hebdomadis supra altari dicto duas missas pro remedio animae ipsius fundatoris et suorum progenitorum ac benefactorum celebrari. Si vero nullus fuerit de ejus progenie modo praemisso praesentandus, ex tunc voluit ad ipsum beneficium, quotiens id vacare contigerit, praesentari personam status clericalis saecularem, habilem et idoneum, actu sacerdotem nullum beneficium ecclesiasticum obtinentem vel saltem talem, qui infra annum a die praesentationis ad sacerdotium possit promoveri, et ad id eundem obligatum esse voluit, qui quidem beneficiatus, etiam si de progenie ipsius fundatoris sit et non studuerit in studio, ut praemittitur, personalem residentiam beneficio in eodem facere debet, nec sibi aliqua absentia concedatur ac singulis in hebdomadis sine praejudicio plebani tres missas

Digitized by Google

ad minus in altari praedicto legere et celebrare teneatur et adstrictus sit ipsius fundatoris ac parentum ejus memoriam habere et pro eo debet fideliter orare. Si vero idem beneficiatus modo praemisso residentiam non fecerit aut in legendo missas negligens fuerit, ex tunc per subtractionem fructuum ipsius beneficii per archidiaconum loci per juris remedia ad illud faciendum compelli voluit et si emendari contempserit jussionibus archidiaconi non obtemperando, per episcopum Spirensem pro tempore existentem aut ejus in spiritualibus vicarium eodem beneficio privari. Voluit etiam idem fundator, ut beneficiatus residentiam faciens plebano singulis diebus dominicis ac festivis legendo, cantando et cum aquae benedictae aspersione circumeundo fideliter assistat ipsumque beneficium in structura, cultura ac bonorum conservatione fideliter conservet et deserviat, fraude et dolo penitus semotis, prout omnipotenti Deo desuper voluerit reddere rationem, correctionem nostram et successorum nostrorum ac superiorum divinamque ultionem effugere. Nobis igitur pro parte supradicti Joannis Hatzenbuhel fundatoris exstitit supplicatum, ut eandem fundationem, dotationem et erectionem auctoritate ordinaria ratificare, approbare et confirmare dignaremur. Nos igitur Chunradus vicarius praefatus precibus hujusmodi favorabiliter annuentes ac ipsius fundatoris pium propositum considerantes, cum etiam juste et rationabiliter petentibus consensus non sit denegandus, praescriptam fundationem, dotationem et erectionem cum omnibus et singulis punctis, clausulis et conditionibus annexis et appositis supradictis ratificamus, roboramus, approbamus ac ad laudem omnipotentis Dei et ejus nominis cultum ac divini officii amplectationem auctoritate ordinaria domini nostri Spirensis nobis commissa, qua specialiter fungimur, in hac parte effectualiter confirmamus, nec non discretum in Christo nobis dilectum Cunonem, ipsius fundatoris sororis filium supradictum, ad ipsum novum beneficium, ut praemittitur, electum in Dei nomine per libri traditionem investimus praesentibus, investivimus et sibi de eodem providimus et providemus, mandantes et districte praecipientes honorabili in Christo nobis dilecto domino decano sedis in Wilre sub Rieppurg, quatenus eundem Cunonem ad dictum beneficium in et ad corporalem, realem et actualem possessionem juriumque et pertinentiarum omnium ejusdem inducat sibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et singulis obventionibus ac

unius beneficii ejusdem ab omnibus, quorum interest, integre faciat responderi, adhibitis circa haec sollemnitatibus in his fieri solitis et consuetis. Ut autem fundatio, dotatio, erectio nostraque hujusmodi ratificatio, approbatio, roboratio et confirmatio rata et firma permaneat ac in posterum propter temporis diuturnitatem a memoria hominum non recedat, praesentes nostras literas conscribi fecimus et sigilli nostri appensione legitime communiri. Datum et actum Spirae in curia habitationis nostrae in crastino ascensionis Domini anno ejusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

---

165. *Friedrich I. kurfürst schliesst mit der stadt Speyer einen besondern schutzvertrag ab. Heidelberg,* 1461 *aug.* 14.

Wir Friderich von Gots gnaden pfaltzgraf by Rine etc. bekennen vnd tun kunt etc. Als wir die ersame wisen, vnser lieben besundere burgermeister, rate vnd stat zu Spire in vnsern sunderlichen schirme entpfangen vnd vffgenommen han, nach lute der verschreibunge zuschen vns vnd ine daruber gegeben vnd versiegelt, der datum steet vff dinstag nach dem sonntag Laetare, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo vnd in den itz gemelten verschribunge begryffen ist, das wir vnsern lebtagen gantz vss vnd nach vnserm tode vnser erben ein jare darnach nehst folgende, ein offnunge vnd hilff zu Spire haben vnd vns daruss vnd darinne behelffen mogen, nach lute derselben verschribunge, da bekennen wir hertzog Friderich obgenannt, das wir vnd vnser erben offenunge der stat Spire vnd auch der hilff widder keynen bischoff zu Spire, der ire confirmation, fryheit vnd recht helt, nit gebruchen sollen, es wurde dann durch eyleff vnser rate von graven, herren doctores, ritter vnd edelknechte, die man am nehsten han mag, die die obgenannte burgermeister vnd rate zu Spire vngeverlich vss vnsern reten benennen sollen, dieselben wir auch in der sache irer eyde vns getan, ledig zelen vnd sie dann, nach der von Spire furbringunge vnd vnser antwort daruff samentlich oder des merer teile vnder ine vff ir eide erkannt, das vns die obgenannte burgermeister, rat vnd stat zu Spire mit erer der offenunge gebruchen lassen vnd auch die hilff tun vnd schicken mogen widder einen bischoff zu Spire. Doch ob die stat Spire vns anruffen wurde, ine widder einen bischoff zu Spire beholffen zu sin, so mochten wir zu der zyte widder

einen bischoff zu Spire der offenunge vnd der hilff gebruchen, vmb vnser vnd der von Spire gebreche, die wir oder sie vff dieselbe zyte zu einem bischoff von Spire hetten, also das die stat zu Spire sich an vns hertzog Friderichen vnd wir hertzog Friderich obgenannt auch an einen rat der stat Spire mit eynem bischoffe von Spire nit richten vnd die stat Spire sich auch nit ferner zu einem bischoff von Spire verbinden soll, dann sie vff diess zyte von irer huldunge verbunden ist, es sy dann, das sie vns vnd die obgemelten verschribunge vnd eynunge, so itz vnd zuschen ine vnd vns sint, ganz vssnemen vnd auch das sie solich verbuntnisse, ob sie sich von nuwen vnd ferre zu einem bischoffe von Spire verbunden wurden, in der erkenntnisse, so durch die obgemelten eyleff von vnser rate in obgeschriebener masse gescheen solt, nit furwenden sollen vnd auch das die stat Spire einen bischoff von Spire widder vns kein hilff oder bystand thun solle. Vnd des zu vrkunde haben wir hertzog Friderich obgenannt vnser' ingesiegel thun hencken an diesen brieff. Datum Heidelberg sexta feria post Laurentii martyris anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

---

166. *Johannes II. bischof zu Speyer errichtet mit Ludwig herzoge und pfalzgrafen zu Veldenz eine schirmeinung. Udenheim.* 1462 *feb.* 28.

Von Gots gnaden wir Ludwig pfaltzgrave by Rine vnd grave zu Veldenz, fur vns vnd vnser erben, vnd wir Johann bischofe zu Spire, fur vns, vnser nachkommen bischofe vnd stiefft zu Spire, tun kunt vnd bekennen offenbare mit diesem brieff allen den, die ine sehent vnd horent lesen, das wir nach zyttigen rate vnser frunde durch sunder liebe vnd fruntschafft, auch vnsern landen vnd luten zu nutze vnd frieden, vnd der spenne vnd widerwillen halb, so wir, auch die von Landawe, die vns bischoff Johann zusteend, beider site zu vnd gegen einander vmb nahme vnd beschedigunge itweder site von vns vnd den vnsern in den kriegen, als vnser vetter vnd gnediger herre, hertzoge Friderich der pfaltzgrave, vnser hertzog Ludwigs vnd der graven von Lyningen fient war in dem nehst vergangenden jare, auch was von nahme vnd zugriffe in solichen vnd andern vnser hertzog Ludwigs kriegen darvor vnd bis vff diesen hutigen tag beidersyts bescheen sint, geeynigt, vbertragen vnd ge-

richt haben wollen vnd sollen, auch die itzunt vnd hinfur zu ewigen tagen von vns beiden teilen, vnsern erben vnd nachkommen vor gericht gehalten werden ane alle geverde. Haben vns auch fur vnser erben, nachkommen, bischofe vnd stieffte zusammen verbunden vnd vereyniget, vereynigen vnd verbinden vns auch also mit einander in crafft diess brieffs zehen jare, die nehsten von datum diess brieffs anzurechnen, in massen hernah geschrieben steet. Zum ersten, so sollen vnd wollen wir einander die obgeschrieben jarezale vss ganzen, guten truwen, meynen, eren vnd fordern an allen enden, wo des not ist vnd als dicke sich das geburt, auch vnser einer dem andern vnd den sinen, in sinen landen vnd gebieten feylen, kauff gonnen vnd gestatten ane geverde. Item vnser keyner, noch vnser erben vnd nachkommen, sollen auch in der vorgeschrieben zyte mit dem andern nit zu vehden oder fientschafft komen, auch widder einander nit sin oder thun, noch den vnsern, der wir mechtig sin, gestatten vnd auch einer des andern offen widdersagsfienden in sinen slossen, stetten vnd gebieten wissentlich nit husen oder halten, noch eynige zuschiebunge thun oder gescheen lassen ane geverde. Vnd ob vnser eines fiende daruber in des andern sloss, stette oder gebiete ritten oder kummen, als balde wir oder vnser amptlute das gewaren vnd innen werden, so sollen vnd wollen wir dem oder denselben zu stunt sagen, oder die vnsern sagen lassen, von dannen zu ritten vnd furbass nit mee in vnser sloss zu kummen, als dicke des not beschiecht vngeverlich. Wer es auch, das sich nach datum diess brieffs zuschen vns oder vnseren amptluten ycht verhandelt oder verlieffe, das nit geistlich oder vmb lehen were, darumb wir forderunge an einander gewonnen, were dann die ansprach vff vnsers hertzog Ludwigs syten, so sollen wir zu einer iglichen zyte, als dicke des not geschiecht, einen gemeynen nemen vss des obgenannten bischofe Johann reten, nemlich herr Wiprecht von Helmstat, ritter herrn Hansen seligen son, Hansen von Entzberg vnd Diether von Angelach, der auch wir bischoff Johann mechtig sin sollen. Were aber die ansprach vff vnser bischoff Johann syten, so sollen wir zu einer iglichen zyte, als dicke des not beschicht, einen gemeynen nemen vss des obgenannten hertzog Ludwigs reten, mit namen Johannes Hubenryss von Odenbah, Sifried von Lewenstein vnd Simont Mauchenheimer von Zweibrucken, derselben auch wir hertzog

Universis et singulis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis et praesertim illi vel illis, quem vel quos infrascriptum tangit negotium aut tangere poterit quomodolibet in futurum, Conradus de Bergen, licenciatus in decretis, decanus ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis, reverendi in Christo patris et domini, domini Joannis, episcopi Spirensis, in spiritualibus vicarius generális, subexecutor, ad infrascripta ab eodem domino Joanne, episcopo Spirensi executore deputatus, salutem in Domino sempiternam et praesentibus fidem indubiam adhibere. Literas sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii, divina providentia papae secundi, ejus vera bulla plumbea in cordula canapis more Romanae curiae impendente bullatas, sanas et integras, non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, praefato domino Joanni, episcopo Spirensi, in eisdem literis executori deputato, nobis praesentibus coram notario publico et testibus ad hoc vocatis, per providos viros, scultetum et scabinos villae Espach, Spirensis dioecesis, ipsorum, nec non validi viri Friderici de Fleckenstein domini ac inhabitatorum et incolarum ejusdem villae Espach principalium in dictis literis personaliter nominatorum nominibus, noveritis praesentatas, quas quidem literas apostolicas idem dominus Joannes episcopus Spirensis, executor, cum ea, qua decuit, reverentia recepit, quarum tenor sequitur et est talis: Pius etc. (sicuti supra Nrs. 155.) Post quarum quidem literarum apostolicarum praesentationem et receptionem, ut praemittitur, factas supradicti scultetus et scabini, quibus supra nominibus eundem dominum Joannem episcopum et executorem debita cum instantia requisierunt, quatenus ad executionem earundem literarum apostolicarum et contentorum in eisdem juxta traditam seu directam sibi a sede apostolica formam praecedere dignaretur, cum autem idem dominus Joannes episcopus Spirensis et executor aliis arduissimis nogotiis sibi et ecclesiae suae incumbentibus praepeditus hujusmodi negotii executioni intendere non possit aut

interesse, nobis Conrado supradicto vicario in praesentia notarii et testium ad hoc rogatorum et vocatorum idem negotium audiendum, pertractandum et fine debito cum singulis emergentibus dependentibus et connexis terminandum vivae vocis oraculo commisit, nos in subexecutorem substituendo et deputando. Nos igitur Conradus decanus, vicarius et subexecutor antedictus, attendentes requisitionem antedictam fore justam et consonam rationi ac volentes mandatum apostolicum reverenter exequi, ut tenemur, ad supradictorum sculteti, scabinorum ac incolarum instantiam venerabiles et religiosos fratres, priorem et conventum ad Steigam oppidi Landaw ac rectorem, nec non honestos viros juratos parochialis ecclesiae villae Lensweiler, dictae Spirensis dioecesis, omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes ad dicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra praeinsertas literas apostolicas dicere sive excipere voluerint, nec non videndum et audiendum de et super verificatione et probatione deductorum et narratorum in dictis literis apostolicis, nonnullos testes produci, recipi et ad jurandum admitti jurarique, interrogari, examinari, nec non post diligentem informationem per nos super praemissis faciendam, villam Espach cum inhabitatoribus et incolis ejusdem praesentibus et futuris, quoad curam animarum et alia jura parochialia, a parochiali ecclesia in Lensweiler separari et capellam sancti Anthonii in dicta villa Espach consistentem in parochialem ecclesiam erigi illique dictam villam Espach cum inhabitatoribus et incolis praefatis in parochiam adsignari ac alias ad plenariam dictarum literarum apostolicarum totalem executionem procedi, vel dicendum et causas, si quae habebantur rationales, ut praemissa fieri non debebant, allegandum, per quasdam nostras certi tenoris literas citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem. In quo, quia citati praedicti nihil contra praedictas literas apostolicas excipere curarunt, nonnullos veridicos testes pro parte sculteti, scabinorum et incolarum villae Espach productorum super verificatione commissionis hujusmodi juratos recepimus et examinavimus eorumque dicta et depositiones in scriptis fideliter redigi fecimus et quia ex dictis et depositionibus testium hujusmodi aliasque diligentem informationem desuper per nos habitam invenimus et reperimus, omnia et singula in dictis literis apostolicis contenta, narrata et deducta veritate fulciri, cum etiam incolae et inhabitatores

Digitized by Google

villae Espach sufficientem dotem pro plebano videlicet quadraginta quinque et dimidium modios et octavam siliginis, decem et novem amas vini, quarum tres existunt parvae mensurae, unam libram undecim solidos, sex denarios et quatuor hallensium cedentes in locis et terminis in quodam registro nobis praesentato conscriptis, similiter unum jugerum prati, domum seu habitationem pro plebano per ipsos construendam et aedificandam cum horto et minuta decima in Espach una cum offertoriis et aliis juribus parochialibus, deputassent et assignassent: supplicationibus supradictorum sculteti, scabinorum et incolarum villae in Espach inclinati et annuentes, authoritate sedis apostolicae capellam sancti Anthonii in Espach in parochialem ecclesiam, cum fonte baptismali, cimiterio, campanis, campanili et aliis parochialibus insignis, praedictorum prioris, rectoris et conventus dicti monasterii ad Steigam ad id et, ut praefertur, accedente consensu coram nobis expresse dato et exhibito, juxta dictarum literarum apostolicarum vim, formam et tenorem ereximus praedictamque villam in Espach cum omnibus utriusque sexus inhabitatoribus et incolis suis praesentibus et posteris, quoad curam animarum et alia parochialia jura, ab ecclesia Lensweiler segregavimus eidemque capellae sancti Anthonii in Espach, sic per nos erectae, pro parochianis et parochia subjecimus, ita tamen, quod a sculteto, scabinis et inhabitatoribus ibidem ipsi novellae ecclesiae ac ipsius inhabitatori et domo plebaniae sine omni damno, juvamine, praejudicio et subventione prioris et conventus ad Steigam oppidi Landaw ac etiam plebani et communitatis in Lensweiler, in structura, ornamentis, libris, oleo, cera, calicibus et aliis ad divinum cultum requisitis et necessariis, perpetuo et in aevum provideatur, et si quid de praedictis redditibus erectae plebaniae decresceret, ibidem restauretur ac refundetur realiter et cum effectu, in recompensationem vero segregationis et erectionis hujusmodi plebano in Lensweiler, pro tempore existenti, quinque florenos annuae pensionis cum centum florenis et duo maldra siliginis similiter annuae pensionis cum duodecim libris denariorum reemendis singulis annis festo Martini persolvenda ipsis priori et conventui, de quibus incolae et inhabitatores villae Espach respondere debent, deputavimus et assignavimus, prout erigimus, segregamus, subjicimus et deputamus atque assignamus. Volumus etiam, quod ipse prior et conventus singulis annis dicto festo Martini juratis ecclesiae in Lensweiler de tribus florenis satis-

faciant, quousque eosdem tres florenos cum sexaginta florenis cumulatim vel vicissim, videlicet cum viginti florenis unum florenum redimant et se de eisdem exonerent, in finem, ne de salario campanatoris, structura turris, cimiterii, reformatione librorum, calicum et aliorum ecclesiasticorum ornamentorum, in quibus incolae villae Espach eisdem propriis necessitatis tempore subvenire et succurrere obligati extiterant, conqueri possint. Insuper authoritate apostolica qua supra collationem dictae novellae ecclesiae, quotiens eam in antea vacare contigerit, priori et fratribus conventus ad Steigam supradictis perpetuo reservamus, qui vacationis tempore personam ad hoc habilem et idoneam status clericalis saecularis ad tempus debitum et a jure statutum, loci archidiacono ad investiendum et instituendum praesentare debent. Qui dum investitus fuerit, omnia et singula jura et onera spiritualia, episcopalia ac archidiaconalia, quae de jure vel consuetudine exhiberi et persolvi debent, persolvet et sustinebit citra quodcunque dictorum religiosorum, prioris et conventus gravamen, contradictione quacunque non obstante, ipseque investitus continuam et personalem residentiam apud eandem novellam ecclesiam faciet, dolo et fraude in praemissis penitus exclusis. Rursum in Christo nobis dilecto Joanni Fassnacht, de consensu ac voluntate praemissorum prioris et conventus, eandem novellam parochialem ecclesiam in Espach in titulum perpetui beneficii ecclesiastici contulimus et assignavimus sibique in Dei nomine per libri traditionem providimus, de eadem investientes et instituentes eundem, curam subditorum et regimen animarum ejusdem novellae parochialis erectae ecclesiae sibi committentes, mandantes et districte decano sedis in Herxheim praecipientes, quatenus eundem Joannem ad plebaniam hujusmodi et ejus corporalem, realem et actualem possessionem ac omnium jurium et pertinentiarum ejusdem inducat sibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis ipsius novae plebaniae integre ab omnibus, quorum interest, faciat responderi ac a subditis et parochianis ejusdem obedientiam et reverentiam debitas exhiberi, adhibitis circa haec sollemnitatibus debitis et consuetis. Quae omnia et singula praemissa, nec non hujusmodi processum et contenta in eodem omnibus et singulis supradictis, communiter vel divisim, intimamus, insinuamus et notificamus ac ad vestram et cujuslibet vestrum notitiam deducimus et deduci volumus per praesentes, ne de praemissis ignorantiam seu excusationem ali-

quam praetendere valeatis, seu aliquis vestrum possit aut valeat quomodolibet in futuris allegare. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in oppido Landaw feria quarta post festum beati Anthonii confessoris, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

---

175. *Johannes II. bischof zu Speyer verleiht dem priester Johannes Herrenhanns von Candel die pfarrei Jockgrim. Udenheim,* 1463 *oct.* 6.

Johannes Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis, devoto in Christo nobis dilecto Johanni Herrenhans de Cannel, clerico nostrae dioecesis, salutem in Domino sempiternam. Laudabilia probitatis ac virtutum tuarum merita, quibus apud nos fide dignorum commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratias reddamur liberales. Hinc est, quod vacante plebania seu vicaria ecclesiae parochialis oppidi nostri Jochgryme per liberam resignationem Johannis Clinger, novissimi ejusdem possessoris, cujus collatio, provisio et quaevis alia dispositio ad nos pleno, dum vacat, jure dignoscitur pertinere, praemissorum meritorum tuorum intuitu, dictam plebaniam seu vicariam, praefato aut alias quovis modo vacantem, cum omnibus ejusdem juribus, pertinentiis et obventionibus auctoritate nostra ordinaria tibi pure, simpliciter et propter Deum contulimus ac in Dei nomine per praesentes conferimus, providemus et investimus de eadem, curam animarum subditorum et regimen ipsius parochialis ecclesiae, collationem sacerdotalis ordinis tibi factam committentes, mandantes districte ac in virtute sanctae obedientiae praecipientes, in Christo nobis dilectis decano et camerario sedis ruralis in Hergesheim et eorum cuilibet in solidum, quatenus te ad dictam plebaniam seu vicariam in et ad ejus corporalem, realem et actualem possessionem omniumque jurium et pertinentium ejusdem inducant tibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus suis universis integre, realiter et cum effectu ab omnibus et singulis, quorum interest, faciant responderi, adhibitis in et circa haec sollemnitatibus debitis et consuetis. In quorum robur et testimonium evidens sigillum nostrum praesentibus jussimus appendi. Datum in castro nostro Udenheim quinta feria post Francisci confessoris, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

---

176. *Conrad von Bergen generalvicar des bischofes Johannes II. zu Speyer vereint, erneuert und ordnet die capellenpfründe zu Mühlhofen. Speyer,* 1464 *märz* 14.

In nomine Domini, amen. Conradus de Bergen, licentiatus in decretis, decanus ecclesiae sanctae Trinitatis Spirensis, reverendi in Christo patris et domini, domini Joannis episcopi Spirensis, in spiritualibus vicarius generalis et ad infrascripta specialiter deputatus, universis Christi fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, salutem in eo, qui est omnium vera salus, cum notitia subscriptorum. Exposcit inter alia officii nobis commissi debita, ut ea, quae ad divini cultus augmentum pertinent, verbo et opere studeamus favorabiliter promovere et ut populum christianum, sub jurisdictione dicti domini nostri constitutum, ad hoc faciendum attentius incitemus. Cum itaque jam dudum in Christo nobis dilecti discretus dominus Petrus Bannacker et honestus Joannes Bannacker, ejus genitor, bona eorum terrena in coelestes thesauros commutare cupientes, nonnullos annuos redditus pro beneficio ecclesiastico in capella Mulhoven, sub terminis parochialis ecclesiae in Bullickeim Spirensis dioecesis constituta, super altare beatae Mariae virginis fundando et erigendo sub certis punctis et clausulis deputassent, eadem tamen erectio propter tenuitatem reddituum usque ad praesens nullum consecuta sit effectum sicque in eadem capella quoddam aliud beneficium super altare beati Nicolai dudum institutum, erectum et dotatum etiam sub certis clausulis, punctis et forma, de quibus propter fundationis literae sigilli carentiam legitime doceri non poterit, quod quidem beneficium similiter in suis redditibus tenue et exiguum exstitit, itaque possessor ejusdem beneficii victum habere inde non potuit, ac eapropter incolae villae Mulhoven papulo divino quam pluries fuerunt destituti, attento etiam, quod infirmi et senes hyemali ac lucoso, similiter et juvenes guerrarum temporibus parochialem ecclesiam in Bullickeim commode visitare nequeant, nobis pro parte incolarum villae Mulhoven supradictae humiliter supplicatum exstitit, quatenus ipsis super praemissis de opportuno remedio providere dignaremur et si fructus eorundem altarium unirentur, beneficiatus pro tempore apud incolas eosdem commodius habitare poterit ac eos divino papulo reficere. Nos igitur volentes praedictorum supplicantium piis et devotis desideriis subvenire, accedente ad id consensu venerandorum et honorabilium dominorum decani et capituli ecclesiae Spirensis, collatorum

beneficii praedicti altaris sancti Nicolai in Mulhoven, nec non Joannis Schaff, plebani parochialis ecclesiae in Bullickeim ac etiam supradicti domini Petri Bannacker, erogatoris, ut praemittitur, reddituum beneficii erigendi super altare beatae Mariae virginis, redditus ejusdem altaris beatae Mariae virginis, redditibus beneficii altaris sancti Nicolai capellae praedictae in Mulhoven, qui, ut intelleximus, simul computatis ad summam triginta florenorum et ultra se extendunt, cum habitatione propria de redditibus capellae servanda et aedificanda, prout in literis, libro animarum et registris desuper confectis plenius dicitur contineri, univimus ac praesentibus perpetuo unimus, volentes, quod redditus praedictorum altarium beatae Mariae virginis et sancti Nicolai perpetuis futuris temporibus per beneficiatum altaris sancti Nicolai sublevari debeant et sub titulo altaris sancti Nicolai appellari ac intitulari. Nichilominus etiam institutionem ejusdem beneficii renovamus et innovamus modo subscripto, volentes, nec non auctoritate ordinaria decernentes, quod cum ad praesens supradictus Petrus Bannacker de beneficio altaris et capellae sanctae Katharinae virginis, in pede montis sancti Germani extra muros civitatis Spirensis, ad capellaniam altaris sancti Nicolai, quam hucusque discretus dominus Matthias Otmann obtinuit, per nos ex causa permutationis ordinaria auctoritate translatus exstitit, redditus et proventus dictorum altarium et beneficii sublevare et percipere debeat et onera subscripta sufferre et supportare. Cui etiam idem beneficium dicta ordinaria auctoritate ac vice contulimus, nec non de eodem in Dei nomine per libri traditionem providimus ac eundem investivimus. Post ejus vero obitum jam dictus dominus Matthias, si supervixerit, per patronos et collatores subscriptos ad idem beneficium praesentari debet. Deinde perpetuis temporibus futuris ejusdem beneficii altarium beatae Mariae virginis et sancti Nicotai collatio seu praesentatio ad illud, quotienscunque vacaverit aut vacari contigerit, ad venerandos dominos, decanum et capitulum ecclesiae Spirensis praedictae spectare et pertinere debet, qui idem beneficium personae saeculari status clericalis habili et idoneae, bonae et honestae conversionis, actu sacerdoti, aut qui infra annum ad sacerdotium promoveri possit et valeat, conferre debeat et ad investiendum loci archidiacono praesentare infra tempus debitum. Qui quidem beneficiatus nullum alium beneficium officiare debet, ac personalem residentiam in villa Mulhoven facere adstrictus sit

et teneatur et ibidem singulis diebus dominicis per se vel per alium, si legitime praepeditus impedimento, aquam benedicere et adspergere ac dies festivos in ebdomada concurrentes incolis ibidem notificare et pronuntiare debet, similiter singulis in hebdomadis duas missas in altari beatae Mariae virginis et duas alias missas in altari sancti Nicolai celebrare, etiam necessitatis tempore sacramenta eucharistiae et extremae unctionis infirmis porrigere ac mulieres post partum in capellam introducere et consueto modo benedicere et in festivitatibus summis una cum incolis villae Mulhoven matricem ecclesiam in Bullickeim visitare et ibidem divinis interesse et in eisdem diebus plebano assistere in cantando, legendo ac circueundo, etiam confessiones incolarum villae Mulhoven, dummodo per plebanum in Bullickeim jussus fuerit, audire debet et tenetur. Et si idem beneficiatus unam vel plures missas celebrare neglexerit, illam vel illas infra quindecim dies immediate sequentes legere tenetur, in quo si remissus fuerit, jurati capellae in Mulhoven pro qualibet neglectarum missarum decem et octo denarios monetae currentis de fructibus beneficii sublevare debent et in utilitatem ipsius beneficii convertere. Redditus etiam ipsius beneficii in cultura et bonorum conversationem idem beneficiatus observare et idem beneficium reservire debet, prout omnipotenti Deo desuper voluerit reddere rationem, ultionem divinam effugere correctionemque nostram et superiorum ac successorum nostrorum formidare, facta fraude et dolo in omnibus praemissis semotis. Nos igitur domino decano sedis in Hergesheim districte praecipiendo mandamus, quatenus supradictum dominum Petrum Banacker ad idem beneficium altarium beatae Mariae virginis et sancti Nicolai et ad ejus temporalem, realem et actualem possessionem ac omnium jurium et pertinentiarum ejusdem inducatis sibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis ipsius beneficii ab omnibus, quorum interest, responderi faciatis, adhibitis circa haec sollemnitatibus debitis et consuetis. Ut autem hujusmodi nostra renovatio, innovatio et altarium praedictorum et reddituum eorundem unio rata permaneat et a memoria hominum non recedat, praesentes literas conscribi fecimus et nostrum unacum venerandorum ac honorabilium dominorum, decani et capituli ecclesiae Spirensis praedictae sigillis fecimus communiri. Quod et nos, Joannes de Stetenberg, decanus et capitulum ecclesiae Spirensis fatemur et recognoscimus per

praesentes, praedictam renovationem et innovationem ac confirmationem omniaque praemissa de nostro consensu et assensu facta fuisse. Datum et actum Spirae feria quarta post dominicam Laetare, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

---

177. *Ludwig pfalzgraf bei Rhein und graf von Veldenz gestattet seinem lehensmanne Friedrich von Fleckenstein, dessen antheil am zehenten zu Bellheim verkaufen zu dürfen. Wachenheim,* 1464 *juni* 12.

Wir Ludewig von Gots gnaden pfaltzgraffe by Rynne, hertzog inn Beyern vnd grave zu Veldentz, bekennen vnd thun kund offenbare mit diesem brieffe. Als der edele, vnser lieber getruwer Friderich von Fleckstein zu Madenberg, herr zu Dagstule, sin altfordern vnd voraltern von vns vnd vnser graffeschafft zu Veldentz zwey teil des grosen vnd eyn drittel des kleinen zehenden zu Belnheym im Spirer bistum gelegen, mit sampt dem kirchensatze vnd verliehung der kirchen doselbs, mit allen anderen ieren inn- vnd zugehorden zu mannlehen bisher entpfangen, ingehabt vnd besessen, nach lute vnsers salebuchs vnd der brieffe daruber sagende vnd vns nu an desselben mannlehens statt ander sin eygen guter verlegen vnd wider zu mannlehen haben vnd tragen soll, nach lute des brieffs vns davon vbergeben. Darumb vnd auch angesehen siner altfordern vnd voraltern vnd sin getruwen dancknemige dienste, die sie vnsern voraltern vnd vns gethan haben, auch der genant Friderich vnd sin sone furbas thun sollen vnd mogen: so haben wir mit rechter wissen vnd bedachtem mute von besundern gnaden solichen vorgemelten zehenden vnd kirchensatz mit allen ieren zugehorungen demselben vnserm lieben getruwen Friderich obgenant geeygenet vnd daran alle vnd jeglicher dinstbarkeit, pfliechte, buntenis, rechte vnd gerechtikeit, was, wie vnd in welchen weck sie vns vnd vnser herrschafft der obgeschrieben manlehenschafft bisher verbunden vnd hafft gewest sint, oder hinvor sin solten oder mochten, quit vnd ledig gesagt, eygenen auch vnd sagen die also ledig vnd los, wissentlich in krafft dies brieffs, gonnen, verwilligen vnd erlauben auch, das der vorgenant Friderich solich zehende vnd kirchensatz mit allen ieren rechten vnd zugehorden glich anderen sinen ledigen eygen gutern den vorwessener der

gemeynen presentz des mehrern stiffts zu Spire, oder andern, wann vnd wie er will, vor fry, ledig, eygen verkeuffen, vergifften vnd gewerren mag, one allen intrage, hindernis vnd widerrede vns, vnser erben vnd nachkommen vnd menglichs von vnsern wegen one alle geverde. Des zu vrkunde haben wir vnser majestat ingesiegel an diesen brieff dun hencken, der geben ist zu Wachenheym off dienstag nach sant Bonifacien tag, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

---

178. *Friedrich I. kurfürst der Pfalz verpflichtet sich seinem kanzler Matthias von Rammung zum besonderen schirme des hochstiftes Speyer und belassung im amte, wenn Matthias bischof werden sollte. Heidelberg,* **1464** *juni* **25.**

Wir Friderich von Gotts gnaden pfaltzgraffe by Ryne, hertzog zu Beyern, des heiligen Romischen richs ertztruchsess vnd kurfurst, bekennen offentlich mit diesem brieffe, fur vns, den hochwirdigen fursten, vnsern lieben sone, hertzog Phillipsen vnd vnser beider erben, die pfaltzgraffen by Ryne, des heiligen Romischen riches ertztruchsessen vnd kurfursten sint. Als der erwirdig in Gott vatter, vnser lieber besundere frund, herr Johann bischoff zu Spire, sich verpflichtet hat, den stifft Spire vffzugeben vnd vff den wirdigen vnsern cantzler vnd lieben getruwen herrn Mathis Rammung kommen zu lassen, inhalt verschribung daruber sagende, derselbe vnser cantzler vns vnd vnserm furstenthum der pfaltzgraffeschafft by Ryne bitzhere viel dancknemer getruwer dinst gethan hat vnd furbass thun mag vnd wiewole der benant vnser frundt von Spire, sin nachkommen vnd der stifft Spire in vnser vnd vnsers egenannten furstenthums erblichen schirme ist vnd sin sollen: so haben wir doch die obgemelten vnsers cantzlers dinste angesehen vnd vss zittiger vorbetrachtung vnd radt, obe ess sich begebe, dass derselbe vnser cantzler zu dem stiffte Spire kommen vnd den zu sinen handen bringen wurde, des wir ime hulfflich vnd furderlich sin wollen, daz wir alsdan denselben vnsern cantzler, den stifft Spire vnd desselben stiffts lande, lute vnd angehorige vnd die ime erblich zu versprechen steen, geistlich vnd weltlich, vss sunder neygung vnd begierlichkeit, in vnsern sunderlichen schutzen, schirmen versprochen haben vnd getruwelich hanthaben, schutzen, schir-

men vnd schuren sollen vnd wollen, als vnser selbs lande, lute vnd angehorige, so ferre wir ir zu recht mechtig sint vor vns vnd vnsern retden oder an den enden sie von vns vnd vnsern retden mit recht hingewiesen werden. Wir sollen vnd wollen vns auch des stiffts Spire stette, slosse, gebiett, geleyde vnd an andere gerechtigkeit nit vnderziehen oder daran vergeweltigen, verunzechten, vnsern amptluten, angehorigen oder jemant anders derglichen zu thun gestatten, sondern getruwelich darfur vnd widder sin nach vnserm besten vermogen vnd vnser handt zu gnaden allezit vber denselben vnsern cantzler vnser cantzelyamt gebruchen vnd des zehen jare lang nechst nach datum dis brieffs folgende geniessen lassen als bitzher, vnd auch so lange er lebet in vnserm hoffe mit acht reysigen pferden vnd so viel diener vnd knechten in vnserm eygen costen vnd futter halten vnd zu sundern gnaden meynen vnd haben. Gereden vnd versprechen auch by vnsern furstlichen eren, wirden vnd by guten truwen vnd in crafft diss brieffs alles vnd iglichs obgemelt ist, des benanten vnsers cantzlers leptagen lang vnd die zytt er den stifft Spire inn handt hat, veste, stete vnd vnverbruchlich zu halten vnd darwidder nit zu thun, noch schaffen gethan werden in dheyne wise sunder alle geverde. Vnd des zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel mit rechter wissen thun hencken an diesen brieffe. Vnd diewile der benannt vnser cantzler vnser ingesiegel vff diese zytt in siner gewaltsam hat von vnsern wegen vns auch zu noch merer sicherheit mit vnser selbs handt herunden geschrieben vnd geheissen des obgenannten vnsers sones hoffmeister, vnsern lieben getruwen Swickern von Sickingen ritter, sin ingesiegel auch zu dem vnsern heran zu henken. Des ich Swicker obgenant bekenne von geheiss des benannten mynes gnedigen herrn also gethan habe. Datum Heidelberg am montag post nativitatis Johannis baptistae, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

---

179. *Pius II. pabst zeigt dem rathe der stadt Speyer und den bisthumsgenossen an, dass bischof Johannes II. zu Speyer auf seine würde verzichtet und Matthias an dessen stelle erhoben sei. Ancona,* 1464 *aug.* 8.

Pius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, populo civitatis et dioecesis Spirensis, salutem et apostolicam bene-

dictionem. Hodie ecclesiae Spirensi tunc ex eo, quod venerabilis frater noster Johannes, episcopus tunc Spirensis, regimini dictae ecclesiae, cui tunc praeerat, per certum procuratorem suum, ad hoc ab eo speciale mandatum habentem, in manibus nostris ex certis et rationabilibus causis sponte et libere cessit, nosque cessionem ipsam admisimus, pastoris solatio destitutae, de persona dilecti filii Matthiae electi Spirensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum, accepto de ipsorum fratrum consilio, duximus auctoritate apostolica providendum, praeficiendo ipsum eidem ecclesiae in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur, attente per apostolica scripta mandantes, quatenus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse in nobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benevolum gaudeatis. Datum Anconae anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, sexto idus augusti, pontificatus nostri anno sexto.

---

180. *Johannes II. bischof zu Speyer weiset seine bisherigen untergebenen an, dem neuen bischofe Matthias zu huldigen und zu gehorchen.* 1464 *sept.* 16.

Wir Johann von Gotts gnaden bischoff etwane zu Spire, entbieten allen vnd yglichen vnsern vnd des gemelten stiffts Spire obern vnd vndern amptluten, auch allen schultheissen, riechtern, scheffen, dorffmeistern vnd gantzen gemeinden, der schloss, stette, flecken, dorffern vnd wylern zu dem genannten stifft Spire gehorig, vssgenommen die zu Bruchsal vnd zu ober vnd vnder Grumbach, vnsern gruss vnd tun vch zu wissen. Als wir in vergangen zyten zu dem vorgenannten stifft komen vnd ettliche jare vns zytt darzu gewest vnd nu in die jare des alters zu fallen wurten sint, darumb vnd vmb andere erber vrsachen willen vns dartzu bewegende vnd auch nachdem wir Gott dem almechtigen, siner lieben mutter Maria, des gemelten stiffts patronin, vnd dem stifft, sinen landen vnd luten vnd vch allen schuldig vnd pflichtig gewest sint, besten nutz vnd notturfft zu kyesen vnd fur zu wenden: so haben wir nach guter zytiger vorbetrachtunge

Digitized by Google

von schickunge des allmechtigen Gotts vns furgenommen zu der zytt den wirdigen herrn Mathis Rammung, des vorgenannten stiffts Spire bepfrundter dumherre etc. vnd nu gewelten vnd bestetigten desselben stiffts Spire, vnsern lieben herrn vnd frundt, in getruwen, das er durch sin vernunfft, hohe lere, wesen vnd erberkeyt dem gemelten stifft in geistlichen vnd weltlichen fursiechtikeit fruchtbarlich vnd nutzlich fur sin solle vnd werde, dem vnser heiliger vatter der babst Pius der andere loblichen gedechtnisse mit der kirchen vnd stiefft Spire, nach dem wir den mit wissen vnd willen der ersamen dechan vnd capittels des dickgenannten stiffts zu siner heyligkeyt handen vffgeben haben, vmb vnser vnd anderer bete willen vursehen vnd vns vnser pension vnd jerlich gulte gegonnet vnd behalten hat. Deshalb vns geburt, dem vorgenannten vnserm lieben herrn vnd frunde, dem stifft Spire mit allen schlossen, stetten, dorffern, landen vnd luten mit aller inn- vnd zugehorunge inzugeben vnd zu sinen handen kommen zu lassen, vssgeschieden die obgemelten schloss, stette vnd dorff Bruchsal vnd Grumbach vnd so vns fur vnser pension vnd jerlich gulte behalten vnd gegonnet ist. Herumb so heissen vnd empfelhen wir vch allen vber yglichen besunder ernstlich in crafft diess briefs den vorgenannten vnsern herrn vnd frundt, herrn Mathis, vffzunehmen, zu empfahen, zu globen vnd zu sweren, auch gehorsam vnd gewertig zu sin, als vwerm rechten herrn vnd bischoff zu Spire, in mass ir vns bitzher verbunden vnd pfliechtig gewest sint. Vnd wann ir das also gethan haben, so sagen wir vch alle vnd yglichen besunder ytzunt alsdann vnd dann als ytzund solicher glubde vnd eyde vnd was ir vns verbunden sint oder sin mochten, in vnd mit krafft diess briefs quitd, ledig vnd loss. Des zu vrkunde haben wir vnser ingesiegel von vns bitzher gewonlich han gebrucht, wissentlich tun trucken zu ruck vff diesen brieff. Der geben ist vff sontag nach des heyligen crutztag exaltationis, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

---

181. *Matthias bischof zu Speyer vereiniget die kirchengefälle zu Bellheim mit der dompräsenz in Speyer.* 1465 *febr.* 21.

Matthias Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. Quamquam ex pastoralis nostri officii nobis licet immeritis ab altis commissi debito

nos cura pervigil sollicitet, ut mentis nostrae oculos ad ea praecipue sublevemus, quae non solum nostrae cathedralis, verum etiam aliarum ecclesiarum nobis subjectarum decus extollere et dedecus suppeditare, in quibus divini cultus, quo coelestia simul et terrena placantur, valeant suscipere incrementum, magis tamen, more pastoris boni, studio ferventiori insignem ecclesiam nostram cathedralem praefatam praemonere ac principaliter ad eam confluentis devotionem inducere, nec non indigentiam ministrorum Dei ejusdem ecclesiae relevare tenemur. Sane quamvis dicta nostra ecclesia ab olim fuerit pro fratrum ibidem scilicet canonicorum et vicariorum tunc numero sustentando dotata, in aedificiis quoque et omni decore pro honore Dei suaeque matris gloriosissimae ac omnium sanctorum ejusdem ornatissimo et diligentissimo studio plantata, malitia tamen invalescente temporum hominumque ac guerrarum multiplici turbinibus, praediis graviter devastatis et redditibus ex dictis causis, nec non propter subtractionem et non solutionem eorundem, tum propter indigentiam quorundam, tum propter proterviam aliorum illos solvere debentium notabiliter diminutis variisque oneribus postmodum superinductis et cottidie crescentibus in eadem ac numero ministrorum praesertim chori plurimum augmentato pristinis temporibus patenter cernebatur. Et hiis quidem malitiis, guerris nunc quamvis ingruentibus modernis diebus amplius conspicitur, quod cum dolore ferendum est, adeo in obventionibus deficere, quod aliquae personae ejusdem ecclesiae non aliunde habentes, unde vivant, nonnunquam penuriam in suis necessitatibus passae sunt et magnam hodie patiantur. Cum igitur fuerit in eadem ecclesia nostra Spirensi a longe retroactis temporibus, prout hodie est quoddam commune ministris omnibus, tam canonicis quam vicariis, ut quicunque ex eis divinis intersint et interest officiis, quasdam chori distributiones, quas praesentias vocant, specialiter et aequaliter percipiant sua vice non solum pro qualibet die vel missa principali, aut opere defunctorum, sed etiam pro horis canonicis nocturnis pariter et diurnis, prout in nonnullis cathedralibus et collegiatis ecclesiis modo tamen hinc inde vario reperitur, quibus quidem distributionibus seu praesentiis certa quaedam bona decimae seu praedia specialiter sunt annexa et ad eas nonnulli redditus taliter deputati et ad ipsarum distributionum seu praesentiarum dumtaxat usum convertantur et ad hujusmodi colligendos, providendos

et distribuendos etiam sint personae certae ad ordinationem decani et capituli ecclesiae nostrae, utpote ad hoc deputatae, quae distributiones et praesentias illas et spectantia ad easdem respicere habent, quae bona, praedia seu redditus ad distributiones seu praesentias hujusmodi spectantia non censentur esse de mensa capitulari, sed sint ab aliis bonis capituli penitus segregata. Hiis itaque omnibus ponderatis ac in nostra mente non absque suspiriis revolutis, cupientes, quantum in nobis est, providere, ne divinus et consuetus cultus in dicta nostra Spirensi ecclesia diminuatur, aut pereat principalis devotio ad eandem, neque etiam personae et ministri ejusdem in sustentatione congruenti aut necessariis deficiant, habitis tractatibus maturis super hiis cum venerabilibus et circumspectis viris, dominis Udalrico de Helmstat, decretorum doctore, praeposito, Johanne de Stettenbergk, decano, et capitulo nostrae ecclesiae Spirensis, de ipsorum unanimi et specialiter dicti domini Udalrici praepositi, loci ecclesiae parochialis villae Belnheim archidiaconi, nec non honorabilis magistri Johannis Mussigkgang de Mulhusen, pro nunc pastoris ejusdem ecclesiae, qui libere et legitime a dicta pastoria, ejus possessione ac omni jure sibi in eisdem quomodolibet competentibus propter infrascriptam incorporationem fiendam cessit et renuntiavit expressis consensu, voluntate et assensu eandem ecclesiam villae Belnheim, cujus collatio seu jus praesentandi ad eandem, dum vacat, ad provisores praesentiarum ecclesiae nostrae Spirensis pleno jure ac justo possessionis titulo pertinet ac pertinere et spectare dignoscitur, supradictam ecclesiam cum universis et singulis fructibus, redditibus, proventibus, emolumentis et obventionibus aliisque juribus ad eandem quomodolibet conjunctim vel divisim spectantibus, quocunque nomine censeantur, praefatis chori distributionibus seu praesentiis auctoritate ordinaria pro nobis et successoribus nostris incorporavimus, univimus, annexímus, donavimus, concessimus et largiti sumus atque tenore praesentium mensae dictarum distributionum et praesentiarum in Dei nomine incorporamus, unimus, annectimus, donamus, concedimus et largimur cum omnium verborum et gestuum sollennitatibus debitis et consuetis, sic et taliter, quod ipsa ecclesia parochialis villae Belnheim omnes fructus, redditus, proventus, obventiones et alia jura ad eandem ecclesiam quomodolibet spectantia dicantur et sint deinceps proprietario jure distributionum et praesentiarum praedictarum et

mensae earundem atque in distributiones chori et praesentias inter personas ecclesiae nostrae praefatae, canonicos et vicarios, qui divinis interfuerint temporibus ad hoc deputatis, aequaliter convertantur secundum specialem ordinationem in laudem divini nominis percantandis divinis in dicta ecclesia desuper factam liceatque insuper nunc et in antea provisoribus seu ordinatoribus dictarum chori distributionum in praesentiarum loco et nomine praesentiarum ac jussu decani et capituli dictae nostrae Spirensis ecclesiae nulla alia a nobis vel successoribus nostris episcopis Spirensibus, archidiacono loci seu quocunque alio petita licentia vel obtenta propria voluntate hoc nostra auctoritate possessionem dictae parochialis ecclesiae modo praemisso aut alias qualitercunque vacantis apprehendere corporalem, nec non fructus, redditus, obventiones, proventus et alia jura ejusdem convertere in distributiones seu praesentias chori praedicti modis et temporibus suprascriptis. Reservato tamen pro tempore rectori seu vicario, qui per provisores praesentiarum hujusmodi pro tempore existentes ad praefatam ecclesiam instituendus et ad nutum eorundem etiam sine rationabili causa amovendus erit, totiens et qualiter dictis provisoribus videbitur expedire, de praescriptae ecclesiae proventibus, portionibus congruis per nos aut successores nostros moderandis, de quibus congrue et commode sustentare, episcopalia, archidiaconalia jura persolvere ac alia incumbentia onera valeant supportare. In cujus rei testimonium et evidentiam sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Nos quoque Udalricus praepositus, Johannes de Stettenberg, decanus, et capitulum ecclesiae Spirensis ac Johannes Mussigkgangk de Mulhusen, superius nominati, fatemur publice per praesentes omnia et singula supradicta de nostris bona voluntate ac expressis consensu et assensu adhibitis facta esse, unde dictae praepositurae capituli ac mei Johannis Mussigkgangk sigilla ad sigillum reverendi in Christi patris et domini, domini Mathiae, episcopi Spirensis, domini nostri gratiosi praefati, praesentibus fecimus coappendi. Datum feria quarta post beati Valentini martyris, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

---

182. *Matthias bischof zu Speyer stellt einen urbittbrief an das kloster Herd aus. Udenheim,* 1465 *mai* 26.

Matthias Dei gratia episcopus Spirensis, venerando et religiosis fratribus devotis nobis dilectis, praeposito et conven-

tui monasterii in Herde, nostrae dioecesis, salutem in Domino sempiternam. Cum itaque praedecessores nostri felicis recordationis episcopi Spirenses ex antiqua et approbata consuetudine, diuturnis temporibus legitime observata, primarias ad diversa loca civitatis et dioecesis nostrae Spirensis pro beneficiandis ecclesiasticis personis consueverunt dirigere preces: nos vero praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, pro hujusmodi laudabilis et approbatae consuetudinis jurisque nostri conservatione vobis conjunctim et divisim pro discreto nobis dilecto Theobaldo Herisheim de Luterburg, super eo, ut quodcunque beneficium cum cura vel sine cura de vestra collatione, quam primum illud in mense ordinariorum vacare contigerit, quod per se vel procuratorem suum acceptare curaverit, assequi valeat et nos ipsum ad idem beneficium, quod sic acceptare curaverit, pacifice et quiete recipiatis et admittatis, has preces nostras et primarias dirigimus ipsumque ad hanc nominamus vosque in Domino hortantes atque rogantes, quatenus precibus et nominationibus per nos vobis praesentium serie literarum factis et directis intendatis et annuatis, ut inde de benevolentia prompta valeatis annotari et pro gratitudinis vice recipere favorem liberalem et condignum. In horum testimonium praesentes fecimus appensione sigilli nostri communiri. Datum in oppido nostro Udenheim, dominica Exaudi, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

---

183. *Matthias bischof zu Speyer bestellt den minoriten Johannes von Isenburg zu seinem weihbischofe. Heidelberg,* 1466 *jan.* 2.

Matthias Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spirensis. Notum facimus praesentium inspectoribus universis publiceque recognoscimus et profitemur per eadem, quod nuper bonae memoriae patre Petro, episcopo Mirrensi, nostro in pontificalibus, dum vixit, vicario generali, altissimo disponente, viam universae carnis ingresso, ex eoque vicariatus nostri in pontificalibus officio hujusmodi vacante, cum nos eidem ejusque curae et populo nostrae dioecesis variis et multis in munere obstaculis ac diversis aliis arduis tam spiritualibus, quam temporalibus nostris et ecclesiae nostrae negotiis et causis legitime praepediti propria in persona praeesse et intendere, prout paratissimi voluntatum nostrarum concitrentur affectus, nequeamus, ne igitur populus nostrae dioecesis

sive jurisdictionis ob hoc negligatur aut in aliquo dispendium patiatur, idcirco eidem providum, nec non honorabilem et religiosum in Christo nobis dilectum fratrem Joannem Isenburg, professum et custodem ordinis fratrum minorum per provinciam Reni generalem, apud nos de religionis zelo, literarum scientia, vitae ac morum honestate et probitate multipliciter commendatum, in nostrum in pontificalibus vicarium sive suffraganeum praefici officioque ac populo hujusmodi vice et loco nostro praeesse desiderantes, sponte et ex certa scientia deliberationeque praehabita competenti, omnibus effectu, forma et ordine melioribus, quibus potuimus et debuimus, possumusque et debemus in finem et effectum, ut idem frater Johannes pontificatus officii dignitatem assequi, in episcopum consecrari ac officio et populo antedictis feliciter praeesse et prodesse possit et valeat, pensionem annuam ducentorum florenorum auri de camera eidem, postquam ut sic consecratus ac hujusmodi officium adeptus fuerit, de et supra mensa nostra episcopali, per nos et successores nostros singulis annis, quoad vixerit, irremissibiliter persolvendam, coram notario publico et testibus infrascriptis assignandam duximus et assignamus nosque et successores praedictos ad solvendam et exrogandam pensionem hujusmodi, ut praemittitur, efficaciter obligamus assignamusque et obligavimus et obligatos esse volumus, per praesentes pollicentes et promittentes notario nostro publico atque scribae subscripto tamquam publicae et autenticae personae sollempniter, manu nostra dextra pectoralia tangendo, praemissa inviolabiliter et inconcusse tenere et observare ac pensionem praefatam singulis annis, ut praefertur, persolvere, sub omnium et singulorum nostrorum et mensae episcopalis antedictae fructuum et bonorum praesentium et futurorum hypotheca et obligatione. In quorum fidem et testimonium praesentes has nostras literas fieri et per notarium publicum pro et infra scriptum subscribi et publicari nostrique sigilli jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum in curia nostrae solitae residentiae in oppido Heidelberg, Wormatiensis dioecesis, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta decima, die vero Jovis secunda mensis januarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini nostri Pauli, divina providentia papae secundi, anno secundo, praesentibus ibidem venerabili et honorabili viro, domino Sigfrido de Venningen, canonico et camerario ecclesiae nostrae Spirensis, et

Johanne Hunschwirt de Wissemburg, clerico Spirensis dioecesis, atque pluribus aliis, fide dignis testibus, ad praemissa vocatis pariter atque rogatis. Et ego Theodericus Rybisen de Bruchsella, clericus Spirensis dioecesis, publicus auctoritatibus apostolica et imperiali reverendique in Christo patris et domini, domini Matthiae episcopi Spirensis praelibati notarius atque scriba, quia praedictis obligationi, assignationi et promissioni omnibusque aliis et singulis praemissis, dum sic, ut praemittitur, per praelibatum dominum Spirensem ac coram eo agerentur et fierent, una cum praenotatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi, audivi, idcirco hoc praesens publicum instrumentum exinde confeci, subscripsi et in hanc publicam formam redigendo, signo et nomine meis solitis et consuetis una cum ejusdem gratiosi domini mei sigilli de ipsius mandato appensione signavi, in praemissorum omnium fidem et testimonium requisitus.

---

184. *Friedrich I. kurfürst von der Pfalz nimmt die besitzungen des hochstiftes Speyer in besondern schirm und gewalt. Cöln,* 1466 *juni* 28.

Wir Friderich von Gotts gnaden pfaltzgraffe by Ryne, hertzog zu Beyern, des heiligen Romischen richs ertztruchsess vnd kurfurste, bekennen vnd thun kunt offenbare mit diesem brieffe, daz wir vmb sunderlicher liebe vnd fruntschafft willen, die wir haben vnd tragen zu dem erwirdigen in Gott vatter, vnserm lieben besundern frunde vnd cantzler, herrn Mathis bischoff zu Spire vnd auch vmb des willen, daz er sin vnd sins stiffts, der zu vnserm vnd vnsers furstenthums der pfaltzgraffeschafft ewigen schirme ist, oberkeit, herlichkeit vnd gerechtickeit gegen menglich dester bass gethan, haben, inbringen vnd behalten moge, alle sin vnd sins stiffts dorffere, gericht vnd gebiette mit aller zugehorde, lute vnd gutere, die er vff beyden staden Ryns lygen gehabt vnd noch hat, zu vnsern handen genommen vnd empfangen han, vssgescheiden die sloss vnd stette Vdenheim, Bruchsel, Kyselaw, Luterburg, Jockerim, Kestenberg, Kirwiler vnd Meisterselden, so ferre die mit ihren muren vmbfangen vnd begriffen sint, als er vns dan dieselbe dorffer, gerichte, gebyette, lute vnd gutere ingegeben vnd zu vnsern handen, als das vnser vnd fur das vnser gestalt hat, also daz wir die sammenthafft vnd in sunderheit getru-

welich halten vnd haben, versprechen, verteydingen, schutzen vnd schirmen gegen meyngclich vnd auch solchs mit allen vnsern amptluten schaffen zu thun. Wir sollen vnd wollen auch vns der nutzung, dinste, herlichkeit vnd gerechtigkeit derselben dorffer, gerichte, gebiete, lute vnd gutere nit vnderziehen, noch von den vnsern geschehen, sunder die werder gefallen vnd gebruchen lassen, als sie bitzher gebrucht vnd gefallen sint vnd nach willen des benannten vnsers frundts von Spire vnd siner nachkommen vnd wan derselbe vnser frundt von Spire, sin nachkommen vnd capittel samenthafft oder sunderheit diese verschribung vnd iren inhalt vnd daruss volgen abgethan vnd nit mehe haben wollent vber kurtz oder lang, zu welcher zit ine gefellig ist vnd sin wirdet vnd vns das mit irem versiegelten brieffe oder sunst verkunden, so solle ess auch von stunt one alle theyding oder widderrede gantz abe vnd dieser brieff daruber sagende gantz quitt vnd vnkrefftig sin vnd nyemant binden in aller der mass, als obe dieser sache vnd verschribung nye gedacht noch geschehen were. Auch in allen andern verschribungen vormals zwuschen vns vnd des benanten vnsers frundts vorfaren bischoff zu Spire vnd dem stiffte geschehen vnd vbergeben, vnschedelich vnd vnvergriffen sin, alle argeliste, funde vnd geverde herin gentzlich vssgeschieden. Vnd des zu vrkunde han wir vnser ingesiegel an diesen brieff thun hencken vnd verdechtlichkeit zu vermeiden, diwile der benannt vnser frundt vnser ingesiegel in vnserm bevelhe hat, han wir geheissen vnsern hoffmeister vnd lieben vnd getruwen Gotzen von Adeltzheim, ritter, sin ingesiegel zu dem vnsern auch an diesen brieff zu hencken. Das ich Gotze obgenant bekenne von geheysse deselben mynes gnedigen herrn des pfaltzgraven also gethan han. Datum Coloniae in vigilia beatorum Petri et Pauli, apostolorum, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

---

185. *Matthias bischof zu Speyer einverleibt die pfarrerträgnisse zu Kleinfischlingen der domdechanei. Heidelberg,* 1467 *april* 28.

Mathias Dei gratia episcopus Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. Universis et singulis Christi fidelibus praesentibus et futuris salutem in Domino sempiternam et praesentibus fidem adhibere indubitatam. Pastoralis officii nostris ab alto licet immerito humeris imposita cura nos sollicitat et

---

204. *Matthias bischof zu Speyer errichtet, ordnet und begnadiget die Marien capelle zu Speyer. Speyer,* 1476 *febr.* 12.

Matthias Dei gratia episcopus Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. Cum res temporales, quae, quemadmodum ex sui dispensatione illicita implicant ad peccatum, augmento cultus divini nominis applicantur, imitatio dexterae excelsi comparatur, qui suis vero dilectoribus eos in praesenti ad ulteriora bona provehendo pro transitoriis aeterna largitur praemia in futuro. Sane itaque quod conditionem humanam semper innata committatur fragilitas et a vitae primordio illi mortis donatur imperium, quia nichil certius, nichil autem incertius ejus hora, humani equidem dies fugiunt et praetereunt sicut umbra, quae nunquam in eodem statu permanet, continueque hic morimur et veluti aqua dilabimur, teste etiam apo-

stolo omnes stabimus ante tribunal Christi justi judicis, recepturi, prout gessimus in corpore, sive bonum, sive malum, et reddituri de factis propriis usque ad quadrantem novissimum rationem. Expedit igitur diem messionis extremae piis et bonis operibus praevenire et serere hic in terris, quod Domino reddente multiplicato cum fructu recolligere valeamus in coelis. Quorum intuitu, nec non in et ob omnipotentis Dei et redemptoris nostri suaeque piissimae ac immaculatae virginis et matris Mariae, inclitae propugnatricis et patronae nostrae, nec non sancti Germani, episcopi et confessoris, cujus altare in corpore ecclesiae nostrae Spirensis situm per venerabiles et devotos in Christo nobis dilectos decanum et capitulum ejusdem ecclesiae nonnullis rationabilibus ex causis de nostrisque consensu et voluntate specialibus in et ad capellam inferius specificatam exstitit translatum ac sancti Kiliani martyris, cujus reliquiae in altari inibi erecto sint reconditae, totiusque coelestis agminis sanctorum gloriam et honorem, pro divini quoque cultus augmento ac propriae, nec non praedecessorum episcoporum atque progenitorum parentum et benefactorum nostrorum singularumque ecclesiae nostrae Spirensis personarum ac omnium Christi fidelium animarum salute, propriis nostris expensis, quarum ad libitum dispositionem habebamus, capellam sub vocabulo, titulo et invocatione memoratae gloriosissimae virginis Mariae, altissimi genitricis ac omnium festivitatum ejusdem, ut ipsa praepotentissima misericordiae mater apud omnipotentem filium suum, qui cum illius castissimo natus utero, procul dubio nichil negans honorat, misericordiam suaeque propitiationis habundantiam nobis obtinere dignetur optatam ac sanctorum Germani et Kiliani praedictorum ad latus dictae ecclesiae nostrae Spirensis auxiliante Domino, quantum melius potuimus, pro sepultura nostra erigi construique ordinavimus, fecimus et procuravimus. Cum autem pridem missam unam de praelibata gloriosissima virgine Maria singulis diebus per quatuor presbiteros, vicarios proprios praefatae nostrae ecclesiae, Martinenses nuncupatos, decantandam institutam de capella sancti Martini ejusdem ecclesiae, in qua plerisque retroactis temporibus decantari solebat, non sine rationabilibus de causis ad jam dictam capellam beatae Mariae virginis, ut praefertur, constructam, more solito transtulerimus ipsamque in eadem nova capella in antea decantandam instituerimus sic et taliter, quod aedituus sive minister in capella sancti Martini ac missa an-

tedictis ad ministrandum proprius ordinatus futuris temporibus in jam dicta nova capella, eandem aperiendo, claudendo et custodiendo ministret ac libris, calicibus, casulis et aliis ornamentis prioribus tuncque usitatis una cum luminaribus altaris, quantum ad praetactae missae sollempnisationem requisitis utatur, illaque more solito communicet et accendat, prout haec et alia in translationis literis a nobis desuper emanatis latius conspiciuntur contineri. Quapropter, ut eadem missa eo sollempnius decantari valeat, divinusque cultus, ut sic augeatur, de praedictorum decani et capituli unanimis consensu et voluntate certum perpetuum annuum censum, videlicet quatuordecim librarum et duodecim solidos denariorum bonae et currentis monetae de et super omnibus et singulis fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, obventionibus et bonis fabricae dictae ecclesiae nostrae Spirensis, cum et pro ducentis nonaginta duabus libris consimilium denariorum, per nos procuratoribus ejusdem fabricae in numerata et prompta pecunia effectualiter datis pariterque solutis, per eosdem procuratores pro tempore existentes modo et forma subnotatis distribuendum emimus et comparavimus ad eandem, ordinantes atque volentes praesentium per tenorem, quod ex nunc et in antea perpetuis futuris temporibus duo scolares vocibus cantuque aptiores per cantorem dictae nostrae ecclesiae, de cujus collatione vicariae Martinenses praedictorum Martinensium presbiterorum existunt, et in ejus absentia sive negligentia per decanum ejusdem ecclesiae pro tempore existentem, quibus etiam omnium et singulorum super et infra scriptorum executionem committimus, eosdem per viscera misericordiae Dei exhortantes, quatenus ad illa, ut debite exequantur, divinae remunerationis intuitu respectum et advertentiam habere velint diligenter totiens, quotiens assumendi et ad nutum amovendi, qui teneantur praetactis presbiteris, dum et quotiens missam hujusmodi una cum antiphona Salve regina etc. decantari contigerit, cantando et alias assistentiam facere deputentur, quibus pro suorum compensatione laborum annuatim novem libras et duos solidos denariorum, sive singulis diebus eorundem cuilibet tres denarios supradicti procuratores fabricae de censu memorato persolvere, nec non ampullam unam, perpetuis futuris temporibus die noctuque ardentem, expensis fabricae hujusmodi more solito tenere et conservare, eamque incendi et custodiri cum censu per nos, ut praefertur, comparato ordinare. De re-

siduo vero ejusdem census, videlicet duabus libris denariorum, ceram, nec non lumina et duas ad minus decentes candelas, quas in quatuor principalioribus et singulis gloriosissimae virginis Mariae praelibatae ac dedicationis ecclesiae atque capellae aliisque principalioribus festivitatibus, nec non temporibus, quibus aliquas missas in praedicta capella nova ultra illam de capella sancti Martini ac alias missas de altari sancti Germani, ut praefertur, translatas, celebrari contigerit, more solito accendi et ardere vòlumus, comparare, conservare aliasque praemissa disponere teneantur et sint obligati. Ordinamus nichilominus atque volumus, prout ordinamus et volumus per praesentes singulis annis perpetuis futuris temporibus antedictis sollempnem processionem per personas chori in et ad praefatam novam capellam in praefesto dedicationis ejusdem more solito fieri, qua responsorium: Christi virgo dilectissima virtutum etc., antiphona: Sancta Maria succurre miseris etc. . . . una cum versiculo et collecta de intemerata virgine Maria ac ad chorum redeundo antiphona: Tota pulchra es etc. more solito decantentur, pro quibus adimplendis comparavimus etiam atque emimus a provisoribus sive procuratoribus praesentiarum ex consimilibus consensu et voluntate decani et capituli praedictorum, cum et pro quadraginta libris hallensium eisdem realiter solutis, alium perpetuum censum annuum, duarum videlicet librarum consimilium hallensium, inter dictas personas chori processioni hujusmodi interessentes per jam dictos provisores sive procuratores distribuendum. Et insuper, licet is, de cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter deserviatur, de habundantia pietatis suae, quae merita supplicantium excedit et vota bene servientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri, pia cum mater ecclesia cupiens reddere Domino populum acceptabilem Christi fideles quasi quibusdam illectivis praemiis, indulgentiis videlicet et remissionibus nonnullotiens nititur incitare, ad debitum famulatus honorem eidem sacrisque aedibus impendendum, ut quanto crebrius et devotius illuc confluit populus ipsa christianis assiduis salvatoris gratiam precibus implorando, tanto dilectorum suorum veniam et gloriam regni coelestis consequi mereatur aeternam. Cupientes itaque, ut capella antedicta congruis frequentetur honoribus, ipsique fideles tanto frequentius confluant ad eandem, quanto majoribus spiritualibus se senserint muneribus refectos, de omnipotentis Dei misericor-

dia, ejusdem inclitae virginis Mariae praelibatae, nec non infrascriptorum ac omnium sanctorum meritis et auctoritate confisi, omnibus et singulis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui saepedictam novam capellam in omnium jam dictae gloriosissimae virginis Mariae, nec non sanctorum Germani et Kiliani praedictorum, ac nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, parasceves, paschae, ascensionis Domini, penthecostes, omnium sanctorum et animarum, sanctorum Joannis haptistae, Michaelis archangeli, nec non beatorum duodecim apostolorum, quatuor evangelistarum, Stephani papae et martyris, Bernardi confessoris, quatuordecim auxiliatorum, videlicet sanctorum Georii, Erasmi, Viti, Dyonisii, Eustachii, Blasii, Panthalionis, Christophori, Cyriaci, Achatii martyrum, Egidii, Hieronimi confessorum, beatorum Katharinae, Barbarae, Dorotheae virginum, Magdalenae et Elisabethae viduae festivitatum singulisque dominicis diebus capellam praetactam visitaverint inibique dominicam videlicet Pater noster, Ave Maria vel aliquas alias devotas orationes puro corde oraverint seu persolverint, aut aliquod aliud pietatis vel misericordiae opus exercuerint sive perfecerint totiens quotiens, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes nostras literas exinde fieri nostrique pontificalis sigilli mandavimus et fecimus appensione communiri. Et nos Johannes de Stetenberg decanus totumque capitulum memoratae ecclesiae Spirensis, cum praemissa omnia et singula de nostris unanimis consensu et voluntate expressis processerint, ideo in eorundem evidens testimonium sigillum capituli nostri praelibati reverendi patris et domini nostri gratiosi, domini Matthiae episcopi Spirensis, sigillum praesentibus similiter appendi jussimus et fecimus. Datum et actum in civitate nostra Spirensi, die lunae, duodecima mensis februarii, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

---

205. *Sixtus IV. pabst bestätiget dem domcapitel zu Speyer die satzung, keinen Speyerer in seine mitte und aemter aufzunehmen. Rom,* 1477 *dec.* 1.

Sixtus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Hiis, quae per ecclesiarum praesertim insignium

cathedralium ac personarum, in illis divinis laudibus dedictarum, statu pacifico et tranquillo provide statuta et ordinata fuisse comperimus, ut firma perpetuo et illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolici muniminis adjicimus firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum capituli ecclesiae Spirensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod inter alia ipsius ecclesiae statuta, pro illius decore et venustate ac jurium et bonorum conservatione edita, quadam provida ordinatione cavetur expresse, quod nullus alicujus civis seu incolae civitatis Spirensis filius ad canonicatum et praebendam, nec dignitatem, personatum, administrationem vel officium in dicta ecclesia recipiatur vel admittatur, nullusque ipsius ecclesiae canonicus preces vel instantiam super receptione vel admissione talis faciat seu alias ullo modo laboret, ut canonicatum et praebendam ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium inibi assequatur et si emanare contingeret preces vel mandata super alicujus talis receptione vel promotione ad canonicatus et praebendas ac dignitates, personatus, administrationes vel officia, teneantur et debeant praefati capitulum omnibus juribus, labore, studio et diligentia opponere se juxta posse sub poena perjurii per singulos de capitulo incurrenda, quodque canonici dictae ecclesiae in eorum receptione de observando hujusmodi statuto juramentum praestent, prout in ipso statuto, cujus tenorem, ac si de verbo ad verbum insereretur, praesentibus haberi volumus, pro expresso plenius continetur. Quare ut statutum praedictum, quod, sicut praefati capitulum asserunt, statui ipsius ecclesiae plurimum conducit, tanto firmius observetur, quanto fuerit potioris roboris munimine solidatum et ecclesia ipsa eo in majori populi devotione habeatur, quo etiam personae ecclesiasticae canonicatus et praebendas ac dignitates, personatus, administrationes vel officia inibi obtinentes et in quietis dulcedine divinis insistentes, ab omni suspicionis macula seu nota mundi conspiciantur et in debita veneratione habeantur, pro parte illorum capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut statuto praedicto ad honorem, venerationem et decorem ac utilitatem ipsius ecclesiae provide introducto et hucusque observato robur apostolicae confirmationis adjicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui singularum ecclesiasticarum personarum, praesertim divinis officiis dedictarum, statum, pacem et quietem de bono in melius prosperari appetimus, hujusmodi supplica-

tionibus inclinati, statutum praedictum ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica tenore praesentium et ex certa scientia confirmamus, approbamus ac praesentis scripti patrocinio communimus, nec non perpetuo observari volumus atque mandamus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eodem, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac literis et indultis apostolicis, nec non aliis ejusdem ecclesiae juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae ratihabitionis, confirmationis, approbationis, communitionis, mandati, suppletionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, kalendas decembris, pontificatus nostri anno septimo.

---

206. *Sixtus IV. pabst ertheilt dem domcapitel zu Speyer für seine besitzungen und rechte einen schirmbrief. Rom.* 1478 *mai* 26.

Sixtus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, praeposito et capitulo ecclesiae Spirensis salutem et apostolicam benedictionem. Constituti in specula militantis ecclesiae, ad ea nos sollicite oportet intendere, per quae singularum ecclesiarum bona et jura illaesa praeserventur illarumque personae ab indebitis molestiis apostolicae sedis suffragio tueantur. Dudum siquidem per felicis recordationis Paulum papam secundum, praedecessorem nostrum, vestra et dilectorum filiorum, decani singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Spirensis ac perpetuorum beneficiatorum in eadem conquestione percepta, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum praelati et clerici ac ecclesiasticae personae, tam religiosae, quam saeculares, nec non duces et marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitatum, oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et aliae singulares personae civitatum et dioecesium et aliarum partium divisarum, occupaverant et occupari fecerant castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, jura et jurisdictiones, nec non

fructus, census, redditus et proventus mensae capitularis, canonicatuum et praebendarum ac dignitatum, personatuum et officiorum dictae ecclesiae et perpetuorum beneficiatorum in eadem et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia ad vos et decanum, canonicos, personas et beneficiatos praedictos spectantia et ea detinebant indebite occupata, seu ea detinentibus praestabant auxilium, consilium vel favorem, nonnulli etiam civitatum, dioecesium et partium praedictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidabant, vobis ac decano, canonicis, personis et beneficiatis praedictis super eisdem castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, juribus et jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus eorundem et quibuscunque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus et aliis rebus, ad vos ac decanum, canonicos, personas ac beneficiatos praedictos spectantibus, multiplices molestias et injurias inferebant ac jacturas. Quare vos ac decanus, canonici, personae et beneficiati praefati eidem praedecessori humiliter suppliastis, ut cum vobis ac decano, canonicis, personis ac beneficiatis praedictis valde redderetur pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum providum, vobis et ipsis super hoc paterna diligentia curaret, idem praedecessor adversus occupatores, detentores, molestatores, praesumptores, injuriatores hujusmodi illo volens vobis ac decano, canonicis, personis et beneficiatis eisdem remedio subvenire, per quod ipsorum compesceretur temeritas et aliis aditus committendi similia praecluderetur, dilectis filiis sancti Pauli Wormatiensis et sancti Thomae Argentinensis ac sancti Johannis in Haugis extra muros Herbipolenses ecclesiarum decanis per suas literas, quas post viginti quinque annos valere noluit, dedit in mandatis, quatenus ipsi vel duo aut ũnus eorum per se vel alium seu alios, etiam si essent extra loca, in quibus deputati erant, conservatores et judices vobis ac decano, canonicis, personis et beneficiatis praedictis efficacis defensionis praesidio assistentes, non permittentes vos ac decanum, canonicos, personas et beneficiatos eosdem super hiis et quibuslibet aliis bonis et juribus ad vos, decanum, canonicos, personas et beneficiatos, nec non mensam canonicatus et praebendas ac dignitates, personatus, officia et beneficia hujusmodi spectantibus vel ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari vel vobis et decano, canonicis, personis et beneficiatis hujusmodi gravamina seu damna

vel injurias irrogari, facturi vobis ac decano, canonicis, personis et beneficiatis praedictis, cum a vobis et eis vel vestris et suis procuratoribus aut eorum aliquo etiam requisiti de praedictis et aliis personis super restitutione hujusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, jurisdictionum, jurium et bonorum, mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum et aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuslibet molestiis, injuriis atque damnis, praesentibus et futuris, in illis videlicet, quae judicialem requirent indaginem, summarie et de plano sine strepitu et figura judicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exigeret justitiae complementum, occupatores seu detentores, praesumptores, molestatores seu injuriatores hujusmodi, nec non contradictores quoslibet et rebelles, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis essent, quandocunque et quotiens expediret, auctoritate sua per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus foret, auxilio brachii saecularis, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra ac decani, canonicorum, personarum et beneficiatorum praedictorum petitio continebat, vos ac decanus, canonici, personae et beneficiati praedicti post viginti quinque annos praefatos dubitetis super bonis hujusmodi indebite molestari, nos volentes vos ac decanum, canonicos, personas et beneficiatos praedictos favore prosequi gratioso, vestris et illorum hac parte supplicationibus inclinati, literas, mandatum et viginti quinque annos hujusmodi ab illorum fine computandos cum praemissis ac omnibus et singulis in dictis literis contentis clausulis, ita quod sancti Pauli Wormatiensis, sancti Thomae Argentinensis ac sancti Johannis in Haugis extra muros Herbipolenses ecclesiarum decani hujusmodi et ab eis pro tempore subdelegati executionem literarum praedictarum juxta illarum continentiam atque formam procedere possint et debeant, in perpetuum auctoritate apostolica tenore praesentium prorogamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, quae idem praedecessor in praefatis literis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae prorogationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum

Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, septimo kalendas junii, prontificatus nostri anno septimo.

---

207. *Sixtus IV. pabst schlichtet die zwischen den pfarrern und bettelmönchen zu Esslingen ausgebrochenen streitigkeiten. Rom,* 1478 *juni* 17.

Sixtus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Vices illius, qui super petram aedificavit ecclesiam suam, meritis licet insufficientibus gerentes in terris et per ejus immaculata vestigia, quantum nobis ex alto conceditur, incedere satagentes, inter Christi fideles quoslibet, et praesertim sub uno atque eodem sacerdotii vexillo nobiscum Deo militantes, pacem et caritatem inducere et inductam confovere vigilanti sollicitudine meditamur assidue, et quae hiis contraria sunt, falce vigilantiae pastoralis ad radicem posita submovere, prout rerum et temporum circumstantiae id non immerito exposcere dignoscuntur. Nuper siquidem pro parte tam venerabilium fratrum nostrorum Moguntinensis et Trevirensis archiepiscoporum ac Herbipolensis, Wormatiensis et Spirensis episcoporum, quam dilecti filii, nobilis viri, Philippi comitis palatini Reni et ducis Bavariae, qui unus ex electoribus Romani imperii exstitit, ad nostrum pervenit auditum, quod inter dilectos filios, praedicatorum, minorum ac Carmelitarum ordinum professores et nonnullos parochialium rectores et alios etiam ecclesiarum praelatos, instigante illo, qui tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret, in partibus Germaniae et praesertim in oppido Esslingen, Constantiensis dioecesis, suscitata sunt nonnulla dissentionum et scandalorum fomenta ex certis causis, tunc nobis expressis, quae nisi per vigilantiam pastoralis officii celeriter succidantur, possent ad scandalum non modicum populi fidelium illarum partium faciliter pervenire. Nos igitur attendentes, quod sacrosancta Romana ecclesia ab ejus fundatione primaeva in ordine sacerdotali, quem Petrus apostolus et ejus successores observaverunt, instituta et per viros providos et sacerdotes virtuosos adaucta et longissimis temporibus feliciter conservata extitit, rursusque animadvertentes, quod hodiernis temporibus hominum crescente malitia, nisi ager dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus Spiritus sancti et praeconibus verbi Dei, qui praeter caeteros in ordinibus fratrum mendicantium, gratia assistente divina, in copioso numero repe-

riuntur, assidue coleretur, vepribus malorum et sentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur: non potuimus nonnisi ab intimo cordis nostri dolore, quod inter tales viros, qui se mutua caritate diligere et alter alterius juxta apostolum onera portare deberent, discordiae seminarium excitaretur. Unde cum vellemus super hiis ea qua decet maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris Guillermo Ostiensi et Angelo Penestrensi episcopis et dilectis filiis nostris, Juliano sancti Petri ad vincula ac Petro sancti Sixti presbiteris cardinalibus, vivae vocis oraculo commisimus et mandavimus, ut a singulis partibus praedictis, vel eorum procuratoribus legitimis auditis hincinde propositis, inter eas concordiam tractarent, qui quidem episcopi et cardinales, statutis loco et tempore convocatis et auditis et intellectis partibus praedictis, ut praefertur, et in praemissis graviter et consulto procedentes, partes ipsas de communi eorundem consensu ad concordiam infrascriptam perduxerunt. Videlicet quod ipsi parochiani sacerdotes de caetero non dicant, a mendicantibus hereses processisse, cum in veritate fides nostra sit illuminata et ecclesia exaltata per eosdem et praesertim per ordines praedicatorum et minorum, ut plura testantur; quodque fratres mendicantes non praedicent, populos parochianos non tenere audire missam in eorum parochiis diebus festivis et dominicis, cum mere sit cautum, illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali ecclesia, nisi forsitan ex honesta causa ab ipsa ecclesia se absentarent; quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos et bene caveant propter poenas, quas imponunt canones, cum sit libera; quod etiam ipsi mendicantes desistant praedicare, quod parochiani non sint obligati saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti, cum de jure tenetur parochianus saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti, per hoc tamen ipsi fratres mendicantes non censeantur exclusi, quominus secundum juris communis et privilegiorum eisdem concessorum dispositionem confessiones audire et poenitentias injungere valeant; quod etiam de caetero inter ipsos fratres mendicantes et curatos, quoad effectum praedicandi, horas cantandi et campanas pulsandi, servetur consuetudo antiqua, quae temporibus antiquis servata fuit in ipso oppido Esslingen et casu, quo veniat aliqua occasio sive necessitas, non fiat commutatio temporis vel horae in ipsis praedicationibus finiendis, nisi de consensu

partium; quodque etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant praelatis et rectoribus parochialium ecclesiarum, neque etiam populos a suarum ecclesiarum parochialium frequentia et accessu abstrahant sive retrahant quoquo modo et vice versa ipsi rectores et praelati aliquo modo non detrahant mendicantibus, sed illum favorem, quem possunt, eis impendant et in omnibus et per omnia praestent, ita ut vera unitas et perfecta caritas inter eos ostendatur. Nos itaque illius vices gerentes in terris, qui apostolis suis dixit, pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, cupientes super hiis opportune providere motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de mea certa scientia et mera voluntate concordiam praedictam ac omnia et singula per praefatos episcopos et cardinales ordinata ad hoc, ut perpetuo inconvulsa persistant, auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia approbamus et confirmamus ac juribus perpetuo subsistere debere decernimus, supplentes omnes et singulos defectus, tam juris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, injungentes nichilominus archiepiscopis, episcopis, plebanis, rectoribus, curatis, nec non prioribus, guardianis et singulis fratribus ordinum mendicantium sub poena excommunicationis latae sententiae, quam contrafacientes et quemlibet eorum contrafacientem incurrere volumus eo ipso, a qua absolvi nequeant nisi de expresso consensu partis laesae et debita satisfactione praevia, inviolabiliter observent et quantum in eis est, ab aliis observari faciant. Et insuper quascunque lites et causas, coram quibuscunque causarum palatii apostolici auditoribus seu alibi occasione praemissorum inter dilectos filios, decanum et capitulum ecclesiae Spirensis et curatum dicti oppidi ac fratres praedictos indecisas pendentes, illarum status, tenores et formas et in eis gesta et actitata praesentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie, motu, scientia et auctoritate praedictis advocamus et litem seu lites ipsas penitus exstinguimus et ambabus partibus praedictis, litis hujusmodi consortibus seu illis adhaerentibus, perpetuum silentium imponimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac privilegiis, eisdem fratribus in genere vel in specie concessis, caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, constitutionis, suppletionis, injunctionis, voluntatis, advocationis, extinctionis et impositionis infringere

vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, quindecimo kalendas julii, pontificatus nostri anno septimo.

---

208. *Ludwig bischof zu Speyer verleiht die domsängerei daselbst dem domcapitulare Georg von Gemmingen. Mergentheim,* 1480 *nov.* 8.

Ludovicus Dei gratia episcopus Spirensis, venerandis et devotis in Christo nobis dilectis, decano et capitulo ecclesiae nostrae Spirensis, aeternam in Domino salutem. Ex pastoralis officii nostri benevolentia illis favorem promotionis libenter impendimus, quos nobilitas generis, literarum scientia, vitae et morum honestas, aliaque laudabilia operum et virtutum merita reddunt commendatos. Vacante siquidem cantoria dictae ecclesiae nostrae Spirensis per obitum bonae memoriae quondam Petri de Lapide, ejusdem ecclesiae dum vixit cantoris, dictaeque cantoriae novissimi possessoris, nuper in mense octobris proxime praeterito extra Romanam curiam defuncti, cujus collatio et quaevis alia disposito, dum vacat, ad nos et pro tempore existentes episcopos Spirenses pleno jure pertinere dinoscitur, nos volentes venerabilem in Christo nobis dilectum Georgium de Gemmingen, utriusque juris doctorem, praetactae ecclesiae nostrae Spirensis canonicum capitularem, apud nos de generis nobilitate, scientia literarum, vitaeque et morum honestate ac aliis meritis antedictis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso: idcirco eidem Georgio supradictam cantoriam, quae in praefata ecclesia simplex officium existit, sic ut praemittitur vel alias quovis modo vacantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis in Dei nomine more solito conferendum duximus atque contulimus et providimus de eadem, prout conferimus et providemus per praesentes, mandantes vobis in virtute sanctae obedientae, quatenus jam dictum Georgium vel procuratorem suum pro eo, in et ad eandem cantoriam ejusque corporalem, realem et actualem possessionem inducatis sibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis ipsius cantoriae integre ab omnibus, quorum interest, responderi faciatis, adhibitis circa haec

sollempnitatibus debitis et consuetis. In quorum testimonium sigillum nostrum praesentibus fecimus appendi. Datum et actum Mergentheim feria quarta post diem sancti Leonhardi confessoris, octava videlicet novembris, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

---

209. *Ulrich von Helmstädt domprobst zu Speyer bestimmt die obliegenheiten des caplans zu unserer Liebenfrau in Rechtenbach.* 1481 *juni* 13.

Universis et singulis praesentes literas visuris, lecturis et audituris, cujuscunque conditionis aut status existant, Ulricus de Helmstatt, decretorum doctor, praepositus ecclesiae Spirensis, aeternam in Domino salutem. Congruit et inter alia nostri archidiaconatus incumbentia debita hoc multo nos sollicitat, subditorum nostrorum paci et tranquillitati intendere. Orta siquidem inter honestos nobis dilectos, Joannem Meckenbach, capellanum altaris beatae Mariae virginis gloriosae in Rechtenbach prope Wissemburg ex una et juratos ecclesiae ejusdem et communitatem ibidem de super quibusdam defectibus et negligentiis antetactae capellaniae et illorum occasione partibus ex altera, differentia et materia quaestionum, differentiis quoque et quaestionibus hujusmodi, de praedictarum partium unanimi voluntate consensuque et approbatione venerabilis patris et honestorum nobis pariter dilectorum, domini Heinrici abbatis Wissemburgensis, patroni et collatoris capellaniae praelibatae, nec non Aegidii plebani ibidem et Antonii Grubel scriptoris provinciae communitatis in Guttenberg, temporalem jurisdictionem in dicto loco in Rechtenbach exercentis, accedente, extinctis, sopitis et sedatis, prout in literis concordiae et ordinatione desuper editis, quibus praesentes nostrae literae sunt transfixae, continetur: fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus concordiae et ordinationi hujusmodi firmitatis robur simul attribuere dignaremur. Nos igitur justis supplicationibus hujusmodi favorabiliter annuentes, ne tamen in et super praemissis in futurum novae suscitentur quaestiones, ex officio nobis credito declaramus, statuimus et ordinamus, ut ex nunc in antea possessor et beneficiatus capellaniae praenotatae in et juxta dictam capellaniam ejusque habitationem personalem residentiam faceret plerumque nocturnisque temporibus pro maxima parte in dicta villa et in domo praedicta sese hospitari et in sua

absentia campanatori unum vel alium presbyterum in vicinio et cum eodem presbytero disponere, quatenus opportunitatis casus pro administrandis sacramentis ecclesiasticis, infirmis et opus habentibus praesentia valeat commode haberi; nec non praedictus capellanus bona, jura et res beneficii ejusdem in esse et debita structura culturaque servare et manutenere debet et si quandoque beneficiatus seu possessor saepefatae capellaniae in et juxta eandem personaliter residere nequiret, nec vellet, in eum eventum per presbyterum alium idoneum, per archidiaconum loci praelibati pro tempore existentem ad hoc admittendum in spiritualibus et temporalibus provideri possit et valeat, oppositione plebani seu quorumcunque aliorum in Rechtenbach semota, qui quidem admissus et commendatarius modo et forma antetactis residere omniaque alia et singula facere et peragere debet, quae superius et infra ac in dictis concordia et ordinationis literis tangentur. In die autem juxta institutionem saepefatae capellaniae exoneratum et supportatum quemlibet capellanum vel commendatarium administrandis sacramentis aut confessionibus audiendis aliisque ad curam animarum noscuntur pertinere, esse volumus, nullis obstantibus, sed diebus patronorum et quatuor festivitatum eundem capellanum sive commendatarium obligatum esse volumus adstantiam faciendo in eadem ecclesia in Rechtenbach plebano suo in missis et aliis officiis cantandis. Quapropter concordiam et ordinationem antenarratas, prout et quemadmodmum praesentibus nostris literis declaratae reperiuntur, una cum declaratione eadem illis alias in robore prorsus permansuris cum omnibus et singulis suis clausulis, punctis et comprehensionibus admittimus, ratificamus confirmamusque ac pro nobis et successoribus nostris universis nos auctoritate nostra ordinaria perpetuo firmitatis robore communimus, harum sub sigilli praepositurae nostrae appensione testimonio literarum. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, die Mercurii, decima tertia junii. De mandato venerabilis domini praepositi praefati, Conradus Wytenbach notarius subscripsi.

---

210. *Albert I. kurverweser zu Mainz giebt erlaubniss bei der Eberburg eine capelle zu bauen. Steinheim*, 1483 *april* 12.

Albertus Dei gratia sanctae Moguntinae sedis administrator, sacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius ac

princeps elector, dux Saxoniae, lantgravius Thuringiae et marchio Missniae. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ecclesia parochialis in Ebernburg nostrae dioecesis extra jam dictum locum sita sit atque adeo parochianis utriusque sexus hominibus grave atque etiam nonnunquam periculosum statutis temporibus ad eandem confluere, ideoque ut capella in dicto loco prope arcem dicti loci erigi, aedificari ac etiam expleta structura decenti, quae ex lapidibus atque muris confici debet, divina officia in ara portatili usque ad ejus consecrationem intra biennium fiendam celebrari possint et valeant, accedente decani et capituli ecclesiae sancti Cyriaci prope Wormatiam, veluti pastoris consensu, prout in patentibus literis coram nobis producebatur, tenore praesentium concedimus atque indulgemus potestatem, per omnia tamen ecclesiae ac presbyteri parochialis atque aliorum, quorum interest, juribus semper salvis. Datae in castro nostro Steynheym nostro sub sigillo duodecima die mensis aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio.

---

211. *Jakob von Gochsheim generalvicar des bischofes Ludwig zu Speyer erhebt Lingenfeld zu einer pfarrei. Speyer*, 1483 *mai* 27.

Universis et singulis Christi fidelibus praesentibus et futuris, praesentes nostras literas inspecturis, visuris, lecturis pariter et audituris, Jacobus de Gochsheim, decretorum licentiatus, canonicus ecclesiae sanctorum Germani et Mauritii Spirensis, reverendi in Christo patris et domini, domini Ludovici, episcopi Spirensis, in spiritualibus vicarius generalis, ad infrascripta specialiter deputatus, salutem in Domino sempiternam. Ex injuncti nobis officii benignitate piis supplicum votis, illis praesertim, per quae Christi fidelium praelibato domino nostro subjectorum, nedum animarum saluti, verum etiam personarum et corporum commoditati pro divinis audiendis et aliis consulitur, libenter annuimus eaque fervoribus prosequimur opportunis. Sane siquidem pro parte sculteti, juratorum, incolarum et utriusque sexus hominum villae Lingenfelt, dioecesis Spirensis, nobis oblata petitio continebat, quod licet ipsi per et hucusque in et ad parochialem ecclesiam villae Westen. ejusdem dioecesis, ut populus baptismalis spectare et pertinere dignoscantur, eis tamen de dicta villa Lingenfelt, in qua morantur, ecclesiam in Westen privatam, a dicta villa Lin-

genfelt per certam notabilem distantiam collocatam, congruis frequentando diebus, signanter hyemalibus et aliis lutosis temporibus, visitare reddatur difficile, quodque ipsi capellam in dicta villa ipsorum Lingenfelt situatam, sepulturam propriam habentem, in qua etiam certum beneficium fundatum et primissarius desuper more solito institutus existit, ad cujus etiam augmentum iidem incolae contribuerunt, si quod redditus ipsius beneficii ad valorem quadraginta florenorum asscendunt, ut et tanquam propinquiorem multo commodius accedere possent, et propterea nobis similiter supplicatum existit, quatenus praetactam capellam in Lingenfelt a privata matre ecclesia in Westen separare ipsamque in propriam et distinctam parochialem et baptismalem ecclesiam erigere, eximere ac alias opportune providere dignaremur. Nos igitur accedentibus primitus domini decani et capituli ecclesiae collegiatae sancti Guidonis Spirensis, ejusdem ecclesiae parochialis villae Westen collatorum, nec non Joannis Beck, plebani in Westen ac Conradi de Billickem, primissarii in Lingenfelt, unanimibus consensibus desuper expresse adhibitis, privatam capellam villae Lingenfelt una cum incolis a saepe dicta ecclesia in Westen segregandam duximus, eximimus ac ipsos jam dictae novellae parochiali ecclesiae in Lingenfelt in perpetuum subjicimus, volentes et decernentes sic tamen, quod decanus et capitutum praedicti perpetuis futuris temporibus, quoad ejusdem novellae ecclesiae in Lingenfelt constructionem seu reparationem calicum, librorum, campanarum et aliorum comparationem et dispositionem, esse debeant penitus exempti, neque plebano instituto de competentia, neque campanario in Lingenfelt de salario disponere et respondere teneantur, quodque ejusdem novellae ecclesiae praesentatio, collatio sive provisio, quoties eandem vacare contigerit, ad eosdem decanum et capitulum pertinere debeat, qui vacationis tempore idoneam personam, qui populo prodesse valeat, archidiacono loci praesentare debebunt, idem etiam investiendus omnia jura episcopalia, quae dari et persolvi solent, persolvere tenebitur citra praefatorum dominorum, pastorum sive plebanorum matricis ecclesiae praejudicium. Et insuper dominus decanus et capitulum pastores, nec non plebanus in Westen pro se eorumque successoribus expresse consenserunt, ut antedictus plebanus novus in Lingenfelt, ac ipsius successores recipere possint supra et ultra census, quibus primissaria in Lingenfelt dotata existit, decimam minorem in villa Lingenfelt ce-

dentem, censibus in libro animarum dictae villae Lingenfelt pro plebano in Westen deputatis duntaxat exceptis, in cujus recompensam sculteti, judices atque communitates praefatarum villarum Westen et Lingenfelt se et eorum successores ad dandum et exsolvendum singulis annis plebano in Westen pro tempore existenti viginti duos florenos Rhenenses obligarunt, de quibus procuratores sanctorum in Lingenfelt exsolvere debebunt, prout etc. . . In quorum fidem et testimonium praesentes literas fieri et sigilli officii vicariatus nostri fecimus appensione communiri. Datum Spirae feria tertia post dominicam Trinitatis, anno Domini MCCCCLXXXIII.

---

212. *Sixtus IV. pabst bestätiget dem domcapitel zu Speyer die satzung nur adelige aufzunehmen. Rom,* 1483 *sept.* 29.

Sixtus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Super gregem dominicum nostrae vigilantiae divinitus creditum, vigilis speculatoris officium, prout nobis desuper conceditur, exercentes, ad statum prosperum et felicem ecclesiarum omnium, praesertim cathedralium insignium operosis studiis diligentius invigilamus et ut ecclesiae ipsae pro votivo illarum successu utilium et in eis divinis servientium, sub quorum felici regimine salubriter gubernari valeant, personarum praesidiis fulciantur, opem et operam libenter impendimus efficacem. Sane pro parte dilectorum filiorum capituli ecclesiae Spirensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet alias clarae memoriae Carolus quartus, Romanorum imperator semper augustus, volens statui, decori et venustati dictae ecclesiae, quae in partibus illis plurimum insignis existit, pro sua singulari, quam ad eam gerebat, devotione opportune consulere, statuerit et ordinaverit, quod episcopus Spirensis pro tempore existens ac capitulum praefati ad ejus ac successorum suorum Romanorum imperatorum pro tempore existentium primarias preces nullum de caetero in canonicum dictae ecclesiae recipere tenerentur, nisi de nobili genere ex utroque parente procreatus existeret, ac deinde capitulum praefati unanimi eorum consilio etiam statuerunt et ordinaverunt, quod ex tunc in antea nullus per eos ad canonicatum et praebendam dictae ecclesiae nominari posset, nisi de militari genere ex utroque parente natus esset, tamen desiderant pro majori eorundem statutorum et ordinationum

observantia, illa de novo auctoritate apostolica fieri et ordinari ac magis extendi. Quare pro parte capituli praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut tam ecclesiae praefatae, quam eorum statui in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes ecclesiam ipsam in ejus statu et honore ampliari et ejus bona, jura et libertates feliciter conservari, hujusmodi supplicationibus inclinati, authoritate apostolica tenore praesentium perpetuo irrefragabilis constitutionis edicto volumus, statuimus et ordinamus, quod de caetero perpetuis futuris temporibus nullus in ecclesia praedicta ad canonicatum et praebendam hujusmodi nominari, eligi, recipi, seu alias assumi et admitti possit, etiam vigore literarum sedis apostolicae vel legatorum ejus aut facultatum nominandi, seu primariarum precum, aut quacunque alia, etiam ordinaria authoritatibus, nisi de militari genere ex utroque parente natus existat. Decernentes statuto et ordinationi nostris praedictis per quascunque literas per nos vel sedem eandem, etiam motu proprio ex certa scientia ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis et alias quantumque fortissimis et insolitis, etiam si in illis de verbo ad verbum de praesentibus statuto et ordinatione mentio fiat et in illis praesentes literae cum illarum datis insererentur et insertae forent, in posterum faciendis nullum praejudicium afferri seu derogari posse aut debere, nec non quascunque provisiones, nominationes, electiones et admissiones contra hujusmodi statutum et ordinationem forsan faciendas omnesque et singulos processus desuper habendos, quascunque sententias, censuras et poenas in se continentes, nec non totum id et quicquid secus super his a quoquam, quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptum iri, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti, non obstantibus praemissis ac constitutionibus vel ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus dictae ecclesiae, juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae ordinationis, statuti, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae

millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, tertio kalendas obtobris, pontificatus nostri anno tertio decimo. Jo. de Madiis. — Jo. Poggius.

---

213. *Sixtus IV. pabst bestätiget dem domcapitel zu Speyer die satzung, nur eheliche aufzunehmen. Rom,* 1483 *oct.* 23.

Sixtus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ut in domo Domini pulchritudo resplendeat, operam efficacem libenter apponimus et ea, quae pro ecclesiarum praesertim cathedralium decore facta sunt, ut in plena firmitate perpetuo remaneant, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus ac circa illa alias statuimus et ordinamus, prout ecclesiarum earundem statui et honori cognoscimus in Domino salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum capituli ecclesiae Spirensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias ipsi pro decore et honestate ipsius ecclesiae inter alia provide statuerunt, quod nullus in eadem ecclesia Spirensi reciperetur in personatum, canonicatum, praebendatum, semipraebendatum vel beneficiatum, nisi de legitimo foret matrimonio procreatus et quod quilibet sic recipiendus in sui admissione jurare deberet se credere, se fore de legitimo matrimonio procreatum. Quare pro parte eorundem capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut statuto hujusmodi pro illius subsistentia firmiori robur apostolicae confirmationis adjicere aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ecclesiarum quarumlibet, praesertim insignium cathedralium decus et honorem sinceris desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, statutum praedictum ac prout illud concernunt, omnia in eo contenta auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nichilominus pro potiori cautela de novo statuimus et etiam ordinamus, quod nullus in eadem ecclesia, ut praemittitur, recipi debeat, nisi de legitimo matrimonio procreatus fuerit et juraverit, se credere fore de tali matrimonio procreatum, decernentes, quod statuto hujusmodi alteri, quam sedi apostolicae non liceat quavis etiam ejusdem sedis legatorum auctoritate derogare, nec illi etiam per eandem sedem censeatur derogatum, nisi illius tenor de verbo ad verbum in literis derogationis hujusmodi insertus et de illius confirma-

tione ac novo statuto hujusmodi specialis et specifica, non autem per clausulas, quae hoc importare viderentur, mentio facta fuerit, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis ejusdem ecclesiae statutis et consuetudinibus, juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, suppletionis, statuti, ordinationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, decimo kalendas novembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

---

214. *Ludwig bischof zu Speyer erneuert und ordnet die dombaubruderschaft zu Speyer. Udenheim,* 1483 *dec.* 15.

Ludovicus Dei gratia episcopus Spirensis, universis et singulis abbatibus, prioribus, praepositis, archidiaconis, officialibus, archipresbyteris, decanis, camerariis, plebanis, viceplebanis, primissariis, altaristis, capellanis, rectoribus caeterisque clericis, tam religiosis, quam saecularibus, per nostras civitatem et dioecesim Spirensem ubilibet constitutis, ad quos praesentes nostrae literae pervenerint, aeternam in Domino salutem et in commissis diligentiam debitam adhibere. Quoniam ad horrendum archangelicae tubae clangorem in novissimi diei tremendo judicio omnes nos reassumptis corporibus manifestari oportet ante judicis pertremendi tribunal, ad metendum, quidquid quilibet in praesentis occurrentis vitae stadio, sive bonum, sive malum, seminaverit, tanto illuc quemque tutius credimus prosperare, quanta vi misericordiae de iniquitatis mammona sibi quivis amicos facere studuerit, quorum praesidio in aeterna recipi mereatur tabernacula. Inter omnes autem aeterni regis amicos ejus non ambigimus potentissimam admitti precesque matris non pati repulsam, quae castitatis comite pudore retento, prout nostri status flagitabat necessitas, ipsum regem ac salutis omnium procreavit auctorem. Unde etiam coelorum regina, fons pietatis, mater misericordiae non inconvenienter effecta apud suum filium, quem maternis aluit uberibus, pro sibi devotis preces effundere satagit, ac pro peccatis populorum eam honorantium tanquam advocatrix

Philippus de Rosenberg, decretorum doctor, canonicus majoris, nec non praepositus sanctorum Germani et Mauritii, Spirensium ecclesiarum reverendique in Christo patris et domini, domini Ludovici episcopi Spirensis in spiritualibus vicarius generalis, ad infrascripta specialiter deputatus. Recognoscimus et ad universorum, quorum interest, notitiam deducimus et deduci volumus per praesentes, quod comparentibus coram nobis, Spirae in curia habitationis nostrae solitae residentibus, honorabilibus et religioso in Christo nobis dilectis, fratre Joanne Gilfelt, priore monasterii Hemmenrodensis, reverendi patris, domini Joannis abbatis et conventus ejusdem

monasterii Hemmenrodensis, ordinis Cisterciensis, Trevirensis dioecesis, syndico et procuratore, prout de suo syndicationis et procurationis mandato nobis legitima existat facta fides et eo nomine syndicatorio et procuratorio ex una et Joanne Mussaug, plebano ecclesiae parochialis in Ryngenheym de et super competentia seu congrua portione eidem plebano assignanda et illorum occasione ex altera partibus, jam dictus dominus Joannes plebanus fatebatur, se habere ab ecclesia parochiali praedicta, primo a praelibatis dominis in Hemmenrode pastoribus et collatoribus viginti quatuor maldra siliginis. Item undecim maldra siliginis ex libro animarum, de quibus in recompensam et defalcationem certarum expensarum per nos dicto domino Joanni et suis successoribus sex maldra et reliqua quinque dictis pastoribus in subsidium competentiae sunt assignata et deputata. Item sex maldra siliginis a custodibus agrorum, in quorum possessione levandi et percipiendi hucusque fuerint. Item tertiam partem decimae minutae, quam ipse plebanus aestimavit ad octo florenos. Item quatuor offertoria, quae idem plebanus aestimavit pro duobus talentis denariorum, quae omnia aestimata extendunt se ad summam viginti septem florenorum cum dimidio et ultra jam expressa se nichil habere dicebat de ecclesia sua praedicta. Quare petiit de bonis datis, ut asseruit, decem maldra siliginis unacum quadam alia pecuniarum summa per eum expressa ad arbitrium suum et dictamen nostrum sibi suisque successoribus pro competentia seu congrua portione auctoritate nostra ordinaria per nos deputari et assignari. Nos tunc vicarius memoratus auditis praefati plebani petitionibus, nec non praelibati syndici et procuratoris responsionibus consideratisque ac pensatis per nos dictae plebaniae oneribus et redditibus praefato Joanni plebano moderno suisque successoribus pro tempore existentibus supra et ultra praedictos fructus, redditus et proventus per plebanum, ut praefertur, expressatos, tam pro dictis decem maldris siliginis de bonis dotis, quam aliis per eum petitis juxta nostram moderationem sex florenos Rhenenses singulis annis pro competentia seu congrua portione dicto plebano suisque successoribus per praefatos dominos pastores infra duo festa beatae Mariae virginis assumptionis videlicet et nativitatis solvendos, auctoritate nostra ordinaria deputavimus et assignamus. Item debent et tenentur praefati domini pastores horreum et stabula plebaniae desolata suis sumptibus et ex-

pensis funditus reaedificare, nec non domum plebaniae, ubi necesse foret, renovare seu reaedificare et renovari facere juxta dictamen et discretionem honestorum virorum per nos deputandorum. Quibus quidem domo, stabulis ac horreo, sic ut praemittitur reaedificatis et renovatis, praefatus dominus Joannes, plebanus modernus, suique successores domum, horreum et stabula hujusmodi in debita structura de caetero tenere debebunt juxta morem et consuetudinem illius patriae, exclusis sepibus curiae, de quibus restaurandis aut reaedificandis plebanus se nullo modo intromittere voluit. Quam quidem competentiam per nos, ut praefertur, assignatam praelibati domini, frater Joannes Gilfelt, syndicus et procurator, suo proprio reverendique patris, domini abbatis et conventus praedictorum nominibus, nec non Joannes Mussaug plebanus pro se suisque successoribus ibidem praesentes et audientes acceptarunt, laudaverunt et approbarunt ipseque plebanus modernus suique successores pro tempore existentes de et cum competentia hujusmodi sibi per nos, ut praemittitur, assignata contenti et totaliter expediti esse debeant et teneantur, neque praefatos dominos pastores supra vel ultra praemissa occasione competentiae quocunque modo impetere sive molestare debebunt. In quorum testimonium sigillum officii nostri vicariatus praesentibus est appensum. Datum et actum Spirae die mercurii octava mensis januarii sub anno a nativitate Domini MCCCCXC quarto.

---

228. *Alexander VI. pabst verändert die abtei* ***Odenheim*** *in ein weltliches chorstift. Rom.* 1494 *nov.* 12.

Alexander episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In supereminentis apostolicae dignitatis specula superna dispositione constituti ecclesiarum et monasteriorum omnium statum et conditionem diligenter inspicientes et eorum dispendiis occurrere ac honori et utilitati providere satagentes, illorum ac in eis altissimo famulantium personarum normam interdum cogimur commutare in melius, regularem et monasticum statum in ipsis nonnunquam extinguendo, prout ad divini cultus augmentum ac bonorum illorum a perversorum insultibus defensionem et conversationem ac pro ecclesiarum earundem decore et venustate id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane pro parte carissimi in Christo filii Maximiliani, Romanorum regis illustris, et dilectorum filiorum Christophori abbatis et conventus mo-

Digitized by Google

nasterii sanctorum Petri et Pauli in Odenheim, ordinis sancti Benedicti, Spirensis dioecesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet monasterium ipsum ab ejus primaeva fundatione sumptuoso opere constructum et aedificatum ac bonis temporalibus et annuis redditibus sufficienter dotatum, in eo quoque copiosus numerus monachorum institutus fuisset, tamen causantibus diversis temporum sinistris eventibus ac maximis molestationibus et perturbationibus ipsis illatis, abbas et conventus praefati in bonis temporalibus dicti monasterii non modicam jacturam passi fuerint et in futurum majorem pati formidant, verum si monasterium ipsum, suppressis et extinctis penitus in eo abbatiali dignitate et ordine ac omnibus et singulis prioratibus et officiis monasterii hujusmodi, in saecularem collegiatam ecclesiam erigeretur et in sic erecta ecclesia quinque dignitates et duodecim canonicatus et totidem praebendae pro totidem canonicis saecularibus, nec non juxta competentiam fructuum, reddituum et proventuum ejusdem monasterii aliquae perpetuae sine cura vicariae sive capellaniae pro nonnullis perpetuis vicariis seu capellanis ibidem altissimo famulaturis instituerentur, ex hoc profecto statui et indemnitati dicti monasterii ac ejus subditorum opportune consuleretur divinusque cultus inibi non modicum susciperet incrementum et fidelium devotio ad ipsam tunc erectam ecclesiam confluentium non parum augeretur ac dignitates, canonicatus et praebendas inibi obtinentes aliaeque ecclesiasticae personae saeculares melius et commodius, quam monachi et religiosae personae necessitatibus ipsius ecclesiae subvenire illiusque privilegia et jura ac bona ab adversantium calumniis et insultibus tueri et defendere possent. Quare pro parte Maximiliani regis ac abbatis et conventus praedictorum nobis fuit humiliter maxima cum instantia iteratis vicibus supplicatum, ut in monasterio praedicto abbatialem dignitatem, prioratum et monachialem statum conventualitatemque ac ordinem hujusmodi perpetuo penitus supprimere et extinguere ipsumque monasterium in saecularem et collegiatam ecclesiam cum sigillo, archa, mensa, bursa communi ac omnibus et singulis insigniis collegialibus ad instar aliarum ecclesiarum collegiatarum civitatis Spirensis et dictae dioecesis erigere, nec non Christophorum abbatem, priorem et monachos tacite vel expresse professos dicti monasterii, quorum nomina et cognomina inferius sunt descripta, a statu monachali et ejus habitus gestatione absolvere et in

eadem ecclesia quinque dignitates ac duodecim canonicatus et totidem praebendas cum aliquibus perpetuis sine cura vicariis sive capellanis instituere aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes, beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem secundum communem aestimationem tam beneficii uniendi, quam illius, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret ac semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatas, quorum interesset, quique in ecclesiis singulis divinum cultum vigere et augere illarumque bona a noxiis praeservari ac manuteneri et conservari nostris potissime temporibus intensis desideriis affectamus, diversorum Romanorum pontificum, praedecessorum nostrorum, qui etiam similia juxta rerum exigentiam concesserunt, vestigiis inhaerentes, hujusmodi supplicationibus, praesertim praefati regis id maxime exoptantis, instantissimis inclinati, in monasterio praedicto abbatialem dignitatem, prioratum et monachialem statum conventualitatemque et ordinem ac omnia et singula in dicto monasterio, nec non quaecunque beneficia et officia ejusdem monasterii tam in eo existentium, quam ab illo dependentium regularia, auctoritate apostolica et ex certa scientia ac de apostolica potestatis plenitudine, tenore praesentium perpetuo penitus supprimimus et extinguimus ac ad laudem omnipotentis Dei ejusque genitricis, virginis Mariae totiusque militantis ecclesiae exaltationem monasterium ipsum in saecularem ac collegiatam ecclesiam cum archa, mensa, bursa communi, sigillo de cera rubea ac omnibus et singulis insigniis collegialibus ad instar aliarum ecclesiarum collegiatarum saecularium civitatis et dioecesis praedictarum, ac in ipsa eccles.a quinque dignitates, quarum una praepositura, quae inibi principalis existat, et secunda decanatus, ac tertia scolastia, quarta vero cantoria ac quinta custodia nuncupentur et quod praepositus inibi caput aliorum existat ac tam in choro, quam in capitulo processionibus, locis et actibus aliis caeteris praesit et primum et digniorem locum obtineat, decanus vero secundum teneat locum et in choro et in capitulo correctionem et alia facere habeat, quae aliarum ecclesiarum collegiatarum civitatis et dioecesis praedictarum decani habere et facere consueverunt. Nec non duodecim canonicatus et totidem praebendas pro duodecim canonicis, qui simul cum obtinentibus pro tempore dignitates praedictas

capitulum ipsius ecclesiae faciant et constituant, ejusdem auctoritate et scientia erigimus ac Christophorum olim abbatem et priorem atque omnes ac singulos monachos dicti monasterii ordinem ipsum tacite vel expresse professos, quorum nomina et negotia infra descripta sunt, ut praefertur, a delatione regularis habitus et regularibus ceremoniis dicti ordinis ac statu monachali, tribus substantialibus votis, per eos tacite vel expresse emissis, omnino firmis remanentibus, penitus absolvimus ac cum ipsis ut deinceps in habitu saecularium clericorum incedere et habitum saecularium canonicorum gestare et illis se in omnibus conformare ac ut quaecunque, quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura se alias invicem compatientes, etiam si canonicatus et praebendae dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis et dignitates ipsae in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales majores aut in collegiatis ecclesiis hujusmodi principales fuerint et ad illos, illas vel illa consueverint, qui per electionem assumi eisque cura imminet animarum alias canonice obtinenda, habiles et capaces habeantur sintque et esse censeantur, dicta auctoritate dispensamus. Et nihilominus dictae sic erectae ecclesiae pro illius ac dignitatum, canonicatuum et praebendarum praedictarum, nec non perpetuarum vicariarum seu capellaniarum dote omnia et singula, ecclesias, decimas, praeposituras regulares, prioratus, dignitates, officia caeteraque cum cura et sine cura regularia et saecularia beneficia et loca ecclesiastica dicto olim monasterio unita, annexa et incorporata, quorum nomina et cognomina, vocabula et qualitates illorumque ac olim dicti monasterii et mensae capitularis dictae erectae ecclesiae fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores praesentibus haberi volumus pro expressis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem erectae ecclesiae perpetuo unimus, annectimus, applicamus et incorporamus, ita quod liceat praeposito, decano et capitulo ecclesiarum praefatarum, prioratuum, praeposiurarum, beneficiorum et locorum juriumque et pertinentiarum praedictarum corporalem possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere illorumque fructus, redditus et proventus in suos et ecclesiae ac mensae praedictarum usus et utilitatem convertere, dioecesanorum locorum et quorumcunque aliorum licentia super hoc minime requisita. Et ut circa

hujusmodi personarum dignitates ac canonicatus et praebendas in dicta ecclesia pro tempore obtinentium, modus conveniens et honestus observetur, auctoritate praefata statuimus et ordinamus, quod praepositus, decanus, scolasticus, cantor et custos de pellibus variis, canonici vero et capellani seu vicarii ejusdem ecclesiae, qui pro tempore fuerint, de asperiolis almutias ad instar aliarum collegiatarum ecclesiarum civitatis et dioecesis praedictarum deferre valeant ac alias moribus et ritibus majoris ecclesiae Spirensis in divinis se conformare debeant et teneantur, quodque praepositus ratione praeposituraе suae una cum distributionibus quotidianis et aliis capitularibus emolumentis et decanus duplicem, scolasticus vero, cantor et custos et quilibet videlicet canonicorum ratione canonicatus, integrum corpus praebendae seu integram praebendam et ultra hoc ratione dignitatis suae mediam praebendam cum distributionibus praedictis, praefatus quoque praepositus ultra portionem suam praebendalem hujusmodi quadringentos florenos Rhenenses super omnibus et singulis fructibus, redditibus et proventibus beneficiorum unitorum hujusmodi annuatim respective percipiat et percipere debeat. Ac omnia et singula temporalia feuda ac beneficia ecclesiastica quaecunque cum cura et sine cura ad collationem et concessionem abbatis et conventus praedictorum spectantia et pertinentia, cujuscunque qualitatis aut conditionis existant, nec non omnes et singuli fructus, redditus et proventus, jura, libertates ac spiritualia et temporalia privilegia, dudum a Romanis pontificibus, praedecessoribus nostris ac imperatoribus, regibus et aliis quaelibet concessa, ad erectam ecclesiam hujusmodi perpetue spectent et pertineant ac illi suffragentur ac quaecunque feuda et homagia tam mobilia quam castrensia, plebeja et emphiteotetica aliaque jura et bona temporalia dicto olim monasterio, nunc vero eidem erectae ecclesiae spectantia et quae forsan in posterum per eandem ecclesiam acquiri aut illi donari vel concedi contigerit, a praeposito pro tempore existenti dictae ecclesiae, quemadmodum ab abbate dicti olim monasterii recognoscebant, a quibuscunque personis, cujuscunque dignitatis, status, gradus, praeeminentiae, excellentiae vel nobilitatis existant, de caetero futuris perpetuis temporibus recognoscantur et suscipiantur. Emolumenta vero et jura capitularia ad capitulares duntaxat personas pertineant, quodque ut dignitates ac canonicatus et praebendae praedictae per tales personas obtineantur, per quarum solertiam et

diligentiam jura et bona ipsius ecclesiae in spiritualibus et temporalibus illaesa conservari possint. Nullus ad dignitates praedictas ac decem ex canonicatibus et totidem praebendis dictae ecclesiae erectae, nisi de nobili seu militari genere ex utroque parente procreatus ac ad reliquos duos canonicatus et praebendas dictae ecclesiae assumi vel recipi possit, nisi in theologia aut in utroque vel in altero jurium doctor sive licenciatus existat. Collationes quoque, receptiones et provisiones alias de illis etiam per sedem praedictam pro tempore factae nullius existant roboris vel monumenti. Praeterea praeposito pro tempore existenti dictae erectae ecclesiae ut mitra, baculo pastorali, annulo et aliis pontificalibus insigniis intra et extra erectam ecclesiam ac alias ubilibet uti ac post missarum, vesperarum et matutinarum sollemnia, benedictionem sollemnem, dummodo aliquis antistes aut dictae sedis legatus praesens non fuerit, elargiri, alias prout abbates dicti monasterii, qui hactenus fuerunt, facere consueverunt, libere et licite valeat, ac omnibus et singulis personis ecclesiae sic erectae, quod de caetero in dicta ecclesia horas canonicas secundum morem Romanae curiae dicere et recitare possint et si noluerint, non teneantur ad morem vel ordinem alium super hiis observandum, dicta auctoritate indulgemus. Statuentes etiam pariter et ordinantes, quod electio praepositi ac collationes, provisiones et dispositiones aliarum dignitatum, canonicatuum, praebendarum dictae ecclesiae perpetuis futuris temporibus ad sedem apostolicam ac decanum et capitulum praefatas, alias juxta concordata inter Romanam ecclesiam et nationem Germanicam spectent, ita tamen, quod electio dicti praepositi per sedem praedictam duntaxat confirmari debeat, capellaniarum autem seu vicariarum in eadem erecta ecclesia instituendarum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque cum cura vel sine cura, quorum collatio seu provisio ad ipsum olim abbatem pertinebat, in posterum ad sedem praedictam ac collationem praepositi ipsius erectae ecclesiae, sic pro tempore existentis, juxta hujusmodi concordata volumus pertinere, salvo etiam jure perpetuae seu irrevocabilis advocatiae specialisque protectionis et defensionis dictae ecclesiae erectae illiusque vasallorum hujusmodi et bonorum praesentium et futurorum, quae eodem modo ad eos patronos seu advocatos laicos spectent et pertineant, ad quos ante erectionem hujusmodi canonice pertinuerunt et pertinere consueverunt, vel quod prae-

positus et capitulum valeant et debeant defensorem seu advocatum in temporalibus libere eligere juxta privilegia et indulta Romanorum imperatorum et regum, olim praedicto monasterio in ejus dotationis fundatione aut alias quolibet concessa. Et insuper, ut praefata erecta ecclesia felicibus continue proficiat incrementis et in rebus et in negotiis ecclesiasticis debitus ordo in illa observetur, eisdem praeposito, decano et capitulo ipsius erectae ecclesiae quaecunque statuta et ordinationes salubria et honesta, sacris canonibus non contraria, pro felici statu et salubri directione ipsius ecclesiae et illius personarum, prout expedire videntur, faciendi et edendi, quae ab omnibus observari debeant, nec non aliquas perpetuas capellanias seu vicarias, prout inspecto valore fructuum, reddituum et proventuum ipsius ecclesiae et unitorum beneficiorum praedictorum eis visum fuerit, auctoritate nostra erigendi eisque ex eisdem fructibus, redditibus et proventibus dotem convenientem assignandi, plenam et liberam auctoritate praedicta concedimus facultatem. Et nichilominus dilectis filiis sancti Nicolai in Canberg Herbipolensis et praeposito et vallis Wimpensis et sancti Spiritus Heidelbergensis decanis Wormatiensis dioecesis ecclesiarum, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios praesentes literas ac omnia et singula in eis contenta, ubi et quando expedierit ac quotiens pro parte praepositi et capituli dictae erectae ecclesiae fuerint super hoc requisiti, sollemniter publicantes ac eisdem praeposito, decano et capitulo, canonicis et vicariis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentiam faciant, dicta auctoritate nostra omnia et singula in eisdem literis contenta inviolabiliter observari, non permittentes eosdem praepositum, decanum et capitulum contra earundem literarum tenorem per quoscunque quomodolibet impediri seu etiam molestari, impedientes et molestatores, nec non contradictores quoslibet et rebelles cujuscunque dignitatis, status, gradus, nobilitatis, praeeminentiae vel excellentiae per censuram ecclesiasticam ac alia juris remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Caeterum eisdem praeposito, decano et capitulo omnia et singula jura, res et bona mobilia et immobilia, olim per abbates quoscunque, sub quibusvis verborum formis obligatas et obligata, hypothecatas et hypothecata, redimendi illasque et illa ad praefatam erectam ecclesiam absque quorumcunque

impedimento et contradictione reintegrandi et recuperandi, prout olim abbas et monachi praefati facere potuissent, ipsisque executoribus praeposituram praedictam praefato Christophoro moderno abbati et cujus favore et industria jura ipsius erectae ecclesiae conservari et a noxiis praeservari poterunt ac decanatum et alias dignitates, nec non duodecim canonicatus et totidem praebendas personis infrascriptis ac erigendas capellanias seu vicarias ab eorum primaeva erectione et institutione hujusmodi vacantes, etiam aliis personis idoneis, etiam ex monachis dicti monasterii existentibus, per ipsos executores vel duos aut unum eorum nominandis, etiam quaecunque, quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus et exspectantibus, quae omnia et singula cum cura et sine cura saecularia et ordinum quorumvis regularia eorumque fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores ac dispensationem, ex quibus illa forsan obtinentur, tenores praesentibus haberi volumus pro expressis cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis auctoritate nostra praedicta hac prima vice conferendi, inducendi quoque Christophorum, recepto prius ab eo nostro et ejusdem Romanae ecclesiae nomine fidelitatis debitae juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, solito juramento in praeposituram et in decanatum singulasque alias personas praedictas vel procuratores suos eorum nominibus singulatis aliarum dignitatum, canonicatuum et praebendarum ac capellaniarum seu vicariarum juriumque et pertinentiarum praedictorum et defendendi inductos ac faciendi ad praebendas in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem stallo eis in choro et loco in capitulo ipsius ecclesiae cum dicti juris plenitudine assignatis, nec non ad praeposituram et ad decanatum ac alias dignitates et vicarias seu capellanias hujusmodi, ut est moris, admitti ipsisque singulis respective de praeposituae et decanatus ac aliarum dignitatum, nec non canonicatuum et praebendarum ac vicariarum seu capellaniarum hujusmodi fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis juxta divisionem appellationum et ordinationum per eos circa hoc faciendas integre responderi faciendi etiam plenam et liberam harum serie concedimus facultatem, contradictores simili auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus voluntate nostra praedicta ac felicis recordationis Alexandri papae quarti, praedecessoris nostri, qui incipit: „Ut abbates“ et aliis con-

stitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus olim monasterii et ordinis praedictorum juramento confirmationis apostolicae vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscunque, aut si venerabili fratri nostro, episcopo Spirensi vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dictae sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quolibet vel differri et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nomina vero illorum, quibus dignitates ac canonicatus et praebendae praedicti conferri debent, sunt haec: videlicet Valentinus Lesch, cui decanatus, Cuno de Bellersheim, cui scolasticia, Melchior de Nyppemburg, cui cantoria, Johannes de Buchis, cui custodia, Delbolt etiam de Buchis, Thomas de Obermulstat, Adamus de Hauchenheim, Martinus etiam de Nyppemburg, Philippus Wyler, Georgius de Schwalbach, Ludovicus de Lamersheim et Johannes de Gultlingen, quibus singuli ex canonicatibus et singulae ex praebendis praedictis conferrentur, dilecto vero filio Jacobo Stainhowel de Esslingen, scolari Constantiensis dioecesis, qui capituli et praedictorum procurator in negotiis eorum erit, prout hactenus fuit, ac in ipsa erecta ecclesia circa multa etiam divinum cultum concernentia deserviet, quamdiu vixerit, pro ejus sustentatione sexaginta floreni Rhenenses annis singulis in festo sancti Martini per capitulum praefatum persolvendos dicta auctoritate apostolica, si tamen ad hoc praepositi et capituli praedictorum expressus accesserit assensus, prout ipse Jacobus asserit, accedere concedimus et assignamus, non obstantibus omnibus supradictis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae suppressionis, extinctionis, erectionis, unionis, annexionis, applicationis, incorporationis, statuti, ordinationis, concessionis, voluntatis, indulti, mandati et assignationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae

millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, pridie idus novembris, pontificatus nostri anno tertio.

---

229. *Peter Rudlis abt von Rodenkirchen präsentirt den Johann Tuther von Ryell auf die pfarrei Waltlaubersheim.* 1495 *aug.* 23.

Illustri principi et domino, domino Philippo, comiti palatino Rheni, Bavariae duci ac Moguntinae ecclesiae praeposito, seu ejus officiali ac locum tenenti, Petrus Rudlis, abbas monasterii Rubrensis, ordinis Praemonstratensis, Moguntinae dioeceseos, quidquid poterit honoris et reverentiae. Ad plebaniam vel ad parochialem ecclesiam sancti Martini villae Waltleybersheym, Moguntinae dioeceseos, vacantem ad praesens per liberam resignationem fratris Petri Roess de Altzeia, ejusdem dioeceseos Moguntinae, ultimi tunc ejusdem possessoris, cujus collatio seu jus praesentandi ad me pleno jure et quemlibet abbatem dictae ecclesiae monasterii Rubrensis, dum vacare contigerit, pertinere dignoscitur, honorabilem religiosum virum, dominum Johannem Tuther de Ryell, ejusdem monasterii canonicum, tanquam habilem et idoneum vobis duximus praesentandum et in Dei nomine praesentamus per praesentes. Supplicamus vobis humiliter una cum eodem praesentato, quatenus ipsum ad dictam ecclesiam parochialem instituere et de illa investire aliaque sibi, prout vestrum spectat ad officium, impendere dignaremini, adhibitis circa haec sollempnitatibus debitis et consuetis. In cujus rei testimonium sigillum abbatiae praefati monasterii est appensum. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, die vicesima tertia mensis augusti.

---

230. *Jacob von Gochzheim, generalvicar des bischofes Ludwig zu Speyer, verlegt das kirchweihfest zu Dürkheim.* 1496 *aug.* 24.

Universis et singulis Christi fidelibus praesentibus et futuris, praesentes nostras literas inspecturis, visuris, lecturis pariter et audituris, Jacobus de Gochtzheim, decretorum licentiatus, canonicus ecclesiae sanctorum Germani et Mauritii Spirensis, reverendi in Christo patris et domini, domini Ludovici episcopi Spirensis in spiritualibus vicarius generalis, ad infrascripta specialiter deputatus, salutem in Domino sempiternam. Ex injuncti nobis officii benignitate piis supplicum votis,

illis praesertim, per quae Christi fidelium praelibato domino nostro subjectorum nedum animarum saluti, verum etiam personarum et corporum commoditati pro divinis audiendis et aliis consulitur, libenter annuimus eaque fervoribus prosequimur opportunis. Sane siquidem pro parte honestorum in Christo nobis dilectorum, plebani, juratorum ecclesiae parochialis sancti Johannis baptistae atque communitatis oppidi Durckheym, Spirensis dioecesis, nobis oblatae petitionis series continebat, quod licet dedicatio jam dictae ecclesiae parochialis olim usque nunc singulis annis ipso die decollationis ejusdem sancti Johannis baptistae communiter tenta et celebrata sit, tamen quia dicta dies decollationis sancti Johannis per dioecesim Spirensem praedictam et praesertim in dicto loco Durckheym aliisque locis circumvicinis sollempniter celebrari minime consueverit, quapropter communis populus dicti loci, nec non aliorum locorum et villarum circumjacentium artibus mechanicis et campestribus onerati laboribus nimius convenienter dicta die divinis officiis et dedicationi hujusmodi interesse atque sollempnisationi attendere seque indulgentiarum a diversis summis Romanorum pontificibus et cardinalibus in et ad dictam ecclesiam parochialem concessarum et per praefatum reverendum dominum nostrum episcopum Spirensem confirmatarum participem facere commode se minime possit aut valeat et signanter populus circumvicinus. Quamobrem nobis humiliter supplicatum est, quatenus propter praemissas et certas alias rationabiles causas nobis expositas praetactam dedicationem et ejus sollempnisationis diem in et ad aliquam aliam commodiorem et competentiorem diem, videlicet dominicam proximam ante dictum festum decollationis sancti Johannis baptistae singulis annis in antea inmutare dignaremur. Nos igitur vicarius memoratus dictorum supplicantium precibus tanquam justis et venerabilibus non immerito inclinati, praetactis et aliis honorabilibus de causis nobis expositis, animum nostrum ad hoc moventibus, supradictam dedicationem ecclesiae parochialis in Durckheym, ut praefertur, hucusque ipso die decollationis sancti Johannis baptistae tentam et obsternatam, cum omnibus et singulis indulgentiis, honoribus, privilegiis et sollempnitatibus in antea singulis annis dominica proxima ante dictum festum sancti Johannis, quemadmodum in eodem festo seu die decollationis sancti Johannis peragi et celebrari solebat, peragendam et celebrandam immutamus illamque inibi

ut sic more solito sollempnisandam fore decrevimus atque tenere volumus et mandamus, prout immutamus, decrevimus et mandamus per praesentes. Et insuper ex uberioris dono gratiae de omnipotentis Dei gratia et misericordia ejusque gloriosissimae virginis Mariae, nec non beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis et auctoritate confisi, omnibus et singulis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui supradictam ecclesiam in die dedicationis, ut praemittitur, instituta devote visitaverint aut pro ornamentis eidem ecclesiae seu fabricae donaverint vel contribuerint, totiens quotiens quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis poenitentiis auctoritate dicti domini nostri episcopi Spirensis nobis commissa et qua fungimur in hac parte, misericorditer in Domino relaxamus, salvo tamen, quod dicta die decollationis sancti Johannis baptistae missa do eodem sancto Johanne sollempniter celebretur praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem et testimonium praemissorum sigillum officii nostri praesentibus est subappensum, sub anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, die vero Jovis vicesima quarta mensis augusti.

---

231. *Johann von Oberndorf prior auf dem donnersberge übernimmt die verpflichtung, messe in der burgcapelle Falkenstein lesen zu lassen.* 1499 *sept.* 9.

Ich bruder Johann von Oberndorff, prior, vnd der ganz convent gemenlich des cloisters vff dem Donrsberg, sant Paulus ordens des ersten eynsidels, bekennen vns vfflich mit dissem brieff vnd thon kont allermenglichs, dass wir vor vns vnd vnser nachkommende den woilgeborne junckern, juncker Melchior von Dhune, hern zu Falkenstein vnd zu Oberstein, vnserm gnedigen junckern vnd siner gnaden erben by druwen vnd glauben zugesagt vnd versprochen haben, thon auch das in crafft diss brieffs vmb dess nutz vnd belonnss willen, so vns do von kommen ist vnd hinfurters komen soil vnd mag, ein ewichlichen wochen messe in syner gnaden capellen sant Catharin vor der burg zu Falkensteyn durch eyn vnser convents priester eyns jeglichen samsstag in der wochen gelegen von vnsre lieben frauwen annuntiation belesen zu lassen vnd halten sollen vnd wollen nach lut vnd inhalt eyns versigelten brieffs, den wir des halp vnd dar vber von syne gnaden inhaben, der von wort zu wort her inbegriffen

vnd also ludende ist: Wir Melchior von Dhune, herr zu Falkensteyn vnd zu Obersteyn, dun kunt vnd bekennen vffentlichen vor vns vnd vnser erben mit dissem brieff, dass wir dem allmechtigen Got vnd auch der hiemelschen konigin, syner hochgelopten lieben mutter Marien vnd allen hiemelschen here zu lop vnd zu ere eyn ewiglich wochen messe von vnser lieben frauwen annuntiatione, vff eyn jeglichen samsstag in der wochen in vnser cappellen der heylligen juncfrauw sant Catherine, vor vnser burg zu Falkensteyn gelegen, zu lesen verordnet, bestallt vnd vns des mit den ersamen vnd geystlichen heren, Johan prior vnd dem gantzen convent gemeynlichen des closters vff dem Donrsberg sant Paulus ordens im Mentzer bisthum, vertragen haben also, dass sie durche ire convents priester eyn soliche obbestimte messe vff eyn jeglichen samsstag in der wochen sonder alle seumnis vnd one alle geverde ewiglichen lesen vnd volbringen sollen, es were dan, dass so groiss vngewitter von frost, schne oder regen dess samsstag were, so solt dass vff eyn andern tag in der nechsten wochen darnach der glichter erfult werden. Darumb sollen vnd wollen wir obbenanter Melchior vnd vnser erben den bestimpten herrn vnd iren nachkomen nu hinfur ewichlichen vnd eyns jeglichen jars vff sant Martins des heyligen bischoffs tag im winter gelegen, sechs malter korns thon vss rechten vnd liebern, die were sie auch selbs zu heben vff eyn vnsern schulteiss zu Vlvesheim, der zu yder zyt sin wirt, von vnser korngulten do selbs fallende vsszurichten vorwiesen haben vnd alss dan gen kircheym liebern lassen. Vorwiesen sie auch des gegenwurtiglichen vor vns vnd vnser erben mit vnd in crafft diss brieffs der maiss vnder scheydlich, want vnd welich zyt wir oder vnser erben den vorbenannten prior vnd convent oder iren nachkommenden im jar sechzig rinischer gulden an golde oder goldes werung liebern, die sollen sie von vns entphaen vnd in dem nechsten monat darnach mit vnser oder vnser erben rait vnd wissen widder anlegen, damit sie des vor sich vnd ire nachkommende gewiss vnd sicher sin. Vnd so wir ynnen also die sechzig gulden gelibert haben, als balde sollen die obbeschriben sechs malter korns widder abe vff vns vnd vnser erben heym gefallen syn, dass sie vns auch mit genugsamen vorsorgung quytiren sollen vnd dannocht nit desto mynder die ewigliche messe, wie obsteet, von ynne gelesen vnd vollenbracht werden sonder alle seum-

nis vnd one alle geverde. Item wir sollen vnd wollen auch eym jeden priester, so soliche messe gelesen ist, in vnserm schloiss des mittags zu essen vnd zu drincken geben. Dess zu warem vrkunde haben wir obbenant Melchior vnser eygen insigel mit rechtem wissen an diesen brieff don hencken. Geben vnd gescheen vff montag nach vnser lieben frauwen tag nativitatis, im jare nach der gepurt Cristi vnsers lieben heren dusent vierhundert neunzig vnd nune. Also bekennen wir obgenannt bruder Johan prior vnd ganz convent gemynliche vor vns vnd vnser nachkomende, dass wir solichem allen, wass disser brieff inhelt, truwelichen, vffrichtig, sonder betrog, erberlich vnd one alle seumnis die ewigliche samsstag wochen messe von vnser lieben frauwen, wie obstet zu lesen, nachkommen, halten vnd vollenbringen sollen vnd wollen bey vnser priesterliche wirde vnd eren sonder alle geverde. Zu vrkunde han ich bruder Johan prior obgenant vor mich vnd den gantzen convent myn priorat insigel an dissen brieff gehangen vff tag vnd jar, wie obstet.

---

232. *Hartmann Bayer von Boppard domcapitular zu Speger verträgt sich als pfarrer zu Waldsee mit dem dortigen pfarrverwalter wegen dessen bezüge.* 1499.

Noverint universi praesentium inspectores, quod pridem plebania ecclesiae parochialis in villa Waltzheim prope Otterstatt, Spirensis dioecesis, ex morte quondam domini Nicolai Desch, novissimi illius, dum vixit, plebani sive curati, extra Romanam curiam et in partibus defuncti, vacante, nec non honorabili viro, domino Georgio Unsslin de Ygersheim, presbytero dictae dioecesis ad eandem plebaniam auctoritate reverendi patris, domini praepositi ecclesiae Spirensis, archidiaconi loci ad praesentationem venerabilis viri, domini Hartmanni Beyer de Bopparden, canonici Spirensis, nec non pastoris dictae ecclesiae in Waltzheim, ejusdem plebaniae collatoris atque patroni, legitime investito et instituto jam fati domini, Hartmannus Beyer pastor ex una, nec non Georgius. Unsslin plebanus partibus ex alia, de et super bonis ac censibus, redditibus, proventibus, obventionibus, juribus et emolumentis, quibus plebanus ipse, quamdiu in dicta plebania permanserit, pro competentia sua contentari, nec ipsum dominum pastorem pro ulteriori competentia impetere vel convenire debet, amice convenerunt atque concordarunt in hunc,

qui sequitur, modum. Inprimis namque praefatus dominus Georgius plebanus domum habitationis dictae plebaniae una cum horreo, stabulis et horto adjacentibus in esse et debita structura conservabit, domum hujusmodi cum suis pertinentiis inhabitando et utendo. Item habebit insuper idem plebanus pro sua competentia praedia bona dotis dictae ecclesiae, videlicet octuaginta jugera agrorum, quae communibus annis important triginta quatuor modios siliginis, quae quidem bona dotis plebanus ipse similiter in esse et debita cultura conservabit. Item duos modios siliginis dabit dominus pastor de decima sua singulis annis plebano. Item habebit etiam plebanus pro sua competentia quatuordecim jugera pratorum. Item quatuordecim jugera lignorum in silva, quod vulgo appellatur holtzrecht, ac duplicia jura glandium, quod vulgo dicitur zwey eichel recht. Item offertoria, quae singulis annis extendunt se ad summam octo vel novem librarum hallensium plus vel minus, secundum sub et supra. Item decimam minutam, quae communibus annis importat valorem duodecim florenorum aut plus vel minus, secundum sub et supra. Item decimam frugum infra certa septa villae Waltzheim excrescentium, pro ea portione, qua ipsius plebani immediatus antecessor illam percipere et levare consuevit et non ultra vel alio modo. Antedicta quatuordecim jugera lignorum in silva, quod vulgariter nuncupatur holtzrecht. Item decimam croci et sandicis vulgariter safran vnd kraude zehenden, tam infra, quam extra septa villae Waltzheim excrescentium, reservata tamen ipso domino pastori potestate libera atque plenaria de abdicando ipsi plebano dictam decimam frugum infra septa villae Waltzheim excrescentium ac etiam sandicis vulgariter kraude zehenden, illamque in eventum, quo successu temporis nimium susciperet incrementum et adauctum, sibi ipsi retinendo ac illam decimae majori adscribendo, juxta sui libitum voluntatis. Item habebit insuper plebanus quatuordecim solidos denariorum annue pro luminibus ad orandum, quos dant jurati ecclesiae. Item duos solidos, tres denarios de curiis seu areis Behelers et Jockels kinde. Item tres solidos denariorum super curia hospitalis. Item sedecim denarios, quos dat die Drummeln. Item decem et octo denarios de libro judiciali. Item de pecudibus et porcis habebit portionem consuetam. Item habebit etiam plebanus stolam et alia accidentalia, quae ipsius plebani antecessores habere consueve-

runt. Item voluit insuper et vult praefatus dominus pastor dictum plebanum suum ab onere dandi et solvendi seu praesentandi sibi pastori per antecessorem plebanum annis singulis dari et praesentari solito supportatum atque liberum esse et desuper praefatus dominus Georgius Unsslin plebanus dicto domino Hartmanno Beyer, pastori atque patrono suo, solitum et consuetum juramentum praestitit in hunc modum: „Ego Georgius Unsslin, rector parochialis ecclesiae in Waltzheim, Spirensis dioecesis, promitto et juro, quod ab hac hora et in antea et quamdiu rector in dicta ecclesia Waltzheim persevero vel existo, pastori meo obedientiam debitam et condignam in licitis et honestis observabo, sibique fidelis ero ac bona et utilia pastoris juxta nosse et posse procurabo et censibus, redditibus ac proventibus mihi tamquam plebano vel vicario dictae parochiae ut sic assignatis contentus ero, nec quicquam ultra ista seu amplius a praefato pastore exigere studebo, parochiamque meam praescriptam et populum mihi commissum fideliter regam juxta consuetudinem hactenus in eadem parochia observatam, bonaque spectantia ad ecclesiam meam seu vicariam et mihi pro portione mea deputata seu deposita, in structura et cultura debitis tenebo, nil penitus de suis bonis ab eadem ecclesia alienando, sed potius alienata juxta posse et nosse recuperando, neque praedictam ecclesiam permutabo vel resignabo in Romana curia vel extra curiam, nisi hoc fuerit de speciali consensu mei pastoris, fraude et dolo in omnibus praescriptis penitus seclusis et postpositis.“ In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum atque concordantiam, quarum pastor unam et plebanus aliam penes se habent. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, feria tertia proxima post festum beatae Mariae virginis. Ego Hartmannus Beyer, pastor praenominatus, sigillum meum proprium praesentibus duxi subimprimendum. Et quia ego Georgius Unsslin plebanus proprio sigillo ad praesens careo, idcirco venerabilem et circumspectum virum, dominum Nicolaum Benedicti, decretorum doctorem, semipraebendarium ecclesiae Spirensis, ad imprimendum praesentibus pro me sigillum suum proprium instantius rogavi. Ad cujus quidem domini Georgii Unsslin plebani instantiam atque rogatum ego Nicolaus Benedicti, doctor atque semipraebendarius praefatus, recognosco, me sigillum

meum proprium pro ipso plebano, citra tamen mei et haeredum meorum damnum et praejudicium, praesentibus literis duplicatis apposuisse.

---

233. *Ludwig bischof zu Speyer unterstellt das kloster Seebach der besonderen aufsicht des abtes Johannes von Sponheim.* 1500 *juni* 19.

Ludovicus Dei gratia episcopus Spirensis venerabili et religioso amico, nobis dilecto Joanni abbati in Spannheim, salutem in Domino. Cum monasterium sanctimonialium in Seebach, ordinis sancti Benedicti, nostrae dioecesis, per nos dudum non parvis laboribus et expensis ad observantiam regularis disciplinae reductum sine diligenti visitatione, cura et sollicitudine alicujus majoritatis non diu in bono statu tam spiritualium, quam temporalium possit subsistere et nos arduis et quotidianis causis ecclesiae nostrae praepediti, illi superintendere non possumus, necessarium duximus illud alicui committere, qui vices nostras compleat et tam in spiritualibus, quam in temporalibus officium visitationis cum caeteris necessariis juxta decreta patrum et ipsius ordinis exequatur. De vestro igitur zelo, prudentia et sollicitudine spem certam habentes, praefatum monasterium usque ad nostram successorumve nostrorum revocationem vobis praesentium tenore committimus, dantes vobis plenam auctoritatem visitandi, corrigendi, emendandi, instituendi, dirigendi, ordinandi et faciendi omnia et singula ipsum monasterium, ejus personas, statum et provisionem secundum statuta ordinis vestri et regulam sancti Benedicti ac canonicas sanctiones, quae vobis pro tempore necessaria visa fuerint et opportuna, pollicentes vobis pro manutentione laudabilis institutionis observantiae regularis ac continuatione monasticae disciplinae in eodem loco nostram assistentiam, consilium et auxilium, ubi et quotiens vobis necessarium fuerit. Insuper praecipimus et mandamus tam praesentibus quam futuris saepedicti monasterii in Seebach abbatissae, sanctimonialibus, conversis et donatis, ut vobis obedientiam secundum regulam sancti Benedicti et ordinis statuta exhibeant, mandatis vestris legitimis obediant, visitationes, monitiones, correctiones, institutiones et decretiones reverenter suscipiant, jussionibus vestris secundum Deum et regulam ordinis humiliter acquiescant. Exhortamur insuper vestram caritatem, quatenus intuitu divini

amoris et nostrae petitionis diligentem curam ipsi monasterio tam in spiritualibus quam in temporalibus atque personis adhibere non negligatis, in quo Deo rem acceptam nobisque gratam facietis, aeterna sine dubio mercede recompensandam. Datum sub sigillo nostro a tergo praesentibus impresso, decima nona die mensis junii, anno Domini millesimo quingentesimo.

---

234. *Ludwig bischof zu Speyer giebt vollmacht zur besserung des Dominicanerinnen klosters zu Weissenburg.* 1501 *märz* 13.

Ludovicus Dei gratia episcopus Spirensis, recognoscimus ac ad universorum, quorum interest, notitiam deducimus per praesentes, quod pro parte validi Jacobi de Fleckenstein armigeri nobis oblatae petitionis series continebat, quod, quamquam coenobium sanctimonialium Merebronnense ordinis praedicatorum in oppido Wyssemburg nostrae Spirensis dioecesis situatum, antiquitus per suos progenitores fundatum, erectum, institutum et competenter dotatum fuerit, ibidemque priorissa et conventus caeteraeque sorores ejusdem coenobii pro tempore existentes aliquamdiu inibi altissimo debitum famulatum procurando regularem duxerint vitam, tamen successu temporis praedictae priorissa et sorores conventuales, quo spiritu ductae nescitur, praemissis non attentis, propriae salutis immemores, nedum in scandalum religionis et ecclesiastici status earum, verum etiam totius parentelae earundem sororum scandalum et oblocutionem, ab hujusmodi regulari et laudabili continuata vita recesserint cupiantque dictum coenobium in pristinum regularem reducere, seu potius reduci facere, statum, quod tamen absque nostris licentia, permissione atque voluntate debite fieri non possit, nobisque propterea humiliter supplicato, quatenus ad hoc licentiam, permissionem et voluntatem nostras ordinarias impertire dignaremur. Nos itaque ad praemissa facienda tanto provocamur ardentius, quanto frequentius intenta mente recolimus fructus uberiores ex earum exemplari vita universis et singulis Christi fidelibus, earum vitam et disciplinam videntibus et considerantibus, provenire posse, pia supplicantis intentione commoti, ad assentiendum, quod petitur, studia nostra duximus convertenda. Idcirco, ut dictum coenobium sanctimonialium tam in capite, quam in membris per hujusmodi coenobii praelatos et alios, quorum interest, superiores in statum pristinum ac

vitam meliorem ac religiosiorem reduci, debite reformari et alias juxta sanctorum patrum praescripta et instituta, dictique ordinis regulam et observantiam possit et valeat, nostras, quoad hoc et quantum in nobis est, licentiam, permissionem, assensum et pariter auctoritatem ordinariam impertimur speciales, nostris tamen atque successorum nostrorum juribus, privilegiis et praeeminentiis quibusvis in omnibus et per omnia semper salvis. In quorum testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in castro nostro Udenheim anno Domini millesimo quingentesimo primo, decima tertia die mensis martii.

---

235. *Raimund cardinal und päbstlicher abgeordneter in Deutschland ertheilt dem Wendelin Jeger von Speyer einen ablassbrief.* 1502 *märz* 2.

Raymundus miseratione divina tituli sanctae Mariae novae, sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis Gurcensis, ad universam Germaniam, Dalmatiam, Sueciam, Norwegiam, Frisiam, Porussiam omnesque et singulas provincias, civitates, terras et loca, etiam sacro Romano imperio in ipsa Germania subjecta et eis adjacentia, apostolicae sedis de latere legatus, universis et singulis praesentes literas inspecturis salutem in Domino. Notum facimus, quod sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Alexander, divina providentia papa sextus et modernus, concessit omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus pro tuitione orthodoxae fidei contra Turcos, ejusdem fidei inimicos, juxta ordinationem nostram manus adjutrices porrigentibus, propter jubilaeum et alias indulgentias, gratias et facultates, quas Christi fideles ipsi obtinere possunt visitando ecclesias per nos aut commissarios nostros, ac si visitassent basilicas urbis tempore jubilaei, prout in literis apostolicis desuper confectis plenius continetur, quod possint eligere confessorem idoneum saecularem vel regularem, qui eis semel in vita ab omnibus et singulis peccatis, excessibus, criminibus et delictis, etiam sedi apostolicae generaliter vel specialiter reservatis, exceptis contentis in literis, quae in die coenae Domini legi consueverunt, absolutionem plenissimam impendere; ab aliis vero eidem sedi non reservatis vita eis comite totiens quotiens eos absolvere; et in mortis articulo ac etiam totiens quotiens de eorum morte dubitatur, etiam si tunc eos

Nos Heinricus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Termopolensis, reverendique in Christo patris et domini, domini Philippi eadem gratia episcopi Spirensis in pontificalibus vicarius generalis, notum facimus universis per praesentes, quod sub anno Domini millesimo quingentesimo decimo, tertia die mensis augusti consecravimus altare in parochiali ecclesia in dextro latere positum villae Veningen, Spirensis dioecesis, in honore sanctae Annae, Valentini, Catharinae, Barbarae, Margarethae, cujus quidem parochialis ecclesiae dedicationem statuimus perpetuo celebrandam dominica proxima ante Michaelis. Cupientes autem, ut ecclesia praedicta devotius atque frequentius a christicolis visitetur et veneretur, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, atque beati et gloriosi Dimetrii militis et martyris, nostri patroni, meritis et auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus et professis, qui praementionatam ecclesiam in die dedicationis, in festivitatibus Christi nativitatis, circumcisionis, epiphaniae et in festis patronorum ecclesiae et altarium praedictorum devote visitaverint, divinum in ea audientes officium vel alias peregrinationis causa ad eandem venerint, preces suas altissimo fundentes vel pro omnibus fidelibus defunctis in cimiterio ejusdem ecclesiae tria Pater noster et tot Ave Maria devote oraverint vel ad pulsum angelicum ipsas quoque angelicas salutationes ter flexis genibus dixerint vel qui ad conservationem, reparationem praedictae ecclesiae vel ornamentorum ecclesiasticorum comparationem sive emptionem manus porrexerint adjutrices vel quodcunque aliud in ea pietatis vel misericordiae opus fecerint, quotiens totiens quadraginta indulgentiarum dies criminalium peccaminum et centum venialium de injunctis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus

perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum testimonium sigillum nostrum pontificale majus praesentibus est appensum. Datum anno, die et loco, ut supra.

---

248. *Der official des Speyerer domprobstes bestätiget die von Hanns von Ingelheim erneuerte und verbesserte frühemesserei zu Rupertsberg.* 1511 *jan.* 2.

In nomine Domini, amen. Officialis reverendi patris praepositi insignis ecclesiae Spirensis. Ad perpetuam rei memoriam. Inter alia nostri sollicitudinem officii tangentia haec quasi potissimum esse dignoscitur, ut ea, quae divini cultus respiciunt augmentum, verbo studeamus et opere favorabiliter promovere et Christi fideles ad id faciendum devotius invitare. Sane pro parte validi viri, Joannis de Ingelheim armigeri et castellani arcis sive castri in villa Ruppersberg, Spirensis dioecesis, nobis fuit significatum, quod licet dudum quoddam perpetuum beneficium ecclesiasticum ad altare beatissimae virginis Mariae in ecclesia parochiali villae Ruppersberg antedicta juxta et secundum quarundam desuper consuetarum institutionis et confirmationis literarum, quibus praesentes nostrae literae sunt transfixae, tenorem atque continentiam fundatum, ac competentibus redditibus dotatum fuisset atque provisum, iidem tamen redditus temporis tractu, aut ex incuria beneficiatorum ejusdem pro tempore beneficii possessorum, aut per alios fortuitos eventus ad tantam evenissent diminutionem atque extenuationem, quod illorum valor annuus tredecim florenos auri Rhenensis communi aestimatione minime transcenderet, de quibus beneficiatus pro tempore se absque penuria sustentare, residentiam ibidem facere personalem et alia ipsius beneficii onera perferre minime valeret, unde, ne id ipsum beneficium ad extremum per inclinationis et annihilationis terminum deveniret, ipse Joannes de Ingelheim armiger, pio motus affectu ac terrena in coelestia, nec non transitoria in aeterna, ac inaccessibiles thesauros commutare cupiens, in et ob omnipotentis Dei gloriosissimaeque virginis Mariae et omnium supernorum civium laudem et honorem, nec non sui et quondam Margarethae de Handschusheim, uxoris suae legitimae, ac parentum et progenitorum suorum omniumque Christi fidelium animarum remedium atque salutem, id ipsum beneficium novis quibusdam redditibus se praeter et super antiquos redditus

ad summam et valorem viginti florenorum auri Rhenensis vel circa extendentibus, de bonis a Domino sibi collatis dotando augmentasse, quodque honorabilis vir, dominus Joannes Waltman, modernus dictae ecclesiae plebanus, jus praesentandi personam habilem et idoneam ad dictum beneficium, dum pro tempore vacat, quod ad ipsum plebanum juxta praementionatarum primae fundationis atque confirmationis literarum continentiam atque tenorem spectavit atque pertinuit, in ipsum Joannem de Ingelheim armigerum suosque haeredes et successores in dicto castro residentes, sive masculini sive feminini sexus fuerint, transtulisset, ita quod de caetero perpetuis futuris temporibus idem Joannes de Ingelheim armiger, quoad vixerit, ac deinde post ejus obitum semper senior ex haeredibus aut successoribus suis dictum castrum pro tempore inhabitantibus et possidentibus, sive masculini sive feminini, ut praemittitur, sexus fuerit, personam habilem et idoneam actu in sacerdotio constitutam, aut eam, quae infra annum a die adeptionis quietae computandum ad sacerdotii valeat gradum promoveri, ad beneficium, dum pro tempore vacat, antedictum sub praefato domino nostro praeposito, ut archidiacono loci, atque successoribus suis ad investiendum et instituendum infra unius mensis primum dicti beneficii vacationis diem immediate sequentem spatium praesentare habebit atque debebit, alioquin, quod praesentatio hujusmodi, quotiens post dictum mensis spatium differre contigerit, ad dictum dominum praepositum atque successores pro ea duntaxat vice devoluta sit atque censeatur, quodque beneficiatus pro tempore dicti beneficii, eo quod illius antiqui et novi redditus suffragante augmentatione praedicta se nunc ad valorem annuum extenderent florenorum non minus triginta duorum auri Rhenani vel circa in villa Ruppersberg antedicta apud ipsum beneficium in domo habitationis ad hoc deputata, omni exceptione, contradictione aut qualicunque privilegio, absolutione vel dispensatione, etiam motu proprio concessis vel concedendis, caeterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, continuam et personalem residentiam, nec non plebano dictae ecclesiae cantando et legendo juxta dictarum primaevae dotationis atque confirmationis literarum tenorem, debitam astantiam facere ac nihil de ipso beneficio in absenti percipere, et nihilominus ternas in hebdomada missas, unam videlicet tertiae cujuslibet septimanae feria de sancta Anna, et reliquas binas missas aliis congruentibus

in hebdomada diebus in dicta parochiali ecclesia, sine tamen plebani praejudicio, celebrare teneatur, in eventu autem, quo in tertia cujuslibet septimanae feria alicujus anniversarii, obitusve, aut septimi, aut tricesimi peractio occurrerit habenda, quod ex tunc totiens quotiens beneficiatus dictam missam, quam alias eadem feria tertia de sancta Anna, ut praemittitur, sequentibus diebus absque ulla negligentia vel praetermissione celebrabit, plebanus etiam beneficiatum ipsum hujusmodi et aliis anniversariorum, obsequiorum, septimorum vel tricesimorum peractionibus in dicta ecclesia interesse atque praesentias deservire volentem admittere teneatur, et quod missa per eundem beneficiatum in qualibet peractione ejusmodi celebrata in aliarum missarum, ad quarum celebrationem alias in hebdomada tenetur, numero respectetur atque defalcetur, missa tamen sanctae Annae, quam beneficiatus absque alicujus defalcationis vel superactionis relevamine singulariter et specialiter, quo praemittitur modo, celebrare adstrictus esse contradictione exclusa. In missa vero, si quam dictus beneficiatus de licentia et permissione, quorum interest, in castro Ruppersberg antedicto interdum vel hebdomadatim de tempore, vel de sanctis aut aliis, praeterquam de sancta Anna celebraturus esset, defalcationi, quoad alias duas missas hebdomadales, locus sit et esse debeat. Nec beneficiatus pro tempore se a dicto beneficio absentabit, sed apud illud personaliter, ut praemittitur, residebit atque deserviet, nec non domum et alia dicti beneficii bona et fructus, census, redditus, proventus atque jura in esse et debita cultura atque structura conservabit. Quare pro parte dicti Joannis de Ingelheim armigeri nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus dicti beneficii novam dotationem, augmentationem ac juris praesentandi translationem omniaque et singula praemissa authoritate nostra ordinaria ratificare, approbare et confirmare dignaremur. Nos igitur officialis praefatus supplicationibus hujusmodi tamquam piis ac justis et rationabilibus favorabiliter annuentes, nec non omnia et singula praemissa rata habentes atque grata, illius et illa cum omnibus et singulis clausulis atque capitulis praescriptis pro illorum substantia firmiore, authoritate nostra ordinaria de consensu honorabilis viri, domini Joannis Waltman plebani supradicti, quem ad hoc per suas patentes literas sigillatas nobis praesentatas ac per nos visas atque lectas praestitit atque exhibuit, approbandum atque confirmandum, nec non nostrae

authoritatis praesidio solidandum duximus, prout approbamus, confirmamus et solidamus per praesentes literas, tamen primaevae fundationis, dotationis atque confirmationis dicti beneficii, quibus praesentes literae sunt transfixae, in omnibus suis clausulis et capitulis, quibus praesentibus non contrariatur, salvis manentibus atque illaesis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes literas exinde fieri nostrique sigilli causarum jussimus et fecimus sub appensione communiri. Datum et actum sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo undecimo, die Jovis secunda mensis januarii.

---

249. *Philipp I. bischof zu Speyer befreit den Alexander Messerschmitt von der leibeigenschaft. Udenheim,* 1512 *märz* 21.

Philippus Dei gratia episcopus Spirensis, notum facimus universis praesentes literas visuris, lecturis et audituris, quod nos ex certis et rationabilibus causis, animum nostrum moventibus, et praesertim ob preces intuitu et contemplatione illustrissimae dominae, dominae Margarethae, archiducissae Austriae, ducissae et comitissae Burgundiae, relictae usufructuariae Sebaudiae, patriarum gubernatricis etc. discretum Alexandrum Messerschmit, ex oppido nostro Bruchsella natum et alias nobis, sicut caeteri ecclesiae nostrae proprii homines, homagio obstrictum, manumisimus ac libertati donavimus, absolventes eum ab omnibus et singulis homagii, servitutis et obedientiae nexibus, quibus nobis et ecclesiae nostrae hactenus fuit obstrictus. Absolvimus per praesentes melioribus via et modo, quibus de jure aut consuetudine possumus, etiam juri nostro in persona et rebus ejusdem plene renuntiantes, ita quod deinceps praefatus Alexander sicut liber homo ad alia loca extra dominium ecclesiae nostrae Spirensis, quocunque voluerit, se transferre, matrimonium etiam cum extranea contrahere, ibidem domicilium sibi constituere et reliqua omnia exercere et facere possit et valeat, absque impedimento et contradictione nostra et successorum nostrorum atque ex nostra parte aliorum quorumcunque sine dolo et fraude. In cujus rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in castro nostro Udenheim vicesima prima mensis martii, anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo duodecimo.

250. *Thomas Truchsess, generalvicar zu Speyer, vereint die St. Marcus capelle bei Speyer mit dem dortigen St. German's stifte. Speyer,* 1513 *febr.* 1.

Universis et singulis Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris, Thomas Truchses, utriusque juris doctor, canonicus et scholasticus ecclesiae Spirensis, reverendi in Christo patris et domini, domini Philippi, episcopi Spirensis in spiritualibus vicarius generalis, ad infrascripta specialiter deputatus, salutem in Domino sempiternam. Cum, sicuti accepimus, quondam Bertholdus, canonicus ecclesiae sancti Germani extra muros, nunc vero sanctorum Germani et Mauritii intra muros Spirenses, olim quandam capellam et domum sancti Marci extra dictos muros de consensu tunc episcopi Spirensis fundasset, illasque et jus patronatus una cum omnibus et singulis juribus et pertinentiis suis decano et capitulo dictae ecclesiae pleno jure tradidisset etc. etc. Quare pro parte decani, nec non Jodoci procuratoris praefatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus donationem et translationem hujusmodi admittere nostramque auctoritatem ordinariam interponere dignaremur. Unde nos Thomas scholasticus et vicarius praefatus, hujusmodi supplicationibus inclinati, donationem et translationem cum omnibus juribus et pertinentiis suis admisimus, prout per praesentes admittimus et dilectum nobis in Christo Eustachium Munch, in decretis licentiatum, dictae ecclesiae canonicum, coram nobis constitutum et ejusdem ecclesiae nomine donationem et translationem hujusmodi acceptantem, de capella et domo praefatis melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus potuimus, investivimus et investimus per praesentes, ita quod liceat decano et capitulo praefatis de capella et domo ac singulis bonis suis mobilibus et immobilibus disponere et ordinare, prout de aliis bonis dictae eorum ecclesiae disponere et ordinare poterunt. In quorum fidem has literas sigillo vicariatus officii jussimus et fecimus roborari sub dato Spirae in domo habitationis nostrae anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo tertio, die vero prima mensis februarii.

---

251. *Leo X. pabst dispensirt den neuerwählten bischof Georg zu Speyer im besitze mehrerer präbenden. Rom.* 1513 *juni* 22.

Leo episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum pontificem, ne dispensationes

et concessiones, per eum pro tempore factae, valeant quomodolibet impediri, sed sublatis obstaculis universis suum debitum sortiantur effectum, congrua remedia adhibere. Cum itaque nos hodie postulationem de persona dilecti filii, Georgii comitis palatini Rheni ex ducibus Bavariae, canonici Spirensis, ad ecclesiam Spirensem olim certo modo pastoris regimine distitutam, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica admittere eumque illi in episcopum et pastorem praeficere, ac secum, ut etiam, postquam munus consecrationis susceperit ac in vim admissionis et praefectionis praedictarum pacificam possessionem vel quasi regiminis et administrationis ac bonorum dictae ecclesiae vel majoris partis eorum assecutus fuerit, etiam una cum dicta ecclesia Spirensi et quae de jure patronatus carissimi filii nostri Maximiliani in imperatorem Romanum electi illustris ratione comitatus Flandriae existit sancti Donatiani Brugensis — et majoris Moguntinae — ecclesiarum praeposituras, nec non quae etiam de jure patronatus baronum de Erpach pro tempore existentium existit, parochialem ecclesiam in Hofiheym Tornacensis et Moguntinae dioecesis ac Trevirensis, nec non praedictarum Moguntinae, quamdiu dictae ecclesiae Spirensi praefuerit, et usque ad annum a datis praesentium computandum Spirensium ecclesiarum canonicatus et praebendas, quos idem Georgius ex dispensatione apostolica inter alia obtinet, ut prius retinere possit, dispensare intendamus: nos ne dispensatio hujusmodi praetextu quarumcunque specialium vel generalium reservationum, unionum et aliarum facultatum impediri valeat, providere volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia omnes et singulas personales vel generales reservationes, uniones, annexiones et incorporationes, etiam perpetuas ac provisiones commendas, nec non providendi, commendandi et quaevis alia mandata, facultates et concessiones de praeposituris, canonicatibus et praebendis ac parochiali ecclesia hujusmodi vel aliquibus earum, quam primum illos etiam ex persona dicti Georgii vel alias quovis modo vacare contingent, tam per nos, quam sedem apostolicam, quibus verborum formis et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque fortioribus efficationibus et insolitis etiam motu et scientia similibus ac de appositione potestatis plenitudine, nec non quavis consideratione et intuitu, etiam quantumcunque grandi et excogi-

tabili, etiam imperatoris, regum, reginarum et aliorum principum et dominorum temporalium et praelatorum, ac etiam in favorem quarumcunque personarum, etiam cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existentium, etiam cardinalatus honore fulgentium, in genere et specie et ex quibusvis causis, etiam quantumcunque grandibus, facta et concessa illorumque vim et effectum, tenores illorum pro sufficienter expressis habentes, auctoritate apostolica tenore praesentium omnino cassamus et annullamus, non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae cassationis et extinctionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio decimo, decimo kal. julii, pontificatus nostri anno primo.

---

252. *Leo X. pabst dispensirt den neugewählten bischof Georg zu Speyer im canonischen alter. Rom,* 1513 *juni* 22.

Leo episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Georgio, comiti palatino Rheni ex ducibus Bavariae, canonico Spirensi, salutem et apostolicam benedictionem. Divina supereminens largitas nonnunquam in multis suae gratiae dona diffundit, quod etiam defectum aetatis patientes, per suarum virtutum merita defectum supplentes, eosdem merentur ad dignitatum culmina promoveri. Cum itaque nos hodie postulationem de persona tua in vicesimo octavo tuae aetatis anno constituta ad ecclesiam Spirensem, tunc certo modo pastore carentem, per dilectos filios illius capitulum concorditer celebratum admittere teque eidem ecclesiae in episcopum et pastorem praeficere intendamus, et sicut accepimus, tu defectum aetatis praemissae patiaris in illius anno praedicto constitutus, ut praefertur: nos sperantes, quod tu per grandium virtutum dona, quibus circumfultus existis, et alia tibi affutura suffragia eidem ecclesiae esse poteris multipliciter fructuosus, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, tecum, ut eidem ecclesiae praefici et praeesse ac illius curam et administrationem recipere illamque in spi-

ritualibus et temporalibus regere et gubernare ac munus consecrationis suscipere et illo uti libere et licite valeas, defectu praedicto ac Lateranensi concilio et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictae ecclesiae juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore praesentium de specialis dono gratiae dispensamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio decimo, decimo kal. julii, pontificatus nostri anno primo.

---

253. *Georg bischof zu Speyer giebt dem pfarrer zu Duttweiler die erlaubniss, auf diese pfarrei zu verzichten. Udenheim,* 1513 *oct.* 4.

Georgius Dei gratia electus et confirmatus ecclesiae Spirensis, comes palatinus Rheni Bavariaeque dux etc. honorabili in Christo nobis dilecto Henrico Luder, beneficiato in Bruchsal ac pastori in Dudweiler, salutem in Domino sempiternam. Ut jam dictam pastoriam tuam, de nostra collatione existentem, in favorem honorabilis in Christo nobis dilecti Simonis Ribysen, jurium doctoris, resignare aut permutare possis aut valeas, tibi tenore praesentium nostrarum praebemus consensum pariter et assensum, ita tamen, quod in hujusmodi resignationis seu permutationis negotio non interveniat fraus, dolus, symoniae pravitas aut quaevis alia illicita pactio. In cujus rei fidem sigillum nostrum secretum praesentibus tergotenus est appressum. Datum Udenheim quarta mensis octobris, anno Domini millesimo quingentesimo decimo tertio.

---

254. *Dechant und capitel des St. Michael's stiftes zu Sinsheim überlassen dem bischofe zu Speyer die vergebung zweier pfründen. Sinsheim,* 1514 *mai* 12.

Nos decanus et capitulum sancti Michaelis extra muros Sunsshein, Spirensis dioecesis, in capitulo nostro capitulariter ad infrascriptum actum faciendum congregati, attenden-

tes ecclesiam nostram a primaeva ejus fundatione pro canonicis saecularibus ibidem Deo famulantibus per felicis recordationis Joannem episcopum Spirensem de divae memoriae Heinrici, senioris hujus quidem nominis, quarti Romanorum regis, imperatoris vero tertii, sorore Acela et Wolframo comite genitum, fundatam et diversis praediis, curtibus et nemoribus, jure haereditario ad ipsum Joannem episcopum Spirensem spectantibus, magnifice et honorifice opulenterque dotatam ac bonae memoriae Philippum, episcopum Spirensem proxime defunctum, dum in humanis ageret ecclesiae nostrae plurimum affectionatum, nobis et ecclesiae nostrae non parum consilio et auxilio profuisse, prout de reverendissimo domino Georgio, comite palatino Rheni et Bavariae duce, electo et confirmato ecclesiae Spirensis suisque successoribus, ecclesiae Spirensis episcopis et loci ordinariis, nobis Deo dante profuturos speramus,*) ac collationem omnium et singulorum canonicatuum et praebendarum dictae ecclesiae nostrae ad nos decanum et capitulum, dum pro tempore vacant, pleno jure spectare. Idcirco in signum alicujus remunerationem reverentiae et gratitudinis nos decanus et capitulum praefati sponte et libere omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius et efficatius possumus et debemus, canonicatus et praebendae, quos venerabilis et egregius vir, dominus Heinricus de Helmstat, decanus Spirensis, in praesentiarum in ecclesia nostra obtinet, nec non unius vicariae ad altare sancti Joannis baptistae, situm in capella ejusdem sancti Joannis apud ecclesiam nostram sita, per nos noviter erectae, collationes, provisiones et dispositiones memorato domino Georgio, electo et confirmato, tamquam loci ordinario et successoribus suis, ecclesiae Spirensis episcopis, in perpetuum, dum illos deinceps totiens quotiens pro tempore simul vel successive vacare contigerit, donamus, tradimus pariter atque concedimus, ita, quod praefatus electus et pro tempore episcopus Spirensis canonicatum et praebendam antedictos personae duntaxat graduatae juxta nostrae ecclesiae statutorum tenorem, nec non vicariam hujusmodi noviter erectam etiam hac prima vice personae in sacerdotio actu constitutae, aut quae infra annum a tempore collationis sibi factae ad sacerdotium promoveri possit, dum pro tempore, ut praefertur, vacave-

*) Videtur hic aliquid omissum esse.

rint, conferre et de eisdem respective providere et disponere libere et licite possit et valeat, reservationibus tamen apostolicis semper salvis. In cujus rei testimonium has literas sigilli nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum in capitulo nostro ad hoc indicto in Sunssheym, die duodecima mensis maji, anno millesimo quingentesimo decimo quarto.

---

255. *Georg bischof zu Speyer ertheilt einem von den Türken gefangenen edeln einen steuerbrief. Udenheim,* 1514 *juni* 25.

Georgius Dei gratia electus et confirmatus episcopus Spirensis, universis et singulis Christi fidelibus et praecipue plebanis, viceplebanis, ecclesiarum rectoribus et eorum loca tenentibus, per civitatem et dioecesim nostras Spirenses ubilibet constitutis, ad quos praesentes nostrae literae pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Cum nobilis et generosus vir, dominus Joannes Senastus, Constantinopolitanus ex certa insula, quae nunc Candia dicitur, oriundus, a Turco, saevissimo christianae religionis hoste, captus sit cum fratre, uxore et carissimis liberis, deinde ipse sub sponsione dimissus ad liberandos alios pro summa duorum millium florenorum, quae omnia ex literis felicis recordationis sanctissimi ac beatissimi in Christo patris ac domini, domini nostri Julii, divina providentia papae secundi, ac etiam reverendissimi in Christo patris, domini Thomae, cardinalis archiepiscopi Strigoniensis ac patriarchae Constantinopolitani, cognovimus: universitatem vestram per viscera misericordiae domini nostri Jesu Christi requirimus et hortamur, ut cum dilectus dominus Joannes cum sua comitiva ad vos diverterit, pie ac hospitaliter eum suscipiatis favore omni et benevolentia tractetis, vobis vero plebanis et aliis supradictis in virtute sanctae obedientiae committimus et mandamus, quatenus eundem Joannem, cum ad vos venerit, apud populum vestrum diligenter promoveatis, providendo nihilominus sibi juxta formam literarum apostolicarum de viris idoneis, qui ex quadam pietate et misericordia sacra fideliter perquirant elemosynam, mercedem ab altissimo, omnium bonorum retributore, recepturi. Datum sub sigillo nostro secreto praesentibus appenso, in castro nostro Udenheim vicesima quinta mensis junii, anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo.

---

256. *Ludwig graf von Löwenstein, herr zu Scharfeneck, benennt einen caplan nach Dernbach.* 1516 *jan.* 3.

Reverendissimo in Christo patri ac illustri principi et domino, domino Georgio episcopo Spirensi, comiti palatino Rheni et Bavariae duci, aut ejus in spiritualibus vicario generali, aut illi vel illis, quibus ex officio negotium infrascriptum incumbit, Ludovicus comes in Lewenstein et dominus in Scharpheneck, reverentiam et omne bonum. Ad capellaniam altaris sancti Nicolai episcopi, siti in ecclesia parochiali in Dernbach, Spirensis dioecesis, ad praesens libera resignatione magistri Johannis Bussingers, novissimi possessoris, vacantem, cujus collatio seu jus praesentandi ad eandem capellaniam, dum vacat, ad nos haeredesque nostros pleno jure patronatus laicorum pertinere dignoscitur: R. P. V. honorabilem nobis in Christo dilectum Wilhelmum Drometer de Symmern et presbyterum Moguntinae dioecesis, cui eandem capellaniam pure, libere, simpliciter atque propter Deum contulimus et conferimus, praesentandum duximus atque praesentamus per praesentes, R. P. V. unacum et pro eo obnixe rogitamus, quatenus ad capellaniam antedictam investire et instituere aliaque sibi in praemissis necessaria ministrare et impendere dignetur, adhibitis circa haec sollempnitatibus debitis et consuetis. In cujus rei testimonium secretum nostrum praesentibus imprimi fecimus. Datum die Jovis, tertia mensis januarii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

---

257. *Leo X. pabst bestätiget die zwischen der geistlichkeit und dem rathe zu Speyer abgeschlossene rachtung. Rom*, 1516 *juni* 10.

Leo episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. His, quae concordia et apostolica et imperiali auctoritate confirmata et terminata fuisse dicuntur, ne in recidivae contentionis scrupulum relabantur, sed firma perpetuo et illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolici adjicimus muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum, praepositorum, decanorum et capitulorum, tam majoris, quam collegiatarum Spirensium ecclesiarum communisque cleri Spirensis civitatis ac magistrorum civium, consulatus et communitatis ejusdem civitatis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias inter praepositos,

Digitized by Google

decanos et capitula communemque clerum ex una ac magistros civium, consulatum et communitatem civitatis hujusmodi, occasione quarundam concordiarum, olim per bonae memoriae Conradum, archiepiscopum Moguntinensem, super oneribus sive gabella vini et frumenti aliorumque bladorum ac diversis aliis inibi expressis punctis et articulis factarum ac felicis recordationis Martinum, papam quintum, praedecessorem nostrum, et clarae memoriae Sigmundum, Romanorum regem, successive confirmatarum, quae inter ipsas partes, respective aliter atque aliter interpretari seu intelligi debere praetendebantur, partibus ex altera, nonnullae graves differentiae et controversiae fuissent subortae, clarissimus in Christo filius noster, Maximilianus in Romanum imperatorem electus illustris, quosdam commissarios ad concordandum dictas partes deputavit, qui, postquam causam tractandam assumpsissent, ob negotii ipsius magnitudinem et pluralitatem articulorum, aliis negotiis praepediti, ut causa ipsa concordia terminaretur, annuerunt et quaevis pars tres non suspectos, amicabiles compositores nominaret, qui concordiam Conradi archiepiscopi et subsecutas Martini papae et Sigismundi regis confirmationes sive ejusdem Sigismundi regis sententiam tunc latam, de partium consensu declararent et mitigarent ipsasque partes ad invicem super omnibus pacificarent. Tandem praefatae singulae partes, cupientes pacem inter eos vigere, differentias, lites et controversias hujusmodi sopiri et terminari concordia, ut praefertur, in dilectos filios, Florentium de Venningen, utriusque juris doctorem, dilecti filii, nobilis viri Ludovici, comitis palatini Rheni, electoris imperii ac Bavariae ducis cancellarium, et Ludovicum Boecklin, militem, proconsulem civitatis Argentinae, et Joannem Brenner de Lewenstein, ac Dietherum camerarium de Wormatia, nuncupatum de Dalberg, nec non Philippum de Gottesheim, magistrum civium in Hagenaw, et Philippum Lang, scribam civitatis Wormatiensis, tanquam eorum arbitros et arbitratores seu amicabiles compositores, sub certis modo et forma tunc expressis, compromiserunt, qui quidem compromissarii compromisso in se sponte suscepto, in dicto negotio procedentes omnium ac singulorum articulorum in dicta concordia Conradi archiepiscopi subsecutisque Martini papae et Sigismundi regis sententia sive confirmationibus hujusmodi contentorum declarationem et illa ad saniorem intellectum pro tempore reducentes per modum laudi seu compositionis in

scriptis de consensu et voluntate ipsarum ambarum partium pronuntiaverunt et declararunt, quod seu quam dictae partes respective approbarunt, acceptarunt et ratificarunt illique acquieverunt, nec non juramentis etiam publice praestitis vallarunt, prout in instrumentis seu documentis desuper confectis ac sigillis dictorum compromissariorum omniumque et singularum partium praedictarum munitis, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro sufficienter expressis habere volumus, plenius dicitur contineri. Et deinde praefatus Maximilianus caesar, ad singularum partium praedictarum instantiam, concordiam sive laudum praedictum cum illius de verbo ad verbum inseratione motu proprio et ex certa sua scientia cum defectuum suppletione confirmavit et approbavit. Quare pro parte praepositorum, decanorum, capitulorum, communis cleri, magistrorum civium, proconsulum, consulatus et communitatis praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concordiae sive laudo per dictos sex ultimo nominatos, ut praemittitur, compromissarios et arbitros seu amicabiles compositores factae sive latae, acceptatae, juratae, sigillatae atque per caesarem, ut praemittitur, confirmatae, pro eorum substantia firmiori robur apostolicae confirmationis adjicere ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem praepositos, decanos, capitula, communem clerum, magistros civium, proconsules, consulatum et communitatem ac singulorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore consentes ac singularum literarum et instrumentorum ac sententiae seu laudi et confirmationum hujusmodi totos tenores omniaque et singula alia hic forsan de necessitate exprimenda praesentibus pro sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, declarationem, concordiam sive laudum per dictos sex ultimo nominatos compromissarios, arbitros et arbitratores seu amicabiles compositores facta et lata, accceptata, jurata, sigillata et per caesarem, ut praemittitur, confirmata hujusmodi et prout illa concernunt, omnia et singula alia in dictis instrumentis contenta et inde secuta, quaecunque respective auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia ac

Digitized by Google

de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium approbamus et confirmamus, illamque seu illa et alia praedicta per dictas partes respective et earum quamlibet, prout eas concernunt, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere decernimus supplemusque omnes et singulos defectus, tam juris quam facti, si qui forsan intervenerunt, in eisdem non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum singularum ecclesiarum, consulatus et communitatis civitatis Spirensis statutis et consuetudinibus, juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, decreti et suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimo sexto, quarto nonas junii, pontificatus nostri anno quarto.

---

258. *Ulrich herzog von Wirtemberg verkauft dem bischofe Georg zu Speyer das schloss Madenburg. Stuttgart,* 1517 *juni* 5.

Wir Ulrich von Gottes genaden hertzog von Wirtemberg vnd zu Tegk, grave zu Mumpelgart etc. bekennen offentlich vnd thun kunth allermeniglich mit diesem briefe, das wir mit gutter furbetrachtung vnd vorgehabtem rate, vmb vnsern, vnsers furstenthumbs vnd vnserer erben vnd nachkomen bessern nutz vnd freuwen willen, eins steten, vesten, ewigen, vnwidderrufflichen kauffs, wie der nach geistlichen vnd weltlichen rechten vnd gerichten vnd nach lands recht vnd gewonheit crafft vnd bestand haben solle vnd mag, verkaufft vnd zu kauffen gegebben haben vnd ytzt in crafft diss brieffs zu kauffen geben dem erwirdigen vnd hochgeboren fursten, vnserm freuntlichen lieben oheim vnd swager, herrn Georgen, bischoven zu Spyre, pfaltzgraven by Ryn vnd hertzogen in Beyern, syner liebden nachkommen, bischoven vnd stiefft Spyre, vnser sloss Mademburg mit syner zugehorung vnd sunderlich den dorffern vnd wylern Eschbach, Artzheim, Ranspach, Hanbach vnd Rorbach sambt den hofen, mit allen vnd ygklichen iren fryheiten, oberkeiten, gerichtszwang, stwren, dinsten, zwingen vnd bennen, wiltpennen,

forsten vnd rechten, darzu mit lewten, guttern, renten, zinsen, gulten, haubtrechten, nutzungen vnd fellen, auch mit eckern, wiesen, baumgarten, wyngarten, wasser, fischeryen, wegen vnd wegstetten, mulen, bechen, holz, feld, walde vnd weide, auch lehenschafften vnd besonder mit aller anderer gewaltsam, rechten, nutzungen, eehafften, zugehorden, gebotten vnd verbotten vnd was zu solichen sloss stucken vnd guttern von gewonheit, recht vnd herkommen yendert, gehort vnd gehoren solle vnd mag, fundens vnd vnfundens, besuchts vnd vnbesuchts, ob erde vnd vnnder erde, wie man das vnderscheiden vnd bestymen soll vnd mag, gar nichts vssgenomen noch hindan gesetzt, wie dann wir hertzog Ulrich der verkauffer obgemelt das alles vnd ygklichs verruckter zyt vmb die von Heideck erkaufft vnd bitzher ingehabt, genossen vnd herbracht haben, fur frey, ledig, vndinstbar mit offnungen oder in andere wege ymants verbunden, vnverkommert, vnverkaufft, vnversetzt vnd vnverhafft, gegen meniglich, sunder fry, lauter eigen, vssgenommen allein die zweyhundert achtel korn gelts zu Hassloch vnd die sieben gulden gelts daselbst synt vom rych pfandschafft vnd steen demselben widderumb zu losen, lut der pfantbriefe daruber vfgericht, die wir gemelten kauffern hiermit auch vberantwurt haben. Vnd ist dieser kauff beschehen vmb vierzehen tusent Ryniseher gulden genemer landsswerung, welch ytzbenant som der obgenant vnser oheim vnd swager der kauffer also bar zu vnsern handen antwurten, entrichten, bezalen vnd verungen lassen hat, die auch furter in vnsern, vnsers furstenthumbs vnd erben kuntbarn nutz angelegt vnd gewend sint, davon vns wole benugt, darumb wir auch bemelten vnsern fruntlichen lieben oheim vnd swager, syner liebden nachkommen bischoven vnd stiefft fur vns, vnser erben vnd menigklichen quit, ledig vnd loiss sagen. Wir vorgenanter verkauffer bekennen auch, das wir in diesem kauff nichtzit geverdet oder betrogen sint, vber den halben teile des rechten kauffgelts oder werts noch sunst in ander wege. Vnd haben auch daruff dem obgenannten vnserm oheim vnd swager, synen nachkommen bischoven vnd stiefft des vorgeschrieben sloss, auch dorffer, wyler vnd hofe dartzu gehorig, mit allen iren rechten, nutzen, gulten, renten, zinsen, lewten, guttern vnd allen gewonheiten vnd zugehorden mit worten vnd handen ingegeben vnd vns vnd vnsere erben daruss vnd sie darin gesetzt in nutzlich ge-

wer vnd gewalt, als landsgewonheit vnd recht ist, also daz vnser freundlicher lieber oheim vnd swager, herr Georg bischove, syner liebden nachkommen vnd stiefft Spyre vorgemelt, das sloss Mademburg sambt den dorffern, wylern, hofen, auch allen stuckern, guttern, rechten, herlichkeiten, oberkeiten vnd zugehorden nun furhien zu allen zyten vnd ewiglich inhaben, nutzen, niessen, verlyhen, versetzen, verkauffen, besitzen vnd entsetzen sollen vnd mogen, fur ledig, vnverkomert vnd, alss vorstet, fry eigen, darfur wir inen das auch zu kauffen geben haben vnd damit handeln, schaffen vnd lassen, als mit anderen iren lewten vnd guttern nach irem nutz, willen vnd gefallen one vnser, vnser erben vnd nachkommen vnd sust menigklichs von vnsern wegen irrung, eintrag vnd widderrede, in alle wege. Wir wysenn auch hiemit die inwoner vnd armen lewte der obgenanten dorffer vnd wyler sambt vnd sunderlich an den obgenanten vnsern oheim vnd swager, den kauffer, vnd heissen sie in crafft diss brieffs, das sie demselben vnserm oheim vnd swager oder syner liebden bevelhaber an syn stat als irem rechten herrn hulden, globen vnd sweren vnd hinfur syner liebden vnd synen nachkommenden bischoven vnd stiefft gehorsam vnd gewertig syn vnd thundt, als vnnderthan irem herren zu thund schuldig synt vnd sie vns bissher gethan haben. Vnd so solche huldung also durch sie beschehen ist, so sagen wir sie sambt vnd sunderlich ytzt vnd alssdann vnd dann, als ytzt der huldung, eidt vnd pflichten, damit sie vns verwannt sint, ledig vnd loss vnd heruff geredden vnd versprechen wir, vorgenannter verkeuffer, by vnsern furstlichen wirden fur vns, alle vnsere erben vnd nachkommen vnd sunst menigklich von vnsern wegen des obgemelten vnsers lieben oheims vnd swagers syner liebden nachkommen bischove vnd stieffts Spyre vmb vorgeschriben sloss, dorffer, wyler, hofe mit lewten, guttern vnd aller gewaltsam, eehafften, zinsen, gulten vnd zugehorden recht wahr zu sein, inen die, so offt sie darumb mit recht angesucht werden, so vns das verkundt oder wir selbs innen wurden, zu fertigen, zu vertretten, zu versprechen, fur ledig, vnverkommert vnd, als obsteet, eigen an allen stetten, allen gerichten, geistlichen vnd weltlichen vnd gein allermeniglich, nach lands recht vnd nach den rechten, so offt ir notturfft das erfordert. Wu aber wir, vnser erben vnd nachkommen hieran seumig wurden vnd das nit tetten, wes dann der obgenannt vnser oheim vnd

swager syner lieb nachkommen vnd stiefft des costens vnd schadens litten oder nemen, denselben sambt alle interesse sollen wir vnd die, als obstet, inen gentzlich vnd gar zu erstatten schuldig sein, auch erstatten vnd schadlos halten. Wir haben auch dem offtgemelten vnserm oheim vnd swager alle vnd yde brieflich vrkunth, register vnd anders vber die obgenannten sloss, dorffer vnd wyler, hofe, guttern vnd deren zugehorde vnd gerechtigkeit sagend, sovil wir deren by vnsern handen gehabt, vbergeben vnd zustellen lassen vnd ob mit der zyt ichts wythers dartzu gehorend hinder vns erfunden wurd, das sollen vnd wollen wir syner liebden auch zustellen lassen vnd wu das hinder vns blieb, soll es doch vns, vnsern erben vnd nachkommen in keinen weg vorstentlich, noch syner lieb, deren nachkommen vnd stiefft abbuchlich syn. Wann auch obgemeltem kauffern mit recht, wie vorsteet, an diesem kauff einich irrung begegnen vnd sie angefochten wurden, darumb wir sie nach inhalt diss brieffs vertretten vnd versprechen mussten, vnd wir einicher briefe vnd register, so wir inen hiemit vbergebben haben, zur bruchung vnd vbung des rechten notturfftig wurden, so sollen sie vns dieselben briefe oder register oder deren transsumpt vnd vidimus davon zustellen vnd mitteilen, die wir inen nach notturfftiger brauchung widderumb behendigen lassen sollen. Wo aber wir, vnser erben oder nachkommen vff benannts kauffers oder syner nachkommen ersuchen seumig wurden vnd sie nit vertretten oder schadlos hielten, alles in massen, wie obsteet, das dann auch der benannt kauffer vnd syne nachkommen mogen vns, vnser erben vnd nachkommen mit gericht, geistlichem vnd weltlichem, wie inen geliebt, furnemen, vben zu werschafft vndersteen zu bringen vnd bringen, dann wir vns vnd die, als obstet, desshalben einem yden gerichts zwang vnderwerffen vnd vns vnsers ordenlichen gerichts zwangs, dem wir vnderworffen sint, offenntlich verzyhen vnd renuntyren. Vnd hieruff verzyhen vnd begeben wir vns auch fur vns, vnser furstenthumb erben vnd nachkommen aller recht, gerechtigkeit, wiederforderung vnd ansprach, so wie ytzo oder in kunfftiger zeit, zu vnd an das bemelt sloss, auch syner zugehorde, dorffer, wyler, hofe, gulten, guttern, lewten, renten vnd allen iren rechten vnd zugehorden haben vnd zu haben meynen vnd erdencken konnten oder mochten, auch aller gnaden, fryheiten vnd recht, so von den heiligen con-

cilien, bapsten, Romischen keisern, konigen, fursten, herren vnd andern hierwidder erdacht sint vnd vfgesetzt werden mochten vnd sunder des rechten, das gemeiner verzyhung widderspricht vnd aller andern vsszug vnd behelff, deren wir, vnser erben vnd nachkommen vns hinwidder in einiche wyse oder weg gemeinlich oder sonderlich gebrauchen vnd behelffen konnten oder mochten. Gereden vnd versprechen hieruff fur vns vnd die, als obsteet, by vnsern furstlichen wirden vnd worten alles vnd ydes, so vorstet, war, stet, vest vnd vnverbruchlich zu halten, dem zu leben vnd nachzukommen on alle vsszug vnd geverde. Vnd des alles zu warem vnd vestem vrkunth, so haben wir Ulrich hertzog von Wirtemberg etc. vnser ingesiegel fur vns, vnsere erben vnd nachkommen wissentlich thun hencken an diesen briefe, der geben ist zu Stutgarten vff sant Bonifacius tag nach Cristi vnsers lieben herren geburt im funfftzehen hundertsten vnd sechtzehenden jare. Ulrich hertzog zu Wirtemberg.

---

259. *Alexander VI. pabst bestätiget die einverleibung der kirchengefälle von Bellheim mit der dompräsenz zu Speyer. Rom,* 1517 *nov.* 1. 1503. 16. Oct.

Alexander episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis desuper meritis quamquam insufficientibus apostolicae servitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quae in singulis praesertim cathedralibus ecclesiis divinus cultus vigeat et continuum suscipiat incrementum et illa, quae propterea per ecclesiarum earundem praelatos facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo et illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus. Sane pro parte dilectorum filiorum, decani et capituli ecclesiae Spirensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim bonae memoriae Mathias episcopus Spirensis ex certis rationabilibus causis ecclesiae Spirensi illiusque personis divinis pro tempore in ea interessentibus ac communi praesentiae seu massae quotidianarum distributionum ejusdem ecclesiae, quae in pluribus redditibus atque emolumentis diminutionem passa fuerat et in dies patiebatur, in gravem divini cultus dictae ecclesiae ac personarum in ea divinis officiis diurnis pariter et nocturnis interessentium jacturam, providere cupientes, parochialem ecclesiam in Belnheim, Spirensis dioecesis, tunc per liberam resignationem quondam

Johannis Musigang de Mulnhusen, olim ejusdem ecclesiae rectoris, de illa, quam tunc obtinebat in manibus ipsius Matthiae episcopi extra Romanam curiam sponte factam et per eundem Matthiam episcopum extra dictam curiam ordinaria auctoritate admissa vacantem, cujus collatio seu jus praesentandi personam idoneam ad illam, dum vacabat, ad provisores communis praesentiae hujusmodi pro tempore a dictis capitulo deputatos spectare dinoscebatur, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, de expresso consensu et voluntate quondam Udalrici de Helmstat, praepositi dictae ecclesiae Spirensis, nec non eorundem decani et capituli hujusmodi dicta auctoritate ordinaria perpetuo univit, annexuit et incorporavit, ita, quod liceret dictis provisoribus per se vel alium seu alios corporalem parochialis ecclesiae juriumque et pertinentiarum praedictorum possessionem jussu eorundem decani et capituli nomine dictae massae seu praesentiae propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere ac illius fructus, redditus et proventus, reservata super illis pro vicario, per dictos provisores pro tempore existentes inibi instituendo et ad eorum nutum amovendo, congrua portione, per ipsum Matthiam episcopum et successores, episcopos Spirenses pro tempore existentes moderanda, ex qua se commode sustentare, episcopalia et archidiaconalia jura solvere et alia incumbentia onera perferre valeat in dictae massae seu praesentiae duntaxat usus et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, prout in ipsius Matthiae literis desuper confectis et suo sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte decani et capituli praedictorum, asserentium, fructus, redditus et proventus dictae parochialis ecclesiae octo marcharum argenti secundum communem aestimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut unioni, annexioni et incorporationi praefatis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicae confirmationis adjicere ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum aestimationem praedictam etiam beneficii, cui illud uniri peteretur, alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesset et idem observaretur in confirmationibus unionum factarum, decanum et capitulum praedictos et eorum singu-

los a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes dictaeque massae seu praesentiae fructuum, reddituum et proventuum verum annuum valorem praesentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, unionem, annexionem et incorporationem praedictas et prout illas concernunt, omnia et singula in dictis literis contenta et inde secuta quaecunque auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus ac praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus decano et capitulo praefatis, ut de caetero perpetuis futuris temporibus fructus, redditus et proventus parochialis ecclesiae hujusmodi in dictae massae seu praesentiae usus et utilitatem duntaxat et non alias convertere ac vicarium praedictum ad eorum nutum amovibilem instituere libere et licite valeant, praefata auctoritate earundem tenore praesentium indulgemus, non obstantibus praemissis ac voluntate nostra praedicta et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimo septimo, kal. novembris, pontificatus nostri anno nono.

---

260. *Georg bischof zu Speyer ertheilt einer fallsüchtigen person von Speyer einen steuerbrief. Udenheim.* 1518 *juli* 8.

Georgius Dei gratia episcopus Spirensis, universis et singulis plebanis, viceplebanis et verbum Dei praedicatoribus civitatis et dioecesis nostrae Spirensis, salutem in Domino sempiternam. Cum ex morbo epileptico Catharina de Spira praesentium latrix misera sit et languida, sicut fide dignorum testimonio accepimus, non possumus paupertatis favore

eam vobis commendatam non facere. Quare hortamur, velitis eam populo pro elemosynarum largitione commendatam reddere meliore modo et forma. Unde et vos et qui largiri sibi fuerint, mercedem a Deo, non dubitamur, consequi poteritis, praesentibus tamen, quibus sigillum nostrum secretum appensum est, post biennium minime valituris. Datum in castro nostro Udenheim octava die mensis julii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

---

261. ***Georg von Schwalbach, generalvicar des bischofes zu Speyer, ordnet die stiftung eines betzuges in Dürkheim. Speyer,*** **1518** ***dec.*** **17.**

idcirco nos resignationem hujusmodi admittentes decernimus, quod plebanus pro parte bona dictae capellaniae sic, ut praemittitur, unita, nec non fructus, redditus et emolumenta ipsius ex nunc et in antea perpetuis futuris temporibus tanquam ad plebaniam praefatam proprietario jure spectantes et pertinentes propria voluntate fecimus sub appensione sigilli nostri communiri. Datum et actum Spirae in curia solitae nostrae residentiae hora post meridiem duodecima, sub anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo sexto, die luna post festum purificationis beatae Mariae virginis, quinta mensis februarii, praesentibus ibidem honorabilibus et providis viris; domino Henrico Schlivis, plebano sancti Aegidii Spirensis, et magistro Philippo Sommer, causarum curiae Spirensis jurato, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

---

271. *Clemens VII. pabst antwortet dem bischofe Georg zu Speyer wegen freilassung des ritters Rudolf Hell.* **Rom, 1526 mai 2.**

Clemens papa septimus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Literae fraternitatis tuae, quas pro dilecti filii Rudolphi Helli liberatione proximis mensibus ad nos scripsisti, animum jam tum nostrum induxerunt, ut in eo tibi gratificaremur. Sed cur neque tibi ad eas responderimus, neque rem adhuc confecerimus, ab eis, qui negotium hoc tractant, vel etiam intellexisti vel intelligere poteris. Nunc autem cum a nobilibus viris, Ottenrico et Philippo, Bavariae ducibus, novas eadem de re literas accepimus: eorum tuorumque erga nos et hanc sanctam sedem meritorum, potiusque dilecti ejusdem Rudolphi (uti aequum fuit) expurgandi habita ratione, in eodem animo et voluntate sumus confirmati. Sed cum is nonnullis conditionibus honestis et necessariis dimittendus sit, nobisque ut illae ab eo et ab eis, qui pro eo polliciti fuerint suamque fidem obstrinxerint, suo loco et tempore observentur, cura et auctoritas et dictorum ducum et tuae fraternitatis inprimis necessaria fore videatur: mandavimus, ut conditiones ipsas ex eisdem, qui hanc rem procurant, cognoscas, ad quas integre servandas, si fraternitas tua curam ipsam et auctoritatem suam, quoties opus fuerit, est interpositura, idque suis ad nos literis perscripserit, daturi nos operam sumus, ut tibi hac in re a nobis satisfiat. Interea vero, dum haec conficiantur, ipse idem Rudolphus, tum sponte nostra, ut semper factum est, tum vestra omnium

causa, nonnisi benigne tractabitur et clementer. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda maji MDXXVI., pontificatus nostri anno tertio. — Id. Sadoletus. — Venerabili fratri Georgio, episcopo Spirensi.

---

272. *Clemens VII. pabst fordert den bischof Georg zu Speger auf, beim bevorstehenden reichstage daselbst zum schutze des katholischen glaubens bereit zu seyn. Rom,* 1526 *mai* 16.

Clemens papa septimus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem! Tua per se fraternitas etiam nobis tacentibus considerare potest in praesenti christianae reipublicae statu dubio atque infirmo, qua nos pro nostro officio quantaque assidue angamur sollicitudine, nam et christianitatis nondum sedatae ac compositae graves motus veremur et ab immani hoste Christi, Turcarum tyranno, non jam metus, neque terror, id quod ante hoc fuit, sed praesens et ultimum et terra et mari christianis rebus imminet exitium et istius inclitae Germanicae nationis domesticae incommoditates nos permovent. Ac nos quidem quantum homini fas est, quantum a Domino nobis conceditur et cura et studio et eis auxiliis, quibus possumus, laborantibus subvenimus discordes animos placando, bonos hortando, in periculo positis opem ferendo, sicut modo regno Hungariae et illi afflictae nationi etiam pecuniarum subsidium extractum ex maximis sedis apostolicae difficultatibus misimus, nichil praetermittentes, quoad nobis datum est, quod ad patris et pastoris officium pertineat, et qua vires desunt, amore et dolore gregi nostro compatientes. Sed inter caeteras curas illa quoque nobis insidet non mediocris, quod in hoc propinquo Germanorum principum conventu, qui Spirae indictus est, cogimur extimescere, ne pravarum haeresum semina aliquid mali veneni pariant, per quod fidei catholicae ecclesiasticoque nomini detrahatur, quamquam magna est nobis spes in ipsis principibus Germaniae posita, qui et propter prudentiam cavebunt et propter religionem obviam ibunt, ne impiis ministris pessimarum potestatum tantum audaciae et facultatis tribuatur. Ac inter caeteros cum nota sit nobis fraternitatis tuae virtus et in bene suscepta fide constantia et si non dubitamus, quin illa etiam sine hortatu nostro gradu et honore sibi a Deo collato acrem defensionem veritatis et rectae religionis se praebitura sit, eam tamen ex amore potius ob necessita-

tem hortandam duximus, ut ad id, quod sua sponte factura est, addat etiam aliquid voluntatis et operae, nostra quoque causa, qui plurimum ipsius virtuti fidimus atque in frenandis et cohercendis temerariis perniciosisque haeresibus, si quae ibi serere zizania volent, consulere velit et fidei catholicae et dignitati auctoritatique ecclesiasticae, qua sublata omnis jam reverentia, omnis erga superiores obedientia perierit. Quod ita esse, utinam incommodo exemplo non essemus edocti, studiumque suum praeterea et omnem conatum adhibeat, ut regno periclitanti Hungariae aliquod firmum auxilium ab ista fortissima natione praebeatur, ad quod non solum cura, sed celeritate est opus, ita regni illius res, ut te nosse credimus, ingruentis hostis Turcae rapinae et direptioni expositae sunt, quibus tu certe consiliis et actionibus et maximam tibi apud Deum mercedem et apud homines gloriam es comparaturus, nos vero ita obligaturus, ut omnis tibi officii et benevolentiae futuri simus debitores, sicut latius tecum dilectus filius, Hieronymus Revarius, nuntius noster, nostro nomine aget, cui fraternitas tua fidem habebit. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta maji MDXXVI., pontificatus nostri anno tertio. — Id. Sadoletus. — Venerabili fratri Georgio, episcopo Spirensi.

---

273. *Der rath zu Speyer erklärt sich dem bischofe Wilhelm von Strassburg wegen der religionsneuerung. Speyer,* 1526 *juni* 24.

Hochwurdiger furst! Euwern furst. gnaden sein vnser gantz willige dinste mit vleys zuvor. Gnediger furst vnd herr. Die instruction von Romischer kays. majestet, vnserm allergnedigsten herrn, an euwer furst. gnaden aussgangen, vnsern verordneten ratsfreunden jungst verschienen tag mit hochster ermanung anstat Romischer kays. majestet, das wir by vnd in vnserm heiligen glauben der heiligen christlichen kirchen, auch derselbigen Gots seligen, loblichen prauchen vnd ordnungen, wie die bitzhero auff vns kommen seyn, halten vnd darby verlyben wollen etc., gnediglichen behandet vnd anbracht: haben wir von denselben vnsern verordneten rate gehort, vernommen vnd bedanken vns mit allem vlys zum hochsten Romischer kayser. majestet getrewuwer vnd christerlicher fursorg, bescheener warnung vnd ermanung. Vnd gelieben euwer furst. gnaden als dieser sach kayserli-

chem commissarien zu vernemen, das wir vns mit hilff Gottes, zu lob dem allmechtigen, zu furderung christlicher lieb, erhaltung fridsamen einigkait vnd Romischer kays. majestet, vnserm rechten, naturlichen obern vnd allergnedigsten herrn, zu vnderthenigster gehorsam vnd woilgefallen mit hochstem vlys, vnsern pflichten nach, gutwillig halten wollen. Befinden aber daneben, wie in diesen hochwichtigen, des heiligen christlichen glaubens sachen sollicher zwitracht so grusenlich sich erhaben, das darunder befunden menglich insehens, ordenung vnd enderung in vielen sachen, wie sollichs Rom. kayser. majestet in vberantwurter instruction zum gnedigsten zu bescheen sich vernemen lassen vnd die vnvermeydlich noitturfft das offentlich auch erfordert, anzurichten seyn. Darumb obglich vnder christlichem schyn vsserhalb kayser. majestet vnd des heiligen rychs stat Spyre ettwas ingerissen, das vff gotlichen vnd liblichen mittel anzurichten oder gantz abgethan werden solt, dasselbige dannocht nit in irem vermogen ist, mit helffen abzuschaffen, sondern in bewegen schweren dieser sachen am gewissesten denen von Spire in sollichem allayn fur sich vff Rom. kays. majestet, auch gemeyner des heiligen rychs stende vnd anderer christlichen fursten vnd potentaten zeitliche beratschlagung vnd fridsamer enderung zu gewertigen, das wir in ansehung kays. majestet allergnedigsten vertrostens irer gnedigsten vnd grossmechtigsten zukunfft, in kurz zu bescheen verhoffen. Desshalben wir in eusserlichen, gotlichen dinsten der heiligen, christlichen kirchen, glauben, satzung vnd ordnung, so viel an vns — vnd der allmechtig, ewig Got vns gnade verlyht — in gemelter stat Spire gewertigen wollen, Gott vnsern erloser mit hochstem vlys demutiglichen bitten, kayser. majestet mit aller wolfart vnd gluckseliger, fridsamer ankunfft im heiligen Romischen rych allenthalben zu versehen, irer majestet von meniglichen mit vnderthenigsten pflichten alles zum furderlichsten, zu ere vnd lob dem allmechtigen zu gehorsamen. So ist sonder zweyffel zu hoffen, gotliche miltigkeit werde die furtrefflichen gaben, damit ir kays. majestet als cristlicher kayser zum hochsten fur andere versehen, wie sich dan dieselben bitzanhero in vielen, hohen sachen gluckhafft erzeigt, irer majestet in angeregten schweren vnd sorglichen handeln, christlichen zu vollenden, mit allen gnaden auch bystendig seyn vnd also als die hochst oberkait vff erden zu hanthabung christlichen glaubens vnd

bestendiger eynigkait von dem almechtigen zum hochsten belont, dann irer kayser. majestet ewig lob, fridde vnd ere mit andern des heiligen Romischen rychs vnd christenhait churfursten, fursten vnd stenden vnd potentaten erlangen vnd aussfuren, das sollichs zu erhohung vnsers heiligen waren glaubens, christerlicher eynigung, merung friddens, warer lieb vnd vester erbarkait zu lob dem almechtigen reichen werde. Was dan christlicher ordnung glychformig vnd eintrechtlichen beschlossen gemeynen stenden des rychs vnd vnderthanen wyter zu halten auch gepuren, darin wir vns vnserm vermogen nach gegen Romische kays. majestet in allem, wess wir zu thun pflichtig zu gehorsamen, demutig vnd willig erzeigen, auch vns vnd gemeyn stat Spire in irer kays. majestet, die der almechtige in aller wolfart seliglich gefrist, vnser allergnedigster kayser zu sein vnd verlyben, vndertheniglich bevolhen vnd euwer furst. gnaden kays. commissarien vff behandigte instruction vnd furhalten, diese vnsere antwurt geben haben. Datum donnerstags den XIV. tage juni anno MDXXVI. Romischer kays. majestet vnsers allergnedigsten herrn getrew, gehorsam, willig vnderthan burgermeyster vnd rate der stat Spire. — Dem hochwirdigen fursten vnd herren, herren Wilhelm bischoven zu Strassburg, lantgraven zu Elsas, vnserm gnedigen herren.

---

274. *Georg bischof zu Speyer verändert das Serviten kloster zu Germersheim in ein stift. Udenheim,* 1527 *juni* 28.

Wir Georg etc. verkunden allermenniglich in vnd mit crafft diess briefs, fur vns vnd alle vnsere nachkommen bischove zu Spyre. Nachdem der durchleuchtig hochgeboren furst, herr Ludwig pfaltzgrave bei Rein, hertzog in Beyrn, des heyligen Romischen rychs ertztruchsess vnd churfurst, vnser fruntlicher lieber bruder, vns furbringen lassen hat, das wiewole wylant der allerdurchleuchtigst furst vnd herr, herr Ludwig Romischer keyser, auch pfaltzgrave by Ryn vnd hertzog in Beyrn, hochloblicher gedechtnuss, mit bewilligung etwan des erwirdigen fursten, herren Lamparten, bischoves zu Spyre, vnsers furfaren seligen, vff nachvolgendt bestettigung des allerheiligsten in Got vatters bapstes Martini des funfften, auch seliger gedechtnus, die pfarr zu Germerssheim, so mit erblehenschafft der pfaltz zugehorig, mit allen iren nutzungen, gefellen vnd inkommen, dem prior vnd convent des closterlins daselbst, des ordens sanct Marie knecht ge-

nant, eigen vnd inlyben lassen hat der gestalt, das dieselbigen prior vnd convent vnd alle ire nachkommenden, soliche pfarr mit den gotlichen ambten, auch das volck mit reychung der sacrament vnd seelsorg versehen solten, wie sie auch das etwan viel zeit gethan hetten, so wer doch volgends das geistlich wesen im selbigen closterlin durch farlessigkeit der personen darinn mit vbung todtslag der personen vnder inen selbs vnd andern laster, in ein solichen abfall khomen, das sich der gemein man mergklich davon geergert vnd die almussen, davon sie sich etlicher mass vnderhalten mussten, inen entzogen hetten, zudem das durch die nehst bewrisch vfrur bemelt closterlin so mergklichen schaden gelitten, auch sonderlich dieser zeit der gemeyn man durch das Lutherisch wesen die ordens lewte dermassen verhasst vnd verfolgt, das niemant mer, oder gar wenig lust het, den geistlichen orden anzunemen, durch welichs bemelt closterlin an personen, deren ein teils mit toidt verschiedenen, etlich ander mit vnvermuglichem alter beladen vnd eins teils den orden verlassen vnd zu der welt sich gethan, also abgenommen, das die vbrigen vnd gantz wenig, so noch darinnen weren, die gotlichen ambter vnd seelesorg, wie die von anfangk gestiefft gewesen, nit mochten vollenbringen. So dann auch ander closter desselbigen ordens merer teils in vnser teutschen landen vnd sonderlich in Sachsen, da diser orden am meisten gepflantzet gewesen, durch welich auch diss closter von alter versehen vnd besetzt worden, durch die vergangnen bewrisch vfrur vnd Luterisch sect zerstort, abgethan vnd die ordens lewt den orden selbs abgelegt, also das wedder mit desselbigen oder anndern orden geistlichen lewten das gedacht closterlin (wie sein lieb das doch gern gesehen), besetzt het mogen werden, die vnvermydlich notturft erfordert, die obgemelt pfarr zu Germerssheim in ander ordnung vnd wesen zu pringen vnd dermassen anzustellen, damit die gotlichen dienst nach irer ersten stifftung vollenbracht vnd daneben die seelsorg, auch das volck mit der verkindung des worts Gots vnd reychung der heyligen sacrament nach cristlicher ordnung vnd stathcher, dann bitzher beschehen, versehen wurdt. Desshalb dann sein lieb als der recht patron vnd dem die gedacht pfarr vor erblichen rechten zustundt, gedacht hat, mit bewilligung pebstlicher heiligkeit in obgedachter pfarr ein versamblung weltlicher vnd zu der seelen sorg tuglicher priester anzustellen. Dwyl aber

sein lieb diser zyt vss swebenden kriegsleuffen in welschen landen vnd sonderlich zu Rome die bepstlich heiligkeit darunder nit bequemlich ersuchen vnd dann diss ding, daran der seelen heil gelegen, nit lenger verzugk mogen erleiden, vns als den ordinarium vnd bischove des orts ein stifftlich wesen vnd ordnung, dardurch der almechtig Got gelobt vnd der christglaubigen selen versehen worden, vffzurichten vnd anzustellen, fruntlich vnd bittlich ersuchen lassen hat. So vns nw von bischoflichem ambt allermeyst darobe zu seyn vnd mit empssigem flyss zu verfugen, das die selesorg statlich vnd wole versehen, auch die gotlichen empter nach cristlicher ordnung loblich vollenbracht werden, so haben wir vff hochgemelts vnsers frundlichen lieben bruders warhafftig furpringen, auch bittlich ansuchen vnd erfordern mit syner liebden, als des rechten der pfarr zu Germerssheim patrons vnd erblehens herrn rat, willen vnd verhengknus vss bischoflicher oberkeit, sovil wir das von rechts wegen thun mogen, dem allmechtigen Gott, seiner werden mutter Marie, allem himlischen here zu lob vnd eer, der abgestorbenen selen zu heil vnd lebendigen zu besserung, die vilgedacht pfarrkirch zu Germerssheim, die gewycht ist in der eer der heiligen mutter Gotes Marie, in ein weltlich stifftung verendert vnd darinn ein versamblung weltlicher priester vffgericht, thun auch das hiermit vnd in crafft diess briefs, also, das nw vnd hinfur zu ewigen zyten die mergemelt pfarrkirch den namen haben vnd geheissen soll werden vnser lieben frauwen stieft, in welichen stiefft wir auch schepffen vnd vfrichten sieben priester pfrunden, welich pfrunden alle vnd yde in sonderheit der obgemelt vnser fruntlicher lieber bruder, der pfaltzgrave vnd seiner liebden erben, nachdem sie on das der ends erbs lehen herrn seyen, zu zyten irer erledigung, wie die doch ymmer beschehen mocht, an intrag meniglichs jure patronatus zu lyhen oder daruf zu presentirn, gerechtigkeit behalten sollen, vnder denen die erst ein prelatur, die dechany genant soll seyn, vnd ist daruf vns vnd vnsern nachkommenden bischoven vilgemelter vnser lieber bruder vnd seiner liebden erben zu zeiten deren erledigung, so oft sich das begeben wurt, ein tuglich person zu presentirn vnd wir vnd vnser nachkommen die selbige presentirten person in zu setzen vnd zu investiren vns furbehalten, auch fur solich insatzung vnd investitur nit mer dann sechs gulden fordern oder vsspringen wollen. Derselbe

dechan soll auch alssbaldt nach empfangener insatzung, investitur vnd possession vnsers vnd eins yden bischoves zu Spyre ewiger vnwidderrufflicher commissarius vnd bevelhaber syn vber die andern sechs person des stiefits, sambt der chorschafft, die der dechan durch suspension, inclaustration vnd incarceration thun mag, doch dieselb letst straff der incarceration vf etlich tag, nach gelegenheit der excess vnd nit vber sechs tag zu beschehen, auch sunst in burgerlichen strytigen hendeln die zu rechtfertigung wahssen, mit sambt den reten, so vnser bruder obgemelt oder syner liebden erben ye zu zyten dartzu orden wurden, zu verteylen vnd recht zu sprechen. Wo aber der dechan in rechtlichenn sachen von ymants anspruchig wurde, so sollen wir vnd vnser nachkommende bischoffe ein commissarien mit sambt der pfaltz faut vnd landschryber ye zu zeiten zu Germerssheim syn werden, der gebur vnd notturfft darunder zu handeln yder wyl verordnen, aber in peinlichen sachen vsserhalb obgemelten straffen behalten wir vns vnd vnsern nachkommenden bischoven die straff bevor, doch ob wir oder vnser ambtleut in solichem farlessig seyn wurden, das alssdann vnserm freuntlichen lieben bruder vnd siner liebden erben als dem patronen gebuhrlicher weiss darinn zu sehen vnbenommen sey. Die ander pfrundt soll besitzen ein pfarher, der vff glych presentation vnsers frundlichen lieben bruders, oder seiner liebden erben, nachdem er von vns oder vnserm vicarien zu der seelsorg tuglich erkannt vnd zugelassen ist, fur welche zulassung er nit mer dann ein ort eins gulden geben, durch ein domprobst zu zeiten als den archidiacon investirt vnd ingesetzt soll werden, auch fur dieselb investitur oder insatzung nit mer dann vier gulden zu sambt den juribus capitularibus zu geben vnd die capitula ruralia zu visitiren, oder darinn zu kommen schuldig soll seyn. Die dritt pfrundt, nemlich die caplaney des fron altars, soll besitzen ein tuglich person, die auch zur verwaltung der seelsorge von vns tuglich erfunden vnd zugelassen sey, die auch dem pfarrher in reychung der heiligen sacrament vnd seelsorg beystendig vnd behilflich zu seyn verbunden werdt. Die andern vier pfrunden, nemlich vnser frauwen, sant Jacobs, sant Leonharts vnd sant Ludwigs altarn in obgemeltem stiefft, sollen sunst vier priester, die zu vollenbringung der gottlichen empter mit singen vnd lesen im chor geschickt vnd erfaren sein, besitzen vnd vielgemel-

ter vnser freuntlicher bruder vnd seiner liebden erben pfaltzgrave, auch vff die ytzgemelten funf pfrunden ytzunt vnd volgends, so oft die ymer erledigt werden, einem dechant, so zu zeiten ist, oder sein wurdt, zu presentiren vnd der dechant dieselbigen also presentirten in zu setzen vnd zu investiren haben soll, deren auch ein yglicher sein ambt vollbringen soll, inhalt der ordnung vnd statuten, so wir mit rath vnd bewilligung dickgedachts vnsers fruntlichen lieben bruders, pfaltzgraven, churfursten etc. vffgericht vnd inen geben han, die sie auch zu halten globen vnd sweren sollen. Es sollen auch die obgemelten sieben person, dechan vnd collegium oder versammlung des stieffts zu Germerssheim genannt, mit vollenbringung der sieben gezeit vnd anderer gotlichen empter vnd gezierten der kirchen, so viel das ire gelegenheit erleyden mag, sich vnserm domstifft zu Spyre verglychen, dartzu vnsern processen vnd gebots briefen, wie die yder zyt vmb haltung priesterlichs vnsers wesens vnd wandels, auch abziehung vom bosen, vssgeen werden, zu gehorsamen vnd die heilig wyhe von vns oder vnserm suffraganie mit furgeender verhorung glych andern vnser vnderthan geistlichen zu empfahen schuldig seyn. Wir ordnen vnd machen auch, das die obgedachte dechant vnd collegium vnd versamblung ein eigen gemein ingesigel vnder geburlicher bewarung haben vnd sich des zu der notturfft, wie andere stiefft gebrauchen mogen, doch das sie damit kein contract versiegeln, enderung des stieffts, guter, gulten oder zinsen vff intragenden, on furgeende furwissen vnd bewilligung vilgedachts vnsers fruntlichen, lieben bruders, siner liebden erben, als der recht patron oder deren ambtleuten, so zu zyten zu Germerssheim seyn werden. Wir haben auch vf fruntlich vnd bittlich beger mer vnd hochgemelts vnsers fruntlichen, lieben bruders, pfaltzgraf Ludwigs, churfursten etc. dem obgemelten vnser lieben frauwen stieffts zu Germerssheim, darzu den dechant vnd versamblung vnd die sonderlichen personen vss rechter wissen fur vns vnd alle vnsere nachkommenden bischove eximirt vnd getreyet aller dezimation, contribution vnd subsidia, wie das ymmer namen haben mag, der gestalt, ob wir oder vnser nachkommen vber kurtz oder langk deren eyns vff vnser gemeyn geistlichkeit vnsers stiefts legen oder slagen wurden, das die obgedachten dechant, versamblung vnd sunderlich person, der pfrunden halb, so sie in bemeltem stiefft zu Germerssheim

besitzen, in solichem gantz nit begriffen sollen seyn, es wer dann, das kunfftiger zeit etwan ander oder mehr geistlich lehen oder pfrunde vnsers bistumbs dem vielgedachten stiefft vereynet, ingelybt, oder sunst anders, dann von des stieffts oder der personen guttern von newem erigirt oder gestiefft worden, vff denselbigen wollen wir vnser alt vnd herbracht dinstbarkeit vns vnd vnserm stiefft deren halb gewertig vnd gehorsam zu seyn, furbehalten hon, doch furbehaltlich in allen obgeschriben dingen, bepstlicher heiligkeit wollgefallen. Des zu warem vrkunth haben wir Georg, bischove zu Spyre vnd pfaltzgrave by Ryn, hertzog in Beyrn, vnser bischovenlich ingesigel an disem briefe thun hencken. Vnd wir Ludwig von Gots gnaden pfaltzgrave bey Reyn, hertzog in Beyrn, ertztruchsess vnd churfurst etc. des obgedachten vnser frauwen stieffts zu Germerssheim erblehen herr vnd patron, bekennen, das alle obgeschriben ding vff vnser ansuchen vnd beger, auch mit vnserm gutten wissen vnd willen beschehen vnd wir alles das von vns darinn geschriben halten wollen, desshalb wir auch vnser ingesiegel fur vns vnd vnsere erben zu forderst an disen brief thun hencken. Vnd wir Georg von Schwalbach, domprobst, als archidiaconus vnd dann dechant vnd capitel des domstieffts zu Spyre, bekennen auch an diesem brief, das alle obgedachte dinge mit vnserm gutten wissen vnd willen geschehen vnd zugangen synt, haben darumb vnser domprobsteyen vnd capittels ingesiegele zu der hochgedachten vnsers gnedigst vnd gnedigen herrn ingesiegeln vnderschidlich auch an diesen brief gehenckt. Der geben ist zu Udenheym vff frytag nach sant Johans des heiligen tauffers tag, in dem jar, alss man zalt von Cristi vnsers lieben herrn geburt tausend funffhundert vnd im sieben vnd zwanzigsten jaren.

---

275. *Clemens VII. pabst giebt auftrag, den zum Speyerer domprobste gewählten Philipp von Flersheim in seine würde einzuführen. Rom.* 1529 *april* 11.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Feltrensi et dilectis filiis, Spirensi et Wormatiensi officialibus, salutem et apostolicam benedictionem. Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Philippus de Flersheim, canonicus Spirensis, apud nos fide digno commendatur testi-

monio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, praepositura ecclesiae Spirensis, quae inibi dignitas post pontificalem major existit et quam quondam Georgius Schwalbach, ipsius ecclesiae praepositus, dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Georgii, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad praesens, nos praefato Philippo, asserenti se canonicum capitularem dictae ecclesiae existere ac illius canonicatum et praebendam obtinere et per dilectos filios, decanum et capitulum ejusdem ecclesiae, ad quos ex indulto apostolico, eis per felicis recordationis Sixtum papam quintum, praedecessorem nostrum, concesso, cui non est hactenus in aliquo derogatum, electio unius ex canonicis capitularibus ipsius ecclesiae alias idonei ad dictam praeposituram, dum pro tempore vacat, reservationibus generalibus vel specialibus nequaquam obstantibus, pertinet, in praepositum ipsius ecclesiae ad eandem praeposituram, ut praefertur, vacantem, concorditer electum fuisse et adhuc infra tempus, infra quod juxta tenorem ipsius indulti electionis hujusmodi confirmationem seu novam provisionem a sede apostolica impetrare tenetur, fore, praemissorum meritorum suorum intuitu specialem gratiam facere, ac eum in dicta ecclesia per amplius honorare volentes, ipsumque Philippum a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, nec non omnia et singula alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, quae dictus Philippus etiam ex quibusvis dispensationibus apostolicis obtinet et exspectat, ac in quibus et ad quae jus sibi quomodolibet competit, quaecunque, quotcunque et qualiacunque sint, eorumque canonicatus et praebendae praedictorum fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores ac hujusmodi dispensationum tenores praesentibus pro expressis habentes, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios praeposituram praedictam, cujus fructus, redditus et proventus, super quibus pensio annua septuaginta quinque florenorum auri Rhenensis dilecto filio Floriano Montino, clerico Ferrariensi, illam annuatim percipienti, apostolica auctoritate reservata existit,

quinquaginta marcharum argenti secundum communem existimationem, valorem omnium, ut dictus Philippus etiam asserit, non excedunt, sive, ut praemittitur, sine alio quovis modo auctoritate alterius cujuscunque personae seu per liberam resignationem ipsius Georgii vel cujuscunque alterius de illa extra dictam curiam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, aut constitutionem piae memoriae Johannis, papae vigesimi secundi, etiam praedecessoris, quae incipit: Execrabilis vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta ipsaque praepositura dispositioni apostolicae specialiter reservata existat, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum et super eadem inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore dati praesentium non sit in ea alicui specialiter jus quaesitum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis eisdem Philippo auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eundem Philippum, recepto prius ab eo nostro et Romanae ecclesiae nomine fidelitatis debitae solito juramento juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem praepositurae juriumque et pertinentiarum praedictorum et defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore ac facientes dictum Philippum, vel pro eo procuratorem praedictum, ad praeposituram hujusmodi, ut est moris, admitti sibique de illius fructibus, redditibus et proventibus, juribus ac pertinentiis universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, nec obstantibus recolendae memoriae Bonifacii, papae octavi, similiter praedecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus ac dictae ecclesiae juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ipsius ecclesiae specialiter vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictae sedis vel legationum ejus literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus eundem Philippum in assecutione dictae praepositurae volumus anteferre, sed nullum per hoc eis, quae ad assecu-

tionem dignitatum seu beneficiorum aliorum, praejudicium generari seu, si venerabili fratri nostro episcopo Spirensi et praefatis capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus ejusdem ecclesiae vel aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dictae sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiae impedire valeat quomodolibet vel differri et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis, aut si dictus Philippus praesens non fuerit ad praestandum de observandis statutis et consuetudinibus dictae ecclesiae solitum juramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud praestet. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quovis, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vicesimo nono, tertio idus aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

---

276. *Simon Rübeysen, stiftsdechant zu St. Guido in Speyer, besetzt die pfarrei Otterstadt. Speyer,* 1529 *nov.* 22.

Universis et singulis praesentes literas inspecturis, Symon Rybeysen, utriusque juris doctor, decanus et capitulum ecclesiae sancti Guidonis Spirensis, salutem in Domino. Cum olim Conradus de Stayna, dictae ecclesiae praepositus, jus patronatus in Otterstat, quod ratione dictae praepositurae ad ipsum pertinebat, de consensu praepositi tanquam archidiaconi et capituli majoris ecclesiae Spirensis canonicis memoratae ecclesiae sancti Guidonis de mera voluntate et pia libertate contulerit et donaverit, ita videlicet, ut canonici ipsius ecclesiae sancti Guidonis ejusdem parochialis ecclesiae plenam et liberam haberent facultatem cum omni jure et utilitate prae-

sentandi et ordinandi, prout commodius ipsis et ecclesiae videretur expedire et piae memoriae Conradus episcopus Spirensis eandem donationem archidiacono loci et universo capitulo majoris ecclesiae annuentibus ratam habens statuit, ut liceret canonicis memoratae ecclesiae sancti Guidonis honestum instituere vicarium in dicta ecclesia Otterstat, prout in literis desuper confectis plenius continetur. Vacante igitur aliaque dicta ecclesia parochiali seu illius vicaria perpetua ex eo, quod dominus Christophorus parochialem ecclesiam in Geinsheim, Spirensis dioecesis, canonice eidem collatam, pacifice assecutus fuit, nos decanus et capitulum, ad quos collatio et provisio ac omnimoda dispositio dictae parochialis ecclesiae in Otterstat ad praesens spectare dignoscitur, volentes dilectum nostrum Minradum Cerdonis de Leiningen, presbyterum Spirensis dioecesis, apud nos de vitâ et morum honestate caeterisque virtutum meritis commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, eandem parochialem ecclesiam in Otterstat seu verius illius vicariam, ut praefertur, sive alio quovis modo vacantem, in vim literarum donationis et confirmationis praedictarum cum omnibus juribus et pertinentiis suis contulimus et assignavimus ac providimus, tenore praesentium conferimus et assignamus et providemus de eadem ac ipsum Minradum in corporalem, realem, actualem possessionem ipsius parochialis ecclesiae juriumque et pertinentiarum praedictarum poni et induci mandamus ac ponimus et inducimus per praesentes, adhibitis sollemnitatibus in talibus consuetis. In quorum fidem has literas nostras sigillo nostro capitulari jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum in capitulo nostro sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono, die lunae post octavas Martini.

---

277. *Albrecht erzbischof zu Mainz ertheilt dem von ihm geweihten Speyerer bischofe Philipp II. oberhirtliche ermahnung. Aschaffenburg,* 1530 *märz* 27.

Albertus miseratione divina sacrosanctae Romanae ecclesiae titulo sancti Petri ad vincula presbyter cardinalis, sanctae Moguntinensis sedis ac Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus, princeps elector, sacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius et primas, administrator Halberstadensis, marchio Brandenburgensis, Stettinensis, Pomeraniae,

Cassulorum Schlaviorumque dux, burggravius Nurembergensis ac Rugiae princeps, reverendo in Christo patri ac domino Philippo, episcopo Spirensi, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, uti credimus, nuper Spirensis ecclesia per obitum bonae memoriae illustrissimi principis et domini Georgii ex ducibus Bavariae, pastoris solatio destituta, divino te nutu vocante capitulum ejusdem ecclesiae in rectorem ac pastorem unanimiter elegerunt et postmodum electio, de persona tua concorditer et canonice facta, per sanctissimum dominum nostrum Clementem papam septimum de reverendissimorum et illustrissimorum dominoram, sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio et assensu sit confirmata ac te eidem ecclesiae in episcopum, pastorem ac rectorem praefecerit, tuque in praesentiarum nobis juxta certarum literarum apostolicarum praefati sanctissimi domini nostri papae Clementis tenorem, per quas tibi, ut a quocunque catholico episcopo gratiam et communionem apostolicae sedis habente, munus consecrationis recipere valeas, facultas conceditur, praesentatus fueris et desideraveris per nos in episcopum consecrari et ideo adjuvante Deo per manus nostrae impositionem episcopus consecratus sis: amodo, frater carissime, scias te maximum pondus suscepisse laboris, quod est sarcina reginiminis animarum et commodis deservire multorum, omniumque fieri minimum atque ministrum et pro credito tibi talento in die divini examinis rationem redditurum. Nam si salvator noster dicit, non veni ministrari, sed ministrare et animam posuit pro ovibus suis, quando magis nos desidiosi servi summi patris familias debemus maximo sudore incumbere, oves dominicas, a summo nobis pastore consignatas, ad ovile dominicum suffragante divina gratia absque morbo vel macula perducere. Exhortamur ergo dilectionem tuam, ut fidem, quam in exordio tuae consecrationis breviter lucideque digessimus, illibatam et inviolabilem custodias, quia fides omnium virtutum fundamentum est. Scimus autem, quod ab infantia sacris eis literis eruditus et canonicis institutis edoctus, attamen ad te dirigendus est breviter sermo noster. Ordinationes ergo, si quas feceris, secundum canones atque apostolicam ecclesiam aptis temporibus fac, id est mensis primi, quarti, septimi et decimi. Vide, ut nemini manus cito imponas et ne communices peccatis alienis. Bigamos et curiales aut servum cujuslibet ad sacrum ordinem nequaquam promoveas, nec neophitum, ne secundum apostoli sententiam in

superbiam elatus, in laqueum vel voraginem incidat diaboli, sed eos in sacrosancta ecclesia ordinare stude, qui aetatem habent maturitatis et apud Deum et apud homines fideliter vixerint et deinceps vivere studeant. Et hoc cavendum tibi est et quasi venenum pestiferum rejiciendum, ne avaritia surripiat cor tuum, et per quodlibet munus acceptum manuum impositionem alicui tribuas et per symoniacam haeresim, quam salvator noster omnimode detestatur, in praecipitium ruas. Memento, quia gratis accepisti, gratis et da. Secundum enim vatis eloquium, qui ejicit avaritiam et excutit manus suas ab omni munere, hic in excelsis habitabit et munimenta saxorum sublimitas ejus: panis ei datus est, aquae etiam ipsius fideles sunt; regem in decore videbunt oculi ejus. Temet ipsum mitem castumque custodias; in habitaculum tuum aut raro aut nunquam mulieris sit ingressus. Omnes puellas et virgines Christi aut aequanimiter ignora aut aequanimiter dilige, neque de praeterita castitate confidas, quia neque Samsone fortior, neque David sanctior, neque Salomone poteris esse sapientior. Quando autem ob animarum lucrum visitationis causa in collegium vel infra septa ingressus fueris ancillarum Dei, non solus introeas, sed tecum adhibe socios tales, quorum contubernio non diffamaris, quia oportet episcopum irreprehensibilem esse et testimonium habere bonum ad omnes, ne quis ex eo scandalum sumat, scandalizanti enim unum ex pusillis scimus, quanta animadversio a Domino comparetur. Praedicatione justa verbi Dei plebi tuae tibi commissae affluenter et melliflue atque distincte, in quantum coelesti rore perfusus fueris, praedicare non desinas. Scripturas divinas saepius lege, immo si potest fieri, lectio sancta in manibus tuis maximeque in pectore semper inhaereat, ipsam vero lectionem oratio interrumpat, ad instar namque speculi anima tua in ipsam sedulo respiciat, vel quae corrupta sunt, corrigat, vel quae pulchra sunt, amplius exornet. Disce, quod sapientior doceas eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; ut possis exhortari in doctrina sacra et contradicentes revincere, permane in hiis, quae didicisti, et credita sunt tibi eloquia divinae dispensationis, paratus semper esto ad satisfactionem. Ne confundant opera tua sermonem tuum, ne cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: cur ergo ipse non facit, quid jubet; recognosce magister, qui turgidum ventrem ferre videris, michi de jejuniis praedicas; furta atque perjuria possunt etiam detestari latrones et ava-

ritiam cupidi. Vita scilicet tua irreprehensibilis fiat; in ipsam filii tui regulam sumant; in ipsa quidquid unquam correctum fuerit, corrigant; ex ipsa videant, quid diligant; cernant, quid imitari festinent, ut ad exemplum tuum omnes fideli studio vivere compellantur. Sit erga subjectos tuos sollicitudo laudabilis, exhibeatur cum mansuetudine disciplina, cum discretione correctio; iram benignitas mitiget, benignitatem zelus exacuet et ita alterum ex altero condiatur, ut nec immoderata ultio, ultra quam oportet, affligat, neque iterum frangat rectorem remissio disciplinae. Itaque boni dulcem, pravi asperum sentiant correptorem. In qua videlicet correptione hunc esse ordinem noveris observandum, ut personas diligas et vicia prosequaris, ne si aliter agere fortasse volueris, transeat in crudelitatem correctio et perdas per irremissam iram, quos emendare per discretionem debueras. Sic enim vulnera convenit te abscindere, ut non facias ulcerari, quod sanum esse videtur, neque si plus, quam res exegerit, ferrum incisionis impresseris, noceas, cui prodesse festinas. Neque dicimus, quod in te delinquentibus non te ostendas ultorem et vicia nutrire permittas, sed hortamur, ut in judicio semper misericordia misceatur, ut possis cum propheta fiducialiter dicere: misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine. Sit in te pastoralis pietas amabilisque dulcedo et secundum canonicas regulas severa discretio, videlicet ut innocenter viventes leniter faveas et inquietos perfidosque ferendo a pravitate compescas. Nullius faciem in judicio aspicias, ut neque divitem potentia sua apud te extollere possit, neque pauperum propter paupertatem humilitatemque ipsius exasperatio tua de re, quam suggerit, humiliorem reddat. Substantiam ecclesiae, quam ad dispensandum suscipis, fideliter atque discrete te erogare non dissimules; scias te alienum esse dispensatorem, ut in te divinum impleatur eloquium dicens: fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Hospitalitatem sectare, misericordem, prout vires suppetunt, pauperibus te exhibe, quia qui obdurat aures ad clamorem eorum, ut non exaudiat, ipse clamabit et non exaudietur. Viduae, orphani pupillique te benignissimum pastorem atque tutorem se habere congaudeant. Oppressis defensio tua subveniat, illis autem, qui opprimunt, vigor tuus efficaciter contradicat. Et ita cuncta, Deo te adjuvante, praemunias, ut lupus saeviens sequacesqûe illius adhuc in carne vitam agentes, huc illucque deba-

chantes, ut animas innocentium laniare cupientes in ovile dominicum ingrediendi ad perdandas animas locum non habeant. Nullus te favor extollat, nulla adversitas atterat, id est, ut neque in prosperis cor tuum elevetur, neque in adversis in aliquo dejiciatur, sed omnia et in omnibus caute et cum discretione agere te volumus, ut absque reprehensione ab omnibus vivere comproberis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam sua protectione incolumem custodiat, ut dum tali moderamine in Deo nostro onus, quod suscepisti, peregeris, in die aeternae retributionis eo dicente audire merearis: euge serve bone et fidelis, qui super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Quod ipse tibi praestare dignetur, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Et in praemissorum omnium fidem ac testimonium has nostras literas, munus consecrationis in se continentes, manu nostra subscripsimus et majori sigillo nostro subimpresso communiri jussimus. Acta sunt haec Aschaffenburg in collegiata ecclesia sanctorum Petri et Alexandri, dominica, qua cantatur Laetare, vicesima septima mensis martii, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo. Albertus cardinalis Mog. manu propria.

---

278. *Clemens VII. pabst ermahnt den bischof Philipp II. zu Speyer, den katholischen glauben auf dem reichstage zu schützen. Bononia,* 1530 *märz* 29.

Clemens papa septimus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Cum gravissimam nationem Germanicam omnium suorum principum conventu indicto, duce christianissimo in Christo filio nostro Carolo, Romanorum imperatore semper augusto, de maximis rebus deliberantem cognoverimus, aestimavimus pro sedis apostolicae celsitudine, cujus nobis a Domino tradita est gubernatio, et conventui ei legatum nostrum interesse oportere, cujus non modo prudentia in consiliis capiendis, verum etiam auctoritas in rebus constituendis multum adjumenti afferre posset. Itaque sententia nostra cum dilecto filio nostro Laurentio, titulo sanctae Mariae in Transtiberim presbytero cardinali Compegio diligenter communicata, cui propter dignitatis amplitudinem, maxime vero propter excellentem doctrinam plurimumque rerum usum summam omnium rerum fidem semper habuimus, illum istuc nostrum et hujus sanctae sedis de latere legatum

misimus literasque communiter ad conventum dedimus. Nunc autem, cum sciamus, fraternitatem tuam quantum auctoritatis propter egregiam virtutem, amplissimumque honorem sit habituram, etsi non dubitamus, quin pristinam suam consuetudinem in religione tuenda sit conservatura, tamen te, pro magnitudine rei et discriminis, majorem in modum hortamur, ut hanc totam causam suscipere ac sustinere velis, ipsique legato nostro omni studio adsis, denique, quacunque ratione valebis, annitaris, ut religio tot annos haereticorum scelere oppugnata jus suum dignitatemque retineat. Quod si feceris et rem te dignam feceris, et a Domino, qui omnia merita centuplo praemio remuneratur, maximam gratiam iniveris, nobis vero ita erit gratum, ut ejus memoriam deposituri nunquam simus. Verum tamen cum ipsi legato pluria de hac re mandata dederimus, ad ejus te sermonem rejicimus, cui in eis, quae tunc nostris verbis exponet, non secus ac si de ore nostro exirent, fidem habeas, hortamur. Datum Bononiae sub annulo piscatoris, die vigesima nona martii MDXXX., pontificatus nostri anno septimo. — Evangelista. — Venerabili fratri nostro Philippo, episcopo Spirensi.

---

279. *Philipp II. bischof zu Speyer bezeugt den töchtern des grafen Ludwig von Oettingen ihre adelige abstammung. Udenheim.* 1532.

Von Gottes gnaden, wir Philips bischoff zu Spyre, empieten den erwurdigen, wurdigen, wolgebornen vnd edlen, vnsern lieben besondern frawen, Sibilla ebtissin vnd dem capittel des kayserlichen stiefftes Essen, vnsern freuntlichen grus zuvor. Vnd als vns durch den wolgepornen, vnsern besondern freundt, herrn Ludwigen, graven zu Otingen, den eltern, angelangt hatt, das ir zwo syner dochtern, mit namen freulein Imaigina vnd freulein Maria Jacobi, zu ewern mitclosterfrawen in ewerm stiefft vnd gotshauss angenommen vnd zugelassen habt, doch zu bewysen, das sie von vatter vnd mutter, auch iren eltern vnd acht anen here von graven vnd fryen stamen eelich geborn syen: bekennen wir vnd thun khunt offentlich mit diesem brief, das dieselben freulein Imaigina vnd freulein Maria Jacobi des ehegenannten grave Ludwigs zu Otingen, des eltern, vnd frawen Salome, gebornen grevin von Hohenzolern, sein grave Ludwigs gemahels eeleibliche dochtern sint. Item so hatt des

gemelten grave Ludwigs vatter graff Wolffgang geheissen, desselben mutter ist gewesen ein fryherin von der Laitere, Veren vnd Vitzentz. Item des obgemelten grave Wolffgangs haussfrawe, grave Ludwigs mutter, hatt geheissen frawe Anna, hern Jorgen, truchsessen von Waltburg dochter, vnd derselben von Waltburg mutter ist gewesen ein grevin von Kirchberg. Item grave Eitelfriedrich zu Hohenzollern vnd zu Heigerloch, des heiligen Romischen rychs erbcammerer, ist der hievor gemelten frauwen Salome von Hohenzolern, grevin von Otingen vatter vnd desselben graven Eytelfriederichs mutter, ein grevin von Verdenburg. Item des vorgemelten grave Eytelfriederichs haussfrawe ist gewest ein geporne marggrevin von Brandenburg vnd ir der von Brandenburg mutter ein geporne hertzogin von Bart. Also sie die obgemelten freulein Imaigina vnd freulein Maria Jacobi von mehrgedachtem grave Ludwigen zu Otingen, dem eltern, irem vatter, vnd frawen Salome, gepornen grevin zu Hohenzollern, irer mutter, auch von iren eltern von graven vnd fryen stamen, wie obsteet, geporn. So sint auch die obgeschrieben alle in rechter eelicher beywonung herkhommen geporn vnd allzytt dafur gehalten worden. Das sagen wir bischoff Philips (vnd das wir eins solichen auss bericht wissens empfangen) by vnsern furstlichen eren vnd wurden on alle geverde. Des zu vrkhunt vnd gezeugnus haben wir vnser ingesiegell an diesen brief thun hencken. Der geben ist zu Udenheim vff montag nach Jubilate im funffzehenhundertsten vnd zwei vnd dryssigsten jare.

---

280. *Das stift zu Landau verträgt sich mit dem landcapitel von Billigheim wegen der leistungen zweier caplaneien.* 1532 *oct.* 3.

Notum sit universis et singulis praesentium literarum inspectantibus, quod ad alias duae perpetuae sine cura capellaniae, una videlicet ad altare sancti Erhardi capellae hospitalis in Landaw, altera vero ad altare sanctae Margarethae capellae divae Catharinae ejusdem oppidi Landaw, ecclesiae collegiatae ibidem auctoritate ordinaria, rationabilibus ex causis et urgente necessitate in iis temporum acerbitatibus, citra tamen capitularium jurium derogationem, unitae atque incorporatae existant. Idcirco decanus et capitulum praefatae ecclesiae collegiatae in Landaw et sese cum venerabilibus

et honorabilibus dominis, decano et capitulo sedis ruralis in Billigkeim pro hujusmodi juribus eorum capitularibus, occasione dictarum capellaniarum incorporatarum ipsis debitis, amice concordant, prout amice concordaverunt in hunc modum Quod videlicet futuris temporibus, quotiescunque decanatus saepe nominatae ecclesiae collegiatae in Landaw per mortem vacaverit, quod quilibet decanus pro tempore acceptus vel in demortui locum susceptus tempore investiturae suae unam libram denariorum justae monetae pro se et nomine capituli de dictis capellaniis incorporatis praefatis decano et capitulo sedis ruralis vel eorum camerario pro juribus capitularibus irremissibiliter et absque mora et contradictione atque exceptione realiter cum effectu solvere sit astrictus, non obstantibus privilegiis et gratiis in contrarium impetratis seu impetrandis, quibus contra praemissa possint juvari vel revelari et specialiter juri generalem reruntiationem non fatere, nisi processerit specialis specivoca et expressa, dolo et fraude in praemissis omnibus et singulis posthabitis penitus et remotis. Et ut praemissa per decanum vel capitulum ecclesiae collegiatae in Landaw inconcusse observentur et jurium capitularium solutio per ipsos in posterum expedite procedat, et ne etiam praemisso temporis incessu abolescant, aut antiquitentur, vel ab hominum memoria recedant, nos decanus, capitulum ecclesiae collegiatae beatae Mariae virginis in Landaw praedicti, praesentes literas in memoriam praemissorum perpetuam exinde fieri easque in evidens robur et testimonium sigillo capituli nostri jussimus et fecimus subappensione communiri. Et nos decanus et capitulum sedis ruralis in Billigkeim praefati dictam concordiam eo, ut praemittitur, modo factam esse profitentes, illam pro nobis et successoribus nostris grato animo acceptamus et ratificamus, prout acceptavimus et ratificavimus per praesentes, volentes etiam dictis juribus capitularibus de caetero pro nobis et successoribus nostris absque ulteriori exactione esse contenti. Et pro dictorum firmiori stabilimento et fulcimento, ego Theobaldus Besther, praefatae sedis ruralis decanus, consentientibus, instantibus et rogantibus dominis confratribus meis capitularibus, ob defectum capitularis sigilli, meum proprium sigillum pro me et nomine totius capituli his literis similiter subappendi. Datum et actum die tertia mensis octobris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo secundo.

281. *Georg Musbach, generalvicar zu Speyer, vereiniget die St. Catharinen caplanei mit der St. Georgen pfarrei daselbst. Speyer.* 1536 *juni* 12.

Universis et singulis praesentes literas inspecturis, lecturis pariter et audituris, Georgius Muspach etc. deputatus, salutem in Domino. Vicariatus officii nostri sollicitudo deposcit animumque nostrum incitat, ut ad ea, per quae ecclesiarum et personarum in illis divinis laudibus et officiis insistentium utilitati et necessitati salubriter consulitur, libenter et summa intendamus vigilantia. Sane itaque tam pro parte prudentum, spectabilium et honestorum virorum, dominorum burgimagistrorum, proconsulum, consulum atque senatus civitatis Spirensis, quam honorabilis viri magistri Martini Lutz, plebani ecclesiae parochialis sancti Georgii Spirensis, nobis oblatae petitionis series continebat, qualiter plebania jam dictae parochialis ecclesiae sancti Georgii Spirensis in redditibus, obventionibus et oblationibus accidentalibus et juribus parochialibus (ob et propter perversam jam pullulantem haeresim Lutheranam, qua ecclesia catholica hiscè nostris temporibus perturbatur et periclitatur) in non mediocrem devenerit decrescentiam, ita quod plebanus et possessor ejusdem plebaniae onera ipsius sufferre ac ecclesiae et subditis atque parochianis suis in divinis officiis ac cura et regimine animarum administrationeque sacramentorum absque penuria ac juxta debitum praeesse commode non possit, sitque in eadem ecclesia quoddam beneficium ecclesiasticum ad altare sanctae Catharinae virginis, quod alias dominus Philippus Motz, ultimus illius possessor, obtinuit et ex matrimonii per eundem dominum Philippum contracti celebratione ac aliis certis modo et forma vacaverit et de praesenti vacet, atque collatio, provisio et praesentatio dictae capellaniae ad praefatos dominos burgimagistros, proconsules, consules et senatum civitatis Spirensis, ejusdem capellaniae patronos atque collatores, devoluta existat, id ipsumque beneficium seu capellania de praesenti in fixis redditibus et proventibus plus non habeat, quam unum florenum et unam quartam floreni in civitate Spirensi; item unum florenum in Meinkhemer respective in festo sancti Martini episcopi cedentem; item decem maltra siliginis, quae dant annuatim domini ordinis Teutonicorum de certis bonis in Hochdorff festo nativitatis Mariae; item quinque maltra siliginis et speltae et sex maltra avenae de certis bonis in Hilzpach, etiam festo nativitatis Mariae cedentia;

item unam libram hallensium Joannis evangelistae festo in Berghausen annuatim cedentem; item decem uncias hallensium de praesentia dictae ecclesiae sancti Georgii cedentes: de quibus quidem scriptis emolumentis et proventibus possessor apud hujusmodi beneficium duntaxat se sustentare et residentiam personalem commode absque aliis adminiculis facere non possit, verum si fructus, redditus, proventus et census hujusmodi beneficii seu altaris sanctae Catharinae virginis dictae plebaniae ecclesiae parochialis sancti Georgii Spirensis ad certum tempus annecterentur et incorporarentur, quilibet plebanus pro tempore existens onera plebaniae hujusmodi eo commodius supportare et illi in cura animarum ac regimini populi ejusdem ecclesiae praeesse possit; quando quidem per hujusmodi annectationem et incorporationem astantia plebano in divinis officiis ac dominicis et festivis et aliis diebus facienda minime diminueretur. Quapropter nobis pro parte dictorum dominorum burgimagistrorum ac senatus Spirensis, nec non plebani supradictae ecclesiae sancti Georgii Spirensis, fuit humiliter supplicatum, quatenus dictam capellaniam altaris sanctae Catharinae virginis sic, ut praemittitur, vacantem praefatae plebaniae pro plebani sustentatione ad certum tempus, videlicet decem aut plures annos, annectere et incorporare, nec non fructus, redditus et proventus atque census ejusdem capellaniae ad praedictam plebaniam et applicare ac praemissa indulgere aliasque super his apertius providere dignaremur. Nos igitur Georgius Muspach, licentiatus, custos et vicarius in spiritualibus supradictus, qui nostris potissime temporibus cultum divinum augeri et manuteneri, ac personarum divinis laudibus insistentium, praesertim congregi dominico pabulum verbi Dei seminantium et sacramenta ecclesiastica ministrantium commoditatibus et necessitatibus, quantum cum Deo possumus, consulere summo desideramus affectu, dictorum dominorum burgimagistrorum, proconsulum, consulum atque senatus, nec non ipsius plebani petitionibus favorabiliter annuentes, ob idque de et in praemissis sufficientibus informationibus et deliberationibus praehabitis, attendentesque supplicationem hujusmodi fore justam et rationi consonam, idcirco praedictam capellaniam altaris sanctae Catharinae (titulo tamen et illius institutione minime extinctis, censibus et proventibus sed reservatis) unacum fructibus, redditibus, censibus et proventibus universis ejusdem ad dictam plebaniam, per decem

proxime futuros annos a data praesentium computando, auctoritate supradicti reverendissimi domini nostri episcopi Spirensis nobis in hac parte specialiter commissa et qua fungimur, deputandam, applicandam et annectendam duximus, prout deputamus, applicamus et annectimus per praesentes sic et taliter, quod plebanus ecclesiae sancti Georgii Spirensis per praespecificatos decem annos fructus, redditus, proventus, census et quaecunque emolumenta dictae capellaniae percipere, levare, apprehendere ac bonis ejusdem uti, frui et gaudere, eaque manutenere, hospitalitatem decentem servare ac incumbentia et consueta onera plebaniae supportare possit et debeat. Volumus tamen titulum et institutionem saepedictae capellaniae alias in suo robore permanere, et praesentium tenore una mandamus, quod missae, eidem capellaniae ex illius institutione vel de consuetudine incumbentes, singulis septimanis legantur et celebrentur ac non negligantur, similiter quod ex hujusmodi capellaniae fructibus, redditibus, proventibus et censibus impositiones et alia onera imponenda et consueta totiens, quotiens opus et obtigerit, supportentur et de illis satisfiat. Quibus omnibus et singulis non intendimus per praemissa in aliquo derogare et lapsis decem annis praesentibus minime valituris. In quorum testimonium praesentes literas exinde fieri nostrique sigilli officii vicariatus jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Spirae die Lunae duodecima mensis junii, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

---

282. *Paul III. pabst ermuntert den bischof Philipp II. zu Speyer, auf dem dortigen reichsconvente sich des katholischen glaubens anzunehmen. Rom.* 1540 *mai* 14.

Paulus papa tertius. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Audientes de Spirensi conventu, etsi fraternitatem tuam pro boni antistitis et principis imperii officio proque Dei honore et suae ecclesiae conservatione, communem fidei causam omni studio complexuram non dubitamus, tamen has nostras ad fraternitatem tuam scribere voluimus, ut tuae pietati sponte currenti calcar adjiceremus. Hortamur itaque illam, ut suae dignitatis memor omni suo studio ad divini honoris et catholicae fidei sublevationem incumbat, prout speramus eam esse facturam. Super quibus mandavimus venerabili fratri, Joanni episcopo Mutinensi, nuntio nostro, ut cum fraternitate tua diffusius loqueretur, cui fidem

habebis indubiam. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta maji MDXXXX., pontificatus nostri anno sexto. — Blosius. — Venerabili fratri Philippo, episcopo Spirensi.

---

283. *Michael Diller, Augustiner prior zu Speyer, vertheidiget sich wegen seiner lehre von der rechtfertigung.* 1541.

Fursichtigen, ersamen, weissen, gonstigen, lieben herrn. Nachdem ew. ersame weisshait mir furhalten lassen, wy ich gegen dem allerdurchleuchtigsten, grossmechtigsten fursten, der Romischen kayserlichen maiestet, vnserm aller gnedigsten herrn, beruchtigt worden sey, alss solte ich von der justification vnd gutten wercken vff dy newen handt predigen, mit beger, das ich eur ersamen weisshait sollicher puncten halben mein mainung, predig vnd lere wolte schrifftlichen zu erkennen geben. Die hochermelte Romische kayserliche maiestet desselbigen vnderthenigsten gepure haben bestendiglichen zu berichten vff sollichs vnd sonderlich die weil ich mich meiner predig vnd lere nie geplodet, sondern alwegen wol leidenn mogen vnd noch, das die selben allen vnd yden horen vnd niedern stands, hochgelerten vnd schlechten, gaistlichen vnd weltlichen frommen leutten offenbar gewesen: so ist mir auch gar nit beschwerlich, sondern von hertzen lieb vnd wolgefellig, das ich eur Er. W. solche meynne predig vnd lere von der justification vnd gutten werken, wie ich dieselben nun vilzeit hie zu Speier in der pfarrkirchen zu sandt Martin, dye ich dem wirdigen hochgelerten hern bischofflichen vicarien etliche jare versehen, der gleichen vff zwey jare in eur ersamen weisshait pfarkirchen zu sandt Georgen, auch in meines ordens closter zu den Augustinern vnd sonst an anderen ortten (nemlich mitten in dem thumstifft, im creutzkore, im creutzgange ein lange zeit, zu sant Guidon, zu sant Bartholomeus, im teutschen hauss) offentlichen one menigliche straff vnd einrede dargethan, zubekennen vnd in dieser schrifften mit der kurtze anzuzeigen. Vnd darumb so bekenn vnd sag ich, das ich von der justification vnd gutten werken geprediget vnd gelert hab dergestalt vnd nemlich zum ersten: So der mensch from vnd gerecht vor Got werden sol, so mussen im sein sunde auss lauterer gnaden vnd vmb des verdiensts Christi willen verziegen werden, welche gnade vnd gemeinschafft

Christi er, der sunder, durch ein lebendigen glauben in Christum vnd nit anderss erlangen mage. Zum andern, das auss sollichem glauben, der ein gab Gottes, gewisslich gute werck khomen vnd fliessen sollen. Das auch disse werck, nachdem sie im glauben vnd liebe geschehen, Got gefellig seyen. Das auch Got auss gnaden die gutte werck zeitlich vnd ewiglich belonen werde. Welche mein offentliche predig vnd lere ist nit alleyn der offenbar vnwidersprechlich inhalt der hailigen geschrifft, sondern auch der glaub, mainung vnd ler der lieben alten bewertten leerer, so die heillig catholica kirch angenomen vnd bissher gehalten vnd noch, nemlich Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Chrysostomi, Basilii, Bernardii vnd anderer, wye dan die vilfeltige ortt der heiligen schrifft vnd gemelter leerer clare spruch, eur ersamen weisshait, wue sy das begeren, mit der warheit darzuthun ich verbittig, aber hierin vmb kurtzwillen vnderlassen hab. Darauss ye eur Er. W. zu vernemen haben, das mein maynung, predig vnd leer nichts newes (wy mir vileicht durch meine missgonstige vnverschuldter ding zugelegt worden), sonder die alte rechte leer der hailligen apostolischen schrifft, der christlichen kirchen vnd irer bewerten leere vnd das ich sollichs vnd nit anders der justification vnd gutten werck halben, wy gemeldet, nun vil jare her geprediget, gelert, das volk auch zu der Gottes erhe, gutten wercken, gehorsam, recht zu thun vnd das boss zu meiden, vleissig ermanet. Des zewhe ich mich vff alle, dy mich in meynen predigen gehort, das auch ich sollich predig vnd leer one straff, verwiss vnd einrede bissher gefuret, des zewhe ich mich gleicher gestalt vff die gaistlichen alss maynen gnedigen hern von Speyer seyner furstlichen gnadin vicarien vnd andern prelaten, die ye, wue ich vnrecht geleeret, mich pillich bessers vnderricht vnd verwarnet haben solten vnd eur E. W. die weltliche oberkait disser stadt Speyer selbst, gedencke auch mit Gottes hilff in gemelten puncten vnd andern in meynen predigen vnd lern furohin nichts newes noch anders furzutragen, dan was die haillig schrifft vnd alte bewerte leerer der christlichen kirche leeren vnd beschrieben, wy ich sollichs eur E. weisshaiten anfenglichs zugesagt vnd vertrostet habe. Vnd wue ich von ymandt bessers mit grundt der heilligen geschrifft vnd aus den alten leeren vnderricht werden mag, will ich mich nit beschemen, sondern fur ein ere halten, der warheit zu weichen. Darums auch mein

vnderthenig vleiich bitt, eur ersamen weisshaiten wollen diessen meinen warhafften bericht vnd anzeig zu meyner verantwortung fur genugsam annemen vnd mich bey hochgedachter kayserlicher maiestet, vnserm allergnedigsten herrn, des obangeregten mir vnverschulter weiss zugemessenen beruchtigens zum vleissigsten entschuldigen vnd bitten, ir kayserliche maiestet wolle mich desselben wegen auch allergnediglichst entschuldiget haben. Das wil ich mit meynem gebet zu Got fur ir kayserliche maiestet seligkeit vnd wolfart, auch eur er. weisshait ruige friedliche regirung der iren mit allem vleiss zu verdienen, dyweill der allmechtig gnade vnd das leben gibt, nit vergessen. E. E. W. williger capplan vnd diener, bruder Michell Diller Augustiner ordens.

---

284. *Carl V. kaiser bestätigt dem bischofe Philipp II. zu Speyer die freibriefe, rechte und besitzungen des hochstiftes. Regensburg,* 1541 *mai* 2.

Carolus quintus divina favente clementia Romanorum imperator augustus ac rex Germaniae etc. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi ad universorum imperii subditorum procurandos honores et commoda promovenda propensi sumus, illos tamen gratiis et libertatibus afficere veteraque ipsorum privilegia innovare et augere studiosius cupimus, quos divino mancipatos cultui jugiter scimus obsequio inhaerere salvatoris, quique fidei constantia erga nos antecessoresque nostros et sacrum imperium claruerunt. Sane ad nostram accedens praesentiam venerabilis Philippus, episcopus Spirensis, princeps et consiliarius noster devotus, dilectus nobis exhibuit quoddam privilegium divi Caroli Romanorum imperatoris, hujus nominis quarti, praedecessoris nostri augustae memoriae, cujus tenor sequitur in haec verba: „In nomine“ etc. (sicuti Nr. 638 tom. I.) Et nobis insuper exposuit praedictus princeps et consiliarius noster episcopus Spirensis, quod nonnulla ex castris et villis, in praeinserto privilegio comprehensis ac nominatis, successu temporis ac suis praedecessoribus permutata, alienata, translata et in feodum data fuerint, eorumque loco suae ecclesiae accesserint interim alia, videlicet castrum Magdenburg cum villis Eschbach, Artzheim, Ransbach, Hanbach et Rorbach cum suis attinentiis, juribus, jurisdictionibus altis et bassis, silvis, venationibus, pascuis et piscinis. Item quarta pars in castro Landeckh et quarta

pars in Klingenmunster. Item dimidia pars in Gleysszell, Horbach, Gochlingen, Heuchelheim, Appenhoven, Mornssheim, Wolmesheim, Inssheim, Offenbach, Bornheim, Oberhohenstatt, Schwechenheim et Lengenfeldt, cum omnibus suis attinentiis, juribus, jurisdictionibus altis et bassis pro dimidia indivisa parte, silvis, venationibus, pascuis et piscinis. Castrum et villa Odesheim cum villa Heinfeldt cum omnibus suis attinentiis, juribus, teloniis, jurisdictionibus altis et bassis, silvis, venationibus, pascuis, molendinis et piscinis. Item villa Hochdorff et Forst prope Deidesheim cum omni jurisdictione. Item villa Kintspach pro quarta parte. Item castrum Jochgrim. Item villa Lauterbach, Durrensebach, Syegen, Keytenberg, Aspach, Neuweyler, Ilich, Weyher prope Hergsheim cum omni jurisdictione. Item in villa Trienbach jurisdictio alta. Item in villa Inseltheim et Neuendorff cum omni alta et bassa jurisdictione. Item villa Heiligenstein, Venningen et Weyher sub Riepurg cum omni jurisdictione alta et bassa. Item dimidia pars villae Rawenbergkh cum omni alta et bassa jurisdictione. Item villa Odenkhoben cum superiori et alta jurisdictione tantum. Item castrum Marientraut. Item villa Malschenberg, castrum Neipsheim et villa Buchig, cum sua parte villae Neipsheim alta et bassa jurisdictione. Item telonia in Rheinhausen, Rheinzabern et Horrenberg cum aliquot certis decimis. Humiliter et devote petens idem princeps et consiliarius noster, ut sibi et ecclesiae suae Spirensi dictum privilegium divi Caroli quarti et in eo contenta privilegia, literas et libertates, gratias, immunitates, jura et indulta, quae et quas a divis Romanorum imperatoribus et regibus praedecessoribus nostris ac aliis principibus et personis quibuscunque super quibusvis rebus, bonis, decimis, possessionibus, juribus et honoribus obtinuisse noscuntur, nec non omnia et singula ipsorum judicia alta et bassa ac jurisdictiones, consuetudines et usus eorundem, castra insuper, villas, telonia, decimas ac quaecunque alia sua et ecclesiae suae regalia cum praefatis privilegiis, jurisdictionibus, juribus, libertatibus, gratiis et transactionibus, et quidquid dicta ecclesia Spirensis in praesentiarum licite possidet vel quasi, approbare, ratificare, autorizare, innovare et de novo concedere et confirmare ipsumque principem et consiliarium nostrum, episcopum et ecclesiam Spirensem cum omnibus eorum bonis et rebus in nostram et sacri imperii protectionem recipere auctoritate nostra caesarea gratiose dignaremur. Nos

igitur majorum nostrorum vestigiis inhaerentes, quos in memoratam ecclesiam Spirensem inter alias praecipuam curam, studium et propensionem gessisse ipsamque ecclesiam cathedralem a fundamentis in tam splendidum aedificium erexisse et in ea sepulturam sibi elegisse compertum habemus, et quorum etiam monumenta in hodiernum usque diem illic visuntur, attendentes insuper ipsius principis et consiliarii nostri Philippi, episcopi Spirensis, multiplicia probitatis et virtutum merita, nec non sincerae devotionis affectum et purae fidei constantiam, quibus ipse et sui antecessores Spirenses episcopi praedecessoribus nostris ac nobis et sacro Romano imperio sese promptos exhibuerunt et propterea ipsius Philippi episcopi precibus, cum ob supradictas, tum ob alias rationabiles causas benignius inclinati ac imprimis ob reverentiam Dei omnipotentis ac intemeratae virginis Mariae, ejus genitricis, cujus praetioso vocabulo titulus memoratae ecclesiae decoratur: ad haec sincerae devotionis affectum, quem nos ipsi ad hanc ecclesiam prae caeteris gerimus, animo deliberato ex certa nostra scientia, sano accedente consilio et imperiali auctoritate nostra, praenominato Philippo, episcopo Spirensi ejusque successoribus episcopis et ecclesiae Spirensi in perpetuum praeinsertum divi Caroli quarti praedecessoris nostri privilegium ac in eo contenta, nec non universa et singula alia privilegia, literas, libertates, gratias, emunitates, jura et indulta, quae et quas a recolendae memoriae divis Romanorum imperatoribus et regibus antecessoribus nostris, ab aliis principibus et personis quibuscunque rite obtinuerunt, in omnibus suis articulis, continentiis, sententiis, tenoribus, clausulis et punctis de verbo ad verbum, prout scripta seu scriptae sunt et quorum omnium tenores, nomina et cognomina perinde, ac si de verbo ad verbum praesentibus inserta essent ac pro insertis et specialiter expressis habemus et haberi volumus, etiamsi jure vel ex consuetudine de illis fieri deberet mentio specialis, nec non regalia, castra, oppida, villas, homines, res, bona et jura quaecunque supradicta, una cum attinentiis et pertinentiis, quibuscunque etiam vocabulis valeant designari, ad praemissa spectantibus et quidquid eadem Spirensis ecclesia in praesentiarum licite possidet vel quasi et in futurum justis rationibus, modis et veris titulis praestante Domino poterit adipisci, prout digne possumus, approbamus, ratificamus, innovamus, de novo concedimus, damus et confirmamus gratiose prae-

sentium serie ac tenore supplentes praefata nostra auctoritate caesarea omnem defectum, si quis obscuritate vel dubia interpretatione verborum, omissae sollemnitatis aut alia ex causa quacunque reperietur in praemissis. Praeterea praefatum principem et consiliarium nostrum episcopum ejusque successores et ecclesiam Spirensem una cum omnibus et singulis eorum bonis, rebus et juribus, tam praesentibus, quam futuris, in nostram et sacri Romani imperii protectionem, salvam guardiam et tuitionem plenam assumpsimus et sumimus per praesentes. Et ne quispiam praefatum episcopum suosque successores et ecclesiam Spirensem in praemissis aliqualiter temere perturbare, gravare aut molestare praesumat, eisdem praeter conservatores, defensores et protectores, in praeinserto privilegio Caroli quarti praedecessoris nostri constitutos, judicem et assessores judicii imperialis camerae et curiae nostrae conjunctim et divisim praesentes et futuros privilegiorum, libertatum, rerum, bonorum, jurisdictionum et jurium quorumcunque, tam personalium, quam realium et mixtorum et hujus nostrae confirmationis, salvae guardiae et protectionis conservatores una cum praedictis conservatoribus, ut praefertur, deputatis in solidum nomine et vice nostri damus, eligimus et deputamus, eisdem et cuilibet ipsorum serio et sub nostrae et sacri imperii gratiae obtentu praecipientes et mandantes, quatenus ipsi aut aliqui eorum, qui super tuitione et defensione jurium, privilegiorum, libertatum ac jurisdictionum praefati episcopi suorumque successorum et ecclesiae Spirensis et hujus confirmationis, salvae guardiae et defensionis nostrae requisitus aut requisiti fuerint, toties quoties se casus obtulerit, eidem episcopo, suis successoribus ac ecclesiae Spirensi efficaci defensione nostra imperiali auctoritate assistant, non permittentes eos in personis, privilegiis, libertatibus, jurisdictionibus, bonis, possessionibus, fructibus, redditibus, proventibus et aliis quibuscunque suis juribus per quempiam indebite molestari, inquietari seu perturbari, vel eis gravamina, damna seu injurias irrogari, sed ipsos ex nostrae imperialis celsitudinis potestate tueri, defendere, fovere et manutenere studeant, invasores, occupatores, defensores, injuriatores, perturbatores, molestatores et offensores praedicti episcopi suorumque successorum et ecclesiae Spirensis ac personarum et jurium suorum laesionem facientes, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis aut conditionis extiterint, quandocunque, quotiescunque opus fue-

rit, etiam ad poenas inferius expressas contra eos praecedentes ipsos vice et auctoritate nostra caesarea compescant et compellant, ut a turbationibus hujusmodi desistant aliaque faciant et exequantur, quae in praeinserto privilegio divi Caroli quarti praedecessoris nostri latius continentur, et quae ad officium conservatorum jure vel consuetudine pertinent et poterunt quomodolibet pertinere, etiam si talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale, gratum et ratum habituri, quicquid dicti conservatores communiter vel divisim egerint, fecerint aut ordinaverint in praemissis et quolibet praemissorum, hac edictali sanctione statuentes et volentes, quod nulla persona alta aut humilis, ecclesiastica vel saecularis, communitas, civitas et universitas, communiter vel divisim huic nostrae approbationi, ratificationi, autorizationi, innovationi, concessioni et confirmationi contraire quovis ausu temerario praesumat seu hanc paginam nostram quovis modo violare, quatenus nostram et imperii sacri indignationem gravissimam et ultra poenas, in praeinserto divi Caroli quarti aliisque praedecessorum nostrorum ac nostris privilegiis Spirensi ecclesiae concessis, alioquin contra turbatores ecclesiarum seu ecclesiasticarum personarum rerumque ac bonorum suorum a jure canonico seu civili quomodolibet statutas, poenam quinquaginta marcharum auri puri cupiant evitare, quarum dimidiam imperiali fisco seu aerario nostro, reliquam vero partem injuriam passi seu passorum usibus decernimus applicandam, in praemissis tamen nostris et imperii sacri et aliorum in aliis juribus semper salvis, harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri appensione munitarum. Datae in civitate nostra imperiali Ratispona die secunda mensis maji, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo, imperii nostri vigesimo primo et aliorum regnorum nostrorum vigesimo sexto. Carolus. Ad mandatum caesareae et catholicae majestatis proprium: H. Oberburger. Vt. Palatinus. Vt. Naves.

---

285. *Carl V. kaiser ertheilt dem bischofe Philipp II. zu Speyer einen besondern freibrief gegen judenwucher. Regensburg,* 1541 *mai* 25.

Wir Carl der funfft von Gottes gnaden Romischer kaiser zu allen zeitten mehrer des reichs etc. Bekennen fur vns vnd vnser nachkommen am reiche offentlich mit diesem briefe

vnd thuen kundt allermeniglich, dass vns der erwirdig Philipps bischoff zu Speyr, vnser furst, rath vnd lieber andechtiger furgebracht, wiewohl in vnser reformation auff vnserm reichstage im nechstverschienen dreisigsten jare, der mindern zal zu Augsburg gehalten, gemacht vnd auffgericht, ein artikel der juden vnd judin wuchers halber begriffen, wie es damit gehalten werden sol, auch weilandt sein vorfahr bischoff Georg vnd er, seinen vnd seines stiffts vnterthanen vnd hintersassen ernstlich verbotten, sich mit den juden in kein wucherische handlung einzulassen, so hetten doch etliche juden vber solches alles dieselben seine vnderthanen vnd hintersassen, als einfeltig leuth, dermassen beredt vnd eingefuert, daz sie die juden, sonderlich in zeit seiner andacht regierung etwa vil tausend gulden auff gemelte seine vnderthanen vnd hindersassen gebracht vnd aus jnen erschetzt vnd erwuechert, alles zu sines stiffts vnd desselben vnderthanen merklichen nachtheil, schaden vnd verderben vnd vns darauff demuetiglich angeruffen vnd gepetten, jne, sein stifft vnd vnderthanen hierin gnediglich zu bedenken vnd zu verhuetung des alles jnen hierin mit vnser kaiserlichen hilff zu erscheinen. Wann vns nun als Romischer keyser gepurt vnd zusteet, vnser vnd des heiligen reichs glider, vnderthanen vnd verwandten vnd derselben vnderthanen by wirden vnd aufnemen zu erhalten vnd vor abfall, nachtheil vnd verderben zu verhindern, so haben wir demnach angesehen solch des gemelten vnsers fursten vnd raths, bischoffe Philippsen zu Speyr vnd seines stiffts vnderthanen beschwerd vnd obigen auch vnderthenige bette vnd getrewe dinste, so er vns vnd dem heiligen reiche in manigfaltige wege erzeigt vnd bewiesen hat vnd darumb aus erzehlten vnd andern redlichen vrsachen vns darzu bewegendt vnd mit wolbedachtem muthe, gutem rate vnd rechter wissen als Romischer keyser dem gemelten bischoffe Philippsen zu Speyr vnd seinen nachkommen diese gnad vnd freyheit gegeben, geben ime die hiemit von Romischer keyserlicher macht vollkommenheit wissentlich in krafft dies briefs also, daz nun hinfuro kein jud oder judin des stiffts Speyr vnderthanen vnd hintersassen, weder auff pfandt, clainoter, klaider, noch andere varende vnd liegende gueter, noch sonst in kein ander weise noch wege, wie das namen haben mag, auf wucher oder wucherische hendel, contract oder verschriebungen one des gemelten vnsers fursten bischoffe Philippsen,

seiner nachkommen bischoffe zu Speyr oder irer amptleut, vogte oder schultheissen, so jeder zeit sein werden, vorwissen, erlaubnus vnd bewilligung nichts leihen, noch dergestalt mit jnen handeln vnd dieselben des stiffts vnderthanen vnd hindersassen von den juden vmb einige dermassen schulden, so hieruber nach verkundigung dieser vnserer freyheit gemacht wurde, weder an vnserm keyserlichen hofgericht zu Rotweil, noch andern fremden gerichten nit furgenommen oder beklagt, noch jchts wider dieselben daran gericht, geurtheilt oder furgenommen werden. Darzu auch, wo des gedachten stiffts vnderthanen vnd hintersassen hieruber von den juden obberurter massen ichts geliehen vnd furgestrecket wurde, daz soliche geliehen summa gelts, sampt dem wucher, die juden verwurckt haben vnd dem gedachten bischoffe Philippsen vnd seinen nachkommen bischove zu Speyr zu steen, verfolgen vnd ohn hindernuss beleiben sollen vnd mainen, setzen vnd wollen, daz der obgemelte vnser furst, bischoff Philipps zu Speyr, sein nachkommen bischoffe vnd des stiffts Speyr vnderthanen vnd hintersassen, bey bestimpten, vnser gegeben gnad vnd freiheit beleiben, sich der an meniglichs verhinderung gebrauchen vnd geniessen sollen vnd mogen. Vnd ob vber solche vnser gnad vnd freyheit auff der juden anlangen des genannten bischoffs vnd seiner nachkommen bischoffen zu Speyr vnderthanen vnd hintersassen an vnser keyserlich hofgericht zu Rotweile noch einige andern auslendische gericht berurter sachen halber furgeheischen vnd geladen vnd an denselben jchts wider sy, jr leib, haab vnd gueter gehandelt, gericht vnd procedirt, in was schein das beschehen wurde, so wollen wir doch aus obberurter vnser keyserlichen macht vollkommenheit, daz dieselben vnderthanen oder hindersassen auff solich ladung vnd furheischung nit erscheinen, auch alles das also an berurten gerichten wider sy gericht, geurtheilt vnd furgenommen wirdet, krafftloss, vnpundig, vntaugenlich vnd von vnwirden heissen vnd seyn vnd den genannten des stiffts Speyr vnderthanen vnd hintersassen an jren leiben, haaben oder guetter kain nachteil oder schaden bringen noch geberen soll, dann wir das alles vnd jedes, auch das so die juden in solchem darwider hetten oder haben mochten, jetzt alsdan vnd dan als jetzo aufheben, cassieren, abthun vnd vernichten in krafft diess brieves. Wir wollen auch solch obbemelt begnadungen, freyheiten

vnd satzungen in favorem publicum zu guetem vnd furdrung gemeines nutzes vnd gar nit in favorem privatum, sondern personen zu guetem gegeben haben, noch auch, daz keinen sondern personen verziehung oder renuntiation, wie die immer beschehen mochte, ainige wirkung haben, sondern soll die in allwegen vnpundig sein vnd gehalten werden. Vnd gepieten darauf allen vnd jeglichen churfursten, fursten, geistlichen vnd weltlichen prelaten, graven, freyen herrn, rittern, knechten, hauptleuten, landvogten, vitzdomben, vogten, pflegern, verwesern, amptluten, schultheissen, burgermeistern, richtern, rathen, burgern, gemeinden, vnd sonderlichen vnserm hofrichter vnd vrtheilsprechern vnsers hofgerichts zu Rotweil vnd andern richtern vnd gerichten vnd sonst allen andern, vnsern vnd des richs vnderthanen vnd getreuen, in was wirden, standts oder wesens die sein, von Romischer keyserlicher macht, ernstlich vnd vestiglich mit diesem briefe vnd wollen, daz sie den obgemelten bischove Philippsen, seine nachkommen bischoven vnd ire vnderthanen vnd vndersessen des stiffts Speyr an diesen obgeschriben vnsern gnaden vnd freyheiten nicht hindern oder irren, sonder sy der geruebiglich geprauchen, geniessen vnd gentzlich dabei bleiben lassen vnd daruber nit bekummern, beleidigen noch beschweren, noch das jemandts andern zu thun gestatten in keine weise, als lieb einem jedlichem sey vnser vnd des reiches schwere vngnade vnd straff vnd darzu einer pene nemlich zwaintzig marck lottigs goldes zu vermeiden, die ein jeder, so oft er frevenlich hinwider thette, vns halb in vnser vnd des reiches cammer vnd den andern halben theil dem gemelten vnserm fursten vnd rath, bischoffe Philippsen vnd seinen nachkommen, bischoven zu Speyr vnnachlesslich zu bezahlen verfallen sein solle. Mit vrkundt diess brieves, besiegelt mit vnserm keyserlichen anhangenden insiegel. Geben in vnser vnd des reichs stadt Regenspurg, am funff vnd zwaintzigsten tag des monats mai, nach Christi gepurde funffzehen hundert vnd in vnd vierzigsten, vnsers kaiserthumbs im ain vnd zwaintzigsten vnd vnserm reiche im sechs vnd zwaintzigsten jare. Carolus. Vt. Palatin. Vt. Naves. Ad mandatum caesaris et catholicae majestatis proprium. J. F. Bernburger, Bta Vilsegger.

286. *Paul III. pabst errichtet und bestätiget wieder einige im Speyerer dome aufgehobene pfründen. Rom,* 1541 *dec.* 9.

Paulus episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Venerabili fratri Philippo episcopo, dilectis filiis decano ac capitulo Spirensi, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicae sedis providentia circumspecta nonnunquam ea, quae consulte statuerat ex seniori judicio consultus, revocat ac alias desuper disponit, prout rerum et temporum qualitate pensata, idem in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordationis Clemens papa septimus, praedecessor noster, procuratoribus tunc episcopo Spirensi et dilectis filiis, clero ecclesiae Spirensis ac vobis filii capitulo sex perpetua simplicia beneficia ecclesiastica, praebendae nuncupata, in dicta ecclesia instituta, quibus nullum onus annexum erat, cum illa per decessum seu alias, praeterquam per resignationem illa tunc obtinentium quovis modo, simul vel successive, in quibusvis mensibus vacare contingeret, etiamsi actu tunc quovis modo vacarent, ex tunc, prout ex ea die et econtra per suas literas perpetuo suppressit et extinxit ac illorum sic suppressorum et extinctorum unius videlicet fabricae et alterius mensae capitulari ejusdem ecclesiae ac reliquorum quatuor beneficiorum hujusmodi fructus, redditus et proventus quatuor cantorum, pro tunc et pro tempore (per) existentem decanum ipsius ecclesiae et vos filii capitulum, vestrum nutum ponendorum et destituendorum, qui in cantu et musica experti ac in ipsa ecclesia horarum canonicarum et missarum aliorumque divinorum officiorum, tam diurnorum, quam nocturnorum, decantationi in continuo interesse deberent, juxta providam ipsius decani ac vestrum filii capituli desuper faciendam ordinationem usui et sustentationi etiam perpetuo applicavit, appropriavit et deputavit, ita quod decedentibus dicta beneficia tunc et pro tempore obtinentibus seu illis aliasque per eorum respective resignationem vacantibus, liceret eidem decano et vobis filii capitulo per vos vel alium, seu alios vestris nominibus, fructus, redditus et proventus beneficiorum suppressorum et extinctorum hujusmodi propria auctoritate libere percipere ac in fabricae et mensae, nec non quatuor cantorum hujusmodi sustentationem et utilitatem juxta ordinationem praedictam, et non in alios usus, similiter perpetuo convertere, dioecesani loci licentia minime requisita, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis

nuper pro parte vestra petitio continebat, licet successu temporis quinque ex beneficiis hujusmodi vacaverint, nichilominus vos cantores, ut praefertur, expertos et ad nutum vestrum amovibiles hactenus commode habere non potueritis, in maximam divini cultus in praedicta ecclesia diminutionem, si beneficia hactenus suppressa et extincta praedicta adversus illorum suppressionem et extinctionem hujusmodi restituerentur, reponerentur et plenarie reintegrarentur, seu de novo erigerentur et instituerentur ac omnia singula bona et jura, quae ante suppressionem et extinctionem praedictas ad eadem beneficia pertinebant, ipsis beneficiis respective applicarentur et appropriarentur, nec non literae praedecessoris hujusmodi, quoad reliquum sextum beneficium, quod hactenus non vacavit, cassarentur et irritarentur ac pro nullis et infectis haberentur, ex hoc profecto divinus cultus in eadem ecclesia cum illius et vestrum filii capituli decore et venustate plurimum augeretur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut beneficia suppressa et extincta praedicta adversus illorum suppressionem et extinctionem hujusmodi restituere, reponere et redintegrare, seu de novo erigere et instituere ac omnia et singula bona et jura, quae ad eadem beneficia ante illorum suppressionem et extinctionem praedictas pertinebant, eisdem beneficiis applicare et appropriare, nec non literas praedictas, quoad reliquum sextum beneficium hujusmodi, in totum cassare et irritare ac pro nullis et infectis habere, nec non decano pro tempore existenti et vobis filii capitulo, quod de caeteris perpetuis futuris temporibus quinque praedicta, tam hac prima vice, ab eorum restitutione, repositione et redintegratione, seu nova erectione et institutione vacantia, quam illa et reliquum sextum beneficium hujusmodi, quotienscunque et quovis modo ea simul et successive in quibusvis etiam apostolicis et ordinariis mensibus vacare contigerit, etiamsi dispositioni apostolicae speciali vel generali reservata, seu ex generali apostolica reservatione affecta fuerint, ex nunc, prout ex tunc et econtra personis idoneis ac alias dictae ecclesiae et vobis filii capitulo utilibus conferre et de illis etiam providere seu alias disponere, valeatis concedere et indulgere ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmento et ecclesiarum quarumlibet, praesertim cathedralium decori libenter consulimus, vos et vestrum singulos

a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati estis, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, beneficia suppressa et extincta praedicta adversus illorum suppressionem et extinctionem hujusmodi auctoritate apostolica tenore praesentium restituimus, reponimus et plenarie redintegramus, seu de novo erigimus et instituimus ac omnia et singula bona et jura, quae ante suppressionem et extinctionem praedictas ad beneficia hujusmodi pertinebant, eisdem beneficiis respective perpetuo applicamus, appropriamus, nec non literas praedictas, quoad reliquum sextum beneficium hujusmodi, auctoritate et tenore praedictis cassamus et irritamus ac pro nullis et infectis habemus, nec non decano, pro tempore existenti, et vobis filii capitulo, quod de caetero perpetuis futuris temporibus quinque praedicta, tam hac prima vice ab eorum restitutione, repositione et redintegratione, seu nova erectione et institutione vacantia, quam illa et reliquum sextum beneficium hujusmodi, quotienscunque, quovis modo ea simul vel successive, in quibusvis etiam apostolicis et ordinariis mensibus, non tamen per obitum apud dictam sedem vacare contigerit, etiamsi sedi praedictae specialiter vel generaliter reservata, seu ex generali apostolica reservatione affecta fuerint, ex nunc, prout ex tunc et econtra personis idoneis et alias dictae ecclesiae et vobis filii capitulo utilibus conferre et de illis etiam providere seu alias disponere libere et licite valeatis, eisdem auctoritate et tenore concedimus et indulgemus, non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non ipsius ecclesiae juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, restitutionis, repositionis, redintegrationis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, cassationis, irritationis, habilitationis, indulti et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quadrage-

simo primo, quinto idus decembris, pontificatus nostri anno octavo.

---

287. *Philipp II. bischof zu Speyer ermahnt, warnt und bedroht die dem lutherthume zugeneigten untergebenen seines hochstiftes. Kisslau,* 1542 *oct.* 16.

Von Gottes gnaden wir Philips, bischove zu Speyer etc. enbietten allen vnd iden vnsers stiffts angehorigen, hindersessen vnd verwanthen vnser gnad vnd alles guts zuvor, vnd geben euch hieneben ernstlich zu vernemen. Als vns verschienen jars glaublich angelangt, das alhie vnd etlichen andern vnsern flecken vnd obrickeytten sich etlich auss iren pfarkirchen vnd von iren pfarrhen aigens vngehorsamen furnemens gethan, vnd ire pfarliche recht an frembden orten ausserhalb vnsers stiffts gesucht, vnd wir nun damals ettlich derselben, so verdacht gewesen, durch vnsern faut am Brurhein, Hans Bleycker Landschaden, beschicken vnd denselben vnsertwegen furhalten lassen, was veraths, entporung vnd vfwickeln diser zeyt, so sich spaltung in vnser lang herkhomen gepreuchen der christlichen kirchen erhoben, mermals beschwerlichen furgefallen. Darumb die Romisch kayserliche majestet, vnser aller gnedigsten herr sampt churfursten, fursten vnd stenden des heyligen Romischen reichs, solche beschwerrungen, so auss diesem gevolgt, mer dann vff einen reichstag, beratlichen bedacht vnd abscheydt daruber gemacht, welche nun weylandt der erwirdige, hochgeporn furst vnd herr, herr Georg, pfaltzgrave, vnser nechster herr vnd vorfar seliger gedechtnus, auch wir iderzeyt gehorsamlichen angenuhmen vnd denen zu geleben versprochen vnd zugesagt hatten, davon wir auch nit weychen khundten, mit angehencktem ernstlichem begeren vnd bevelch, wo die jhenige, so also wie obgemelt ausslauffen, hinder vns vnd in vnserm stiefft zu bleyben gedechten, das die selbigen, wie jhe die gotlich billichkeyt erfordert, sich wie andere vnsere hindersessen vnd vnderthanen gehorsamlich halten solten. Vnd wiewol damals von denen, so beschickt gewesen, vnserm landtfaut am Brurhein antwort gefallen, es mocht sein, das sie in andere pfarrgen ausserhalb vnsers stieffts gangen, aber als einfeltig leut gantz nit dafur gehalten, das vns etwas in dem zuwider geschehen, auch vns so viel daran gelegen, vnd dieweyl sie sovil damals erst verstanden, so wolten sie es nit mher thun, fur

die vngenad gebetten vnd das sie sich als gehorsam vnderthan halten wolten, doch niht destoweniger vns glaublich furkhomen, das etlich sollich trewlich warnen, erindern vnd verpiethen, nit allein verachtet vnd zuruck gestelt, sondern auch andern auss dieser vngehorsamen vnd trutzlichen handlung sich zu sollich ausslauffen vnd vngehorsame begeben, also das etlich von wegen solcher irer vngehorsame mit gelt gestrafft vnd doch durch vnsern landtfaut fernher erinderung, verpiethen vnd trawhen beschehen mit genugsamer anzeygung vnd aussfurung, das wir das nit leyden wurden noch khuntten vnd wo sie nachmals gedechten bey vns in gehorsam zu pleyben, das sie sich diess ausslauffens enthalten musten. Nachdem wir nun etlich diser vngehorsamen fur vns khomen lassen, haben wir auss derselben antwort genugsam versten khunen, das dise vngehorsamen vnser gnad vnd guttigkeit missbraucht vnd ire sachen daruff gesetzt, vns dahin zu pringen, das wir vnsers hern vnd vorfarns, auch vnser selbs vnd aigen zusagenn, so der kaiserlichen majestet vnserm aller gnedigsten hern in reychs abschieden beschehen, kein gehorsam noch genugen thun khunten. Vnd dieweyl alles verbitten vnd warhnen vergebenlich vnd sie vns vnderstanden gegen vnser oberkeyt in hohe vngnadt zu pringen, das dan vns keins wegs gelegen, diese vngehorsamkeyt der vnsern also zu gedulden, so vns auch wol bewusst, was veraths hievor vnserm stiefft auss vngehorsame vnd trutz begegnet vnd zugestanden vnd das dergleychen vnrugige gemuether in menschen gedechtnuss zum zweyten mal vnsern stiefft in schweren verath, abfal vnd gefar gefurt, wie dan die selben vrsachen an irem leyb, leben vnd guthern gestrafft weren worden, vnd die vnschuldigen zum theyl der schuldigen entgelten mussen. Zu dem das sich auch in zeyt vnser regirung mit dem widertauff von etlichen vffwicklern gleychfalss zutragen, indem dan wir mit dem schwert vnd eintziehung der gutter vermog des heyligen reychs ordnungen vnsern amptleut handeln mussen lassen, welchen allem dan dise absunderung vnd vngehorsam furnehmen nit vngleich zu achten. Darumb weren wir nit vnbillichen daruber bewegt worden, das wir inen gebiethen lassen, das die, so in solchen vngehorsame verharen, in eigner benampten zeyt all ir narung im stiefft verkauffen vnd dasselbe raumen sollen, das aber vff bitlich anhalten solich zit etlich mal er-

streckt, damit sie desto bass vnd nutzlicher auss vnserm stiefft das ir bringen khunten, were auss solcher gnaden nicht anders gevolgt, dan das sie iren willen erlangt vnd bisshер in dem kein gehorsame geleyst hatten, sondern also vber vnser rhet vilfaltige, trewe ermanung, erinderung vnd gutliche handlung, bisshер vns zu hone, trutz vnd verkleynerung, alles vnverruckt, sitzen blieben. Zu dem das hieneben vns glaublich angelangt, das mitlerzeyt die vngehorsamen sich rottirt vnd schickung hin vnd wider gethan, auch, so vil an innen, vnderstanden haben vns als iren von Got gegeben herren, in vnsere gnedigen herrn vnd geliebte freundt, chur vnd fursten auch andere einzubilden, als wolten wir sie vergwaltigen vnd sie ires vatterlandts verjagen, daran sie doch vns vnrecht vnd als vntrew vnderthanen gethan vnd thun, welches nit allein von denen, so andern herschafften mit dem leyb zugethan, sondern auch denen, so vnser vnd vnsers stieffts leybaygen sindt, auch von Gott in der geistlichkeyt kein andere obrickeyt haben, beschehen sein sol. Darumb wir dan gleychwol mer dan gnugsam vnd vilfaltiglichen verursacht mit disen vngehorsamen, so also vns als iren rechten, naturlichen vnd von Got gegeben obrickeyten irem aygen zusagen vber vnser gnedige gedult, ja auch vber alle treffliche handlung vnd ansuchen, so inen zu gutten furgemalt vnd gesucht worden, noch vff disen tag also zu hochmut, trutz vnd verkleynerung in solcher vngehorsam verharren vnd vnverruckt sitzen pleiben, alles nach der streng zu handlen vnd gegen inen furzunemen, das vns alle naturliche keyserliche vnd gotliche recht zu geben vnd zu lassen, weren auch des also gegen inen gestrenglich furzunemen desto vnbeschwerter, damit ander sich zu spigeln haben mochten. Dieweyl wir aber gnediglich erwogen, das vnder disen vngehorsamen vffwiglern vnd vnrugigen gemuethern vil junge, vnverstendige, auch vnerfarne personen man vnd weyblichs geschlechts sein, so zu dieser vngehorsamen verstockung mehr angereitzt vnd gesterckt, dan gepurlich vnderwisen vnd also durch soliche vngehorsame leut verfurt worden, so wollen wir die straff, so vns wider solchē bisher vngehorsamen von allen rechten gepurt, biss vff fernher erkhundigung dissmal auss gnaden anstellen, doch dermassen, das wir vns einen namhaften abtragk von disen vngehorsamen hiermit ausstrucklich vorbehalten haben wollen. Damit dan ferners wir nicht desto

siegel. Geben in vnnser vnnd des reichs statt Regenspurg am andern tag des monats julii nach Christi vnnsers lieben herrn gepurdt funffzehen hundert vnnd im sechs vnnd viertzigsten, vnnsers kaiserthumbs im sechs vnnd zwantzigsten vnnd vnnserer reiche im ein vnnd dreissigsten jare. Carolus. Vt. Otto, card. August. Vt. Naves. Ad mandatum caesareae et catholicae majestatis proprium. J. H. Obernburger.

---

295. *Johann abt zu Hornbuch ernennt den Amand Schuster zum stiftsherren daselbst.* 1546 *aug.* 11.

Nos Joannes de Kinthausen, Dei et apostolicae sedis gratia abbas coenobii sancti Pirminii Hornbacensis, ordinis sancti Benedicti, Metensis dioecesis, dilecto nobis in Christo confratri, nec non conventuali nostro, domino Reinhardo de Altorff, dicto Wolschlager, salutem in Domino optamus sempiternam. Cum itaque pro parte nobis in Christo dilecti Amandi Sutoris de Hornbaco, clerici ejusdem Metensis dioecesis, supplicatum extitit, ut canonicatum seu praebendam in ecclesia nostra sancti Fabiani in Hornbach, ob mortem venerabilis domini Joannis, praefecti de Hornbach, presbyteri ejusdem dioecesis et novissimi possessoris vacantem, conferre dignaremur: nos autem attendentes ejus idoneitatem aliaque virtutum merita, praedicto Amando praefatum canonicatum seu praebendam sic vacantem in Dei nomine contulimus et per praesentes conferimus, eundem super eadem per annuli nostri traditionem investimus et investivimus per praesentes. Mandamus itaque vobis omnibus et singulis, ut eum in corporalem, realem et actualem possessionem inducatis, stallum in choro et locum in capitulo assignetis, sibique de redditibus et proventibus ad eum de jure spectantibus respondeatis et responderi faciatis, recepto ab eodem primitus debito et solito juramento juxta statuta et consuetudines ecclesiae nostrae praedictae. In quorum omnium et singulorum testimonium hasce literas nostro sub abbatiali sigillo inferius subimpresso communiri duximus. Anno virginis partus millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, die vero undecima mensis augusti.

---

296. *Philipp II. bischof zu Speyer ernennt den domscholaster Daniel Brendel von Homburg zum Speyerer stuhlbruderprobst. Udenheim,* 1546 *sept.* 4.

Von Gots gnaden, wir Philips, bischove zu Speir vnd probst zu Weissenburg etc. Bekennen vnd thun kundt offenbare meniglich. Nachdem durch todtlichen abgang weyland des wurdigen, vnsers lieben andechtigen herrn Symon von Liebenstein, dhombhern vnd probst zu sant German, auch der bruder probst in vnserm dhombstiefft zu Speir dieselbe probstey ledig worden vnd an vns als collatoren heimgefallen vnd weythers zu verleyhen zustet, das wir dieselbig stulbruder probstey auss sondern gnaden dem wurdigen, vnserm lieben andechtigen hern Daniel Brendel von Homberg, scholaster vnsers dhombstieffts zu Speir, mit allen seinen rechten vnd gerechtigkeiten vnd wie die obgedachter herr Symon von Liebenstein seliger ingehapt vnd genossen, geliehen haben. Leyhen ime die auch in vnd mit krafft dis brieffs also vnd der gestalt, das er gemelter probstey getrewlichen vor, auch darob vnd daran sein solle, das vnser stulbruder vnser ordnung vnd dem, so sie zu thun schuldigk vnd pflichtig, getrewlich nachkomen, doch vns vnd vnsern nachkomen bischoven hierin vorbehalten, wo vber kurtz oder lang, auch wie offt vnd dick der stulbruder pfrundt eine oder mehr vaciren vnd ledig wurt, das wir oder vnser nachkomen dieselbig jederzeit zu verleihen haben. Vnd hierauff soll obgenanter her Daniel von vnsert wegen vnd in vnserm namen dem wurdigen, hochgelerten, vnserm lieben andechtigen hern Jergen Mosspach, vnserm vicarien in der geistlichkeit vnd dechant zu sant German, gewonliche pflicht thun, solche probstey getrewlichen, vermoge der stulbruder ordnung vnd wie obstet, zu verwalten, sonder argelist vnd alle geverde. Zu vrkundt haben wir ime diesen brieff mit vnserm zu ruck vfgetruckten secret insigel verfertigt zustellen lassen. Der geben ist zu Udenheim sampstags nach Egidii, anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

---

297. *Carl V. kaiser giebt einen gebotsbrief, den bischof Philipp II. zu Speyer in der bestrafung der geistlichen nicht zu behindern. Speyer,* 1548 *sept.* 1.

Wir Carl der funfft von Gottes gnaden Romischer kayser etc. emtpieten allen vnd yeglichen weltlichen churfursten,

fursten, graven etc. vnd sonst allen andern vnsern vnd des reichs vnderthanen vnd getrewen, in was wurden, stands oder wesens die sein, so mit diesem vnserm brief ersucht vnd ermant werden, vnser gnad vnd alles guts etc. Vns hatt der erwurdig Philips, bischof zu Speier vnd probst zu Weissenburg, vnser furst, rhat vnd lieber andechtiger furbracht, wiewol in baiden gaistlichen vnd weltlichen rechten, loblich vnd hailsam fursehen, das die straff der vbertrettenen gaistlichen personen iren bischoven zusteen sollen, denen auch auferlegt, mit bestem fleiss die zucht der gaistlichen zu suchen vnd darob zu halten. Damit auch inen nit verhinderung ann dem beschehen moge, das durch die privilegia, concilia loblichen geordnet vnd versehen, das die bischof bey irer cathedral kirchen den angriff, enthaltung vnd gefencknus haben vnd volgends dieselben strafbaren personen nach gelegenhait, ferrer verwarnus von dannen zu inen vnverhindert pringen mochten, das auch nochmals bey vielen bischofen in vbung were, wie dan sein andacht zu Speyer in seinem bischoflichen hoff, die pfaltz genannt, ainen solchen gebrauchten gefencknuss guete, vnverserte antzeig hette. So solle sich aber diesem allem zuwider bey kurtz verschinen jaren zutragen haben, das seiner andacht in derselben bischoflichen crisam gegen den gaistlichen strafbaren personen von den weltlichen obrigkeiten allerhanndt beschwerlicher eintrage vnd verhinderung beschehen, auch etlich vnder inen fur sich selbs in verdachten vbeln seiner andacht gaistlichen mit der that angriffen vnd gestrafft, das doch inen vermog der rechten nit zustuende, auch in dem angriff in die pene der rechten aussersalb etlicher engen feelen, wie die im rechten versehen, mit der that gefallen weren vnd noch fiellen, zu dem, das solches zu aufhalt vnd verhinderung, gebuerlicher vnd ordentlicher straff, auch zu allerhandt vnrath vrsach gebe — vnd vns darauf demuetiglich angeruffen vnd gepetten, dieweil neben baiden gaistlichen vnd weltlichen rechten, vnsere jungst zu Augspurg ausganngne reformation die bischof auch insonderheit ermante, vber die zucht der gaistlichen zu halten, zu reformiren vnd das vbel zu straffen, das wir ine bei solchen gaistlichen vnd weltlichen beschrieben rechten, vnserer kaiserlichen reformation vnd seiner vnd seiner stifft ober vnd gerechtigkeit zu hanndthaben, schutzen vnd zu beschirmen gnedigelich geruchten. Dieweil wir dann seiner andacht pitte vnd begern an ime

selbs zimlich vnd pillich befinden vnd nach vermog der rechten kain weltliche obrigkait in obertzelten straffbarn handlungen der gaistlichen verhinderung thun soll, demnach gepieten wir auch allen vnd ainem yeden in sonders von Romischer kaiserlicher macht, bey vermeidung vnser vnd des reichs schweren vngnad vnd straff vnd darzu einer pene, nemblich zwantzig marckh lotigs goldes, vns halb in vnser vnd dess reichs camer vnd den andern halben theil obgemeltem vnserm fursten vnd rhat Philipsen, bischoven zu Speier vnd probst zu Weissenburg, vnd seinen nachkomen vnablasslich zu bezalen, ernstlich mit disem brief vnd wollen, das ir gemelten vnsern fursten, bischof Philpsen, seinen vicarien in gaistlichen sachen oder bevelchaber hinfuran im angriff seiner geistlichen seines crisams so aines vbels verdacht in ainichem weg nit verhindert, sonnder auf seine vnd der seinen anrueffen zu ainer jeden zeit alle guete hilff vnd beystanndt beweiset, damit sie hinfuran vnverhindert ainiches standts den angriff vber die gaistlichen in seinem crisam haben vnd behalten mogen vnd euch in dem allem gehorsamlich vnd nit anders ertzaiget, als lieb euch allen vnd ainem yeden sey, obberurte straff vnd pene zu vermeiden, das maynen wir ernstlich. Geben vnder vnserm aufgedruckten innsigel in vnser vnd des reichs stat Speyer am ersten tag des monats septembris nach Christi gepurde funffzehen hundert vnd im acht vnd vierzigsten, vnsers keyserthumbs im acht vnd zwanzigsten vnd vnserer reiche im drey vnd dreyssigsten jare. Carolus. Vt. Asperrenot. Ad mandatum caesareae catholicae majestatis proprium. J. Obernburger.

---

298. *Philipp II. bischof zu Speyer erhält von den päbstlichen legaten in Deutschland für die wiedergewinnung der neugläubigen besondere vollmachten. Brüssel,* 1549 *mai* 26.

Petrus Dei et apostolicae sedis gratia Fanensis, Aloysius Veronensis ac Sebastianus Ferrentinus episcopi, sanctissimi domini nostri Pauli, papae tertii, ac sanctae sedis apostolicae per totam Germaniam nuntii ad infrascripta specialiter deputati, reverendo in Christo patri, Philippo episcopo Spirensi, salutem in Domino et in commissis diligentiam debitam, nostrisque hujusmodi, imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveris, quod nuper sanctissimus dominus noster, dominus Paulus, divina providentia, papa tertius, ad instan-

tiam et requisitionem caesareae majestatis, tam suo, quam omnium sacri imperii ordinum nomine, nos suos et sanctae sedis apostolicae nuntios, pro reductione nonnullorum populorum Germanicae nationis, qui ab unione ecclesiae se separaverant, in Germaniam, cum infrascriptis facultatibus pro receptione eorum, qui ad gremium ecclesiae redire cupiunt, ad honorem Dei, augmentum fidei et salutem animarum et, ut latius in literis ejusdem sanctissimi domini nostri papae sub plumbo expeditis, sub data Romae apud sanctum Marcum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, pridie kalendas novembris, pontificatus sui anno decimo quarto continetur, deputavit et destinavit, quarum tenor talis est: Paulus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Petro Fanensi, Aloysio Veronensi ac Sebastiano Ferentinensi episcopis, nostris et apostolicae sedis nuntiis, salutem et apostolicam benedictionem. Benedictus Deus et pater domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, pro innumeris nos curis circumseptos in hac procuratione universalis ecclesiae, quae nobis ab illius divina providentia est commendata, ea parte nos consolari coepit, qua major dolor urgebat et majus periculum, nisi divina benignitate remedium aliquod adhiberetur, eidem ecclesiae eminebat. Quid enim magis dolendum fuerat ecclesiae, cujus exordium ab unitate proficiscitur et quam Spiritus sanctus ex persona ejusdem Christi domini unam esse designavit, dicens: una est columba mea, perfecta mea et nobis in ejus ministerio, tanquam pro omnibus rationem reddituri versamur, quam plures, qui Christi vestimenta susceperunt, a caeterorum communione suspensos videre, qui, cum nec divisum Christum possent confringere, nec ecclesiam, quae Christi corpus est, in duo vel plura dividere, ipsam ecclesiam, sicque indicissam Domini tunicam et desuper contemptam per frustra discerpere niterentur, quam nos et omnes principes catholicos, qui ecclesiae statum salvum et tranquillum cupimus, majore dolore affecit, qui nunquam intermittentes ecclesiae pacem procurare, tantum aberat, ut quidquid proficeremus, quam etiam omnia in dies labi in deterius experiebamur. In hoc vero eorum statu et ecclesiae periculo, cum maxime affligeremur, illa nos spe primum sustentabamur, quam Domini verba in omni ecclesiae perturbatione nos habere jubent, qui futuros graves sathanae contra ecclesiam

tumultus praedicens, remedium simul et qualis futurus esset eventus, demonstravit, cum ad primos ejus pastores verba faciens dixit: Sathan expedivit, ut vobis cribraret tanquam triticum et statim converso ad Petrum sermone ait: Ego autem pro te, Petre, oravi, ut non deficiat fides tua. In hoc significans fidem Petri ejus oratione confirmatam, illam futuram, quae triticum ecclesiae contra omnes sathanae tumultus conservaret, qui non alium exitum habituri essent praeter eum, qui cribrando verbo est significatus, ut ecclesia purgatior nunc a sathana agitaretur, fieret et Petri fides, dum perpurgatum erat, conservaret, redderetur illustrior ad ejus gloriam, qui pro eo oravit. Hac igitur spe cum nos primum consolaremur, tum vero in ea magis sumus confirmati, postquam concilii oecumenici necessarium et consuetum sedis apostolicae remedium ad purganda omnia, quae sathanae malitia in dogmatibus vel in moribus ecclesiam invaserant mala, adhibuimus, cujus quidem fructus, cum in aliis provinciis statim appareret idem quoque, ut in nobilissima et latissima Germaniae provincia fieret notus omnibus, a Deo optimo maximo sperabamus, quam variis ac plurimis in religione dissentionibus et controversiis jam (per) multos annos prae caeteris christianis provinciis magno cum animi nostri dolore agitari vidimus. Cumque ob id etiam christianissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum imperator semper augustus, postulaverit, ut legatos nostros in eam provinciam mitteremus, qui pro hujusmodi dissentionibus et controversiis sedandis praesentaneam aliquam curationem afferrent: nos, qui hoc illi provinciae maxime salutare et ad restituendam ecclesiae pacem admodum validum et potens remedium esse speramus ac certo nobis persuademur brevi gloriam Dei in ipsius Germaniae unanimitate ac ecclesiae obedientia et unitate visuros, habita super iis cum venerabilibus fratribus nostris, sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, matura deliberatione, de eorum consilio et assensu fraternitates vestras, de quarum pietate, doctrina et providentia plurimum in Domino confidimus, in Germaniam mittendas duximus. Primum quidem, ut illis, quorum Deus corda tetigerit ad fidei catholicae unitatem redire, declaretis ob paternum nostrum, quem erga illos animum gerimus, nos non tantum promptos esse omni paterna indulgentia et charitate eos benigne amplecti, sed quoad nos attinet, pro ea potestate, quam a Deo patre misericordiarum per sanguinem filii sui partam habemus, nulla in re restric-

tos aut difficiles futuros ad eis indulgendum, modo non leges dare, sed accipere velint, praesertim quas acceptas a majoribus nostris ipse Dominus omnium et ecclesiae consensus illis et nobis servandas dedit. His itaque et hujusmodi monitionibus animos illorum in obedientia et caeterorum communione, quam veram, nisi in unitate constat, esse non posset, omni vestra diligentia confirmabitis et hoc cum illis vobis agendum et haec summa mandatorum vestrorum erit, ut in illorum animis pulchritudinem et sanctitatem veteris disciplinae, qua maxime sponsa Christi ornatur, omni meliori ratione inseratis. Quodsi post adhibitam omnem salutarem admonitionem juxta vestram conscientiam absque publico scandalo quaedam de antiquae disciplinae severitate remittenda esse judicaveritis, quibus in rebus fieri possit, facultates, quas vobis per praesentes concedimus et praescribimus, extra quas progredi vobis non licebit, declarabunt. De similibus igitur consilio et assensu ac apostolicae potestatis plenitudine vobis et nunc consensu reliquorum duorum cuilibet vestrum, seu si unus ex vobis legitimo impedimento detentus interesse non poterit, caeteris duobus solis omnes et singulas utriusque sexus tam laicas quam ecclesiasticas, saeculares et quorumvis ordinum regulares personas, in quibusvis etiam sacris ordinibus constitutas, cujuscunque status, gradus, conditionis et qualitatis existant, ac quacunque ecclesiastica, etiam episcopali, archiepiscopali et patriarchali, aut mundana etiam marchionali, ducali aut regia dignitate praefulgeant, etiam si capitulum, collegium, universitas seu communitas fuerint, quarumcunque haeresum aut novarum sectarum professores, aut in eis culpabiles vel suspectas ac credentes, acceptatores et fautores eorum, etiam si relapsae fuerint, eorum errores recognoscentes et de illis dolentes et ad orthodoxam fidem recipi humiliter postulantes, cognita in eis vera et non ficta aut simulata poenitentia, ab omnibus et singulis per eos perpetratis haereses et ab eadem fide apostasias, blasphemias et alios quoscunque errores, etiam sub generali sermone non venientes, sapientibus peccatis, criminibus, excessibus et delictis, nec non excommunicationum, suspensionum, interdictionum et aliis ecclesiasticis ac temporalibus, etiam corporis afflictivis ac capitalibus sententiis, censuris et poenis, in eos praemissorum occasione a jure vel ab homine latis et promulgatis, etiam si in eis triginta et pluribus annis insorduerint et eorum absolutio nobis et dictae sedi etiam per literas in die

coenae Domini legi consuetas reservata existat, quorum omnium qualitates et circumstantias praesentibus haberi volumus pro expressis, in utroque conscientiae videlicet et contentioso foro plenarie, ita ut super hujusmodi criminibus, excessibus et delictis per eos usque ad diem absolutionis et liberationis desuper faciendarum commissis, nullatenus inquiri, accusari, denuntiari aut molestari possint, absolvendi et liberandi et aliorum Christi fidelium consortio aggregandi, nec non eis super irregularitate per eos praemissorum occasione etiam, quia sic ligati missas et alia divina officia etiam contra ritus et ceremonias ab ecclesia hactenus probatas et usitatas celebraverint aut illis alias se immiscuerint, contracta, nec non bigamia per eosdem clericos saeculares vel regulares vere aut ficte seu alias qualitercunque incursa, etiam si ex eo, quod iidem clerici in sacris constituti cum viduis vel alias corruptis matrimonium de facto contraxerint, praetendatur, quodque bigamia et irregularitate ac aliis praemissis non obstantibus in eorum ordinibus, dummodo ante eorum lapsum in haeresim hujusmodi rite et legitime promoti vel ordinati fuerint, etiam in altarium ministerio ministrare et quaecunque et qualiacunque etiam curata beneficia saecularia vel regularia, ut prius, dummodo super eis alteri jus quaesitum non existat, retinere et non promoti, ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines ab eorum ordinariis, si digni et idonei reperti fuerint, promovere ac beneficia ecclesiastica, si eis alias canonice conferantur, recipere et retinere valeant, dispensandi et indulgendi ac omnem inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, ex praemissis quomodolibet insurgentem, penitus et omnino abolendi, nec non ad pristinos honores, dignitates, famam et patriam ac bona etiam confiscata in pristinumque et eum, in quo ante praemissa quomodolibet erant statum, ita ut omnibus et singulis gratiis, privilegiis, favoribus et indultis, quibus caeteri Christi fideles gaudent et gaudere quomodolibet possunt, uti et gaudere valeant in omnibus et per omnia perinde, ac si a fide catholica in aliquocunque defecissent, restituendi, recipiendi et reintegrandi ac eis, dummodo corde contriti eorum errata et excessus alicui per eos eligendo catholico confessori sacramentaliter confiteantur ac poenitentiam salutarem, eis per ipsum confessorem propterea injungendam, omnino adimpleant, omnem publicam confessionem, abjurationem, renuntiationem, purgationem et poenitentiam jure debitam arbitrio vestro mode-

Digitized by Google

randi vel in totum remittendi, nec non communitates et universitates et singulares personas quascunque a quibusvis illicitis pactionibus et conventionibus, per eos cum dictis aberrantibus seu in eorum favorem quomodolibet initis et eis praestitis juramentis et homagiis illorumque omnium observatione et si quem hactenus eorum occasione incurrerint perjurii reatu, etiam absolvendi et juramenta ipsa relaxandi ac quoscunque regulares et religiosos, etiam in haeresim hujusmodi, ut praefertur, lapsos, extra eorum regularia loca, absque dictae sedis licentia vagantes, apostasiae reatu et excommunicationis aliisque censuris et poenis ecclesiasticis, per eos propterea etiam juxta suorum ordinum instituta incursis, pariter absolvendi ac cum eis ut alicui beneficio ecclesiastico curato de illud obtinentis consensu, etiam in habitu clerici saecularis habitum suum regularem sub honesta toga presbyteri saecularis deferendo, deservire et extra eadem regularia loca remanere libere et licite possint, dispensandi. Nec non quibusvis personis etiam ecclesiasticis, ut quadragesimalibus et aliis anni temporibus et diebus, quibus esus ovorum et carnium est de jure prohibitus, butyro, caseo ac aliis lacticiniis et dictis ovis et carnibus de utriusque seu alterius spiritualis, qui catholicus existat, medici consilio, aut si locorum et personarum qualitate inspecta ex defectu piscium aut olei vel in dispositione personarum earundem seu alia causa legitima, id vobis faciendum esse videbitur, vestro arbitrio, uti et vesci possint, indulgendi et concedendi. Nec non feriarum numerum juxta Lugdunense concilium, seu alias arbitrio vestro, dummodo singuli dies dominici et nativitatis ac resurrectionis dominicae et pentecostes cum duabus illarum singulas immediate sequentibus diebus, nec non ascensionis etiam dominicae et corporis Christi ac circumscisionis et epiphaniae, nec non purificationis et assumptionis ac nativitatis beatae Mariae et sancti Johannis baptistae, nec non singulorum apostolorum et evangelistarum ac celebritates omnium sanctorum festivitates sanctificentur, minuendi et reducendi. Praeterea iis, qui hactenus contra statutum ecclesiae communionem sub utraque specie sumere praesumpserint, si, ut id eis concedatur, humiliter devotionis causa petierint, sublatis a se antea singulis erroribus et haeresibus, vestigiis patrum et concilio Constantiensi tunc existentium ac aliquorum praedecessorum nostrorum inhaerendo, facta prius per eos confessione in ecclesia coram catholico sacerdote

tempore sumptionis sacrae eucharistiae, tantum sub una, quantum sub utraque specierum, videlicet Christi domini nostri et integrum corpus contineri, catholicamque ecclesiam non errare, quae sacerdotibus celebrantibus duntaxat exceptis, caeteros laicos atque clericos sub una tantum panis specie communicare statuit, sub utraque specie, ut praefertur, ad eorum vitam vel ad tempus, de quo vobis videbitur, communicare valeant, separatim tamen loco et tempore ab ea, quae juxta statutum ecclesiae hujusmodi sub una tantum specie datur, etiam concedendi et indulgendi. Insuper quaecunque beneficia ecclesiastica, tam saecularia, quam regularia, etiam quae per rectores catholicos possidentur, de ipsorum tamen catholicorum rectorum consensu seu absque eorum praejudicio cuicunque alteri beneficio ecclesiastico ob ejus fructuum tenuitatem aut hospitali jam erecto vel erigendo, seu studio universali vel scolis literariis uniendi, annectendi et incorporandi, aut fructus, redditus et proventus seu bona eorundem beneficiorum dividendi, separandi et dismembrandi ac eorum sic divisorum, separatorum et dismembratorum partem aliis beneficiis seu hospitalibus vel studiis aut scolis seu piis usibus similiter arbitrio vestro perpetuo applicandi et appropriandi ac cum possessoribus bonorum ecclesiasticorum restitutis, imprimis immobilibus per eos indebite detentis, super fructibus male perceptis ac bonis mobilibus consumptis, concordandi et transigendi ac eos desuper liberandi ac quietandi ac quidquid ex concordiis et transactionibus hujusmodi pervenerit, in ecclesiae, cujus erunt bona, vel in alios pios tantum usus convertendi, omniaque et singula alia, quae in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna esse cognoveritis, faciendi, dicendi, gerendi et exercendi. Nec non contradictores quoslibet et rebelles ac vobis in praemissis non parentes, per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas ac quaecunque alia juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendi et legitimis super iis habendis semotis processibus, sententias, censuras et poenas hujusmodi etiam iteratis vicibus aggravandi ac auxilium brachii saecularis, si opus fuerit, invocandi. Nec non per vos omnes insimul catholicos locorum ordinarios aut alias personas Deum timentes, fide insignes et literarum scientia praeditos, ac gravitate morum conspicuos et aetate venerandos, de quorum probitate et circumspectione ac charitatis zelo plena fiducia concipi possit, ad praemissa omnia cum simili aut limitata potestate ac unione beneficiorum seu

eorum fructuum et bonorum separatione et applicatione ac concordia cum possessoribus bonorum ecclesiasticorum et eorum liberatione duntaxat exceptis, substituendi et subdelegandi, plenam et liberam apostolica auctoritate tenore praesentium ex certa scientia concedimus facultatem et potestatem, decernentes omnia et singula per vos seu a vobis pro tempore substitutos et subdelegatos vigore praesentium et illarum forma servata, alias rite et certe pro tempore facta et gesta, valida et efficacia fore suosque effectus sortiri ac ab omnibus inviolabiliter observari debere, nec ea aut praesentes literas de surreptionis aut abreptionis vilis seu intentionis defectu notari vel impugnari posse. Sicque in praemissis omnibus et singulis per quoscunque judices et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores in quavis causa et instantia sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et auctoritate et facultate interpretandi, judicari et diffiniri debere, ac si secus super hiis a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, irritum et inane, non obstantibus quibusvis apostolicis, ac in provincialibus, synodalibus et generalibus conciliis, edictis specialibus vel generalibus, constitutionibus et ordinationibus etiam pluries emanatis, ac in corpore juris clausis et quibusvis literis, per nos et praedecessores nostros ac dictam sedem cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis aliisque efficatioribus clausulis et decretis concessis et emanatis ac innovatis, nec non quarumcumvis etiam cathedralium et metropolitanarum ac collegiatarum ecclesiarum, nec non monasteriorum et aliorum regularium locorum quorumlibet et quorumcunque ordinum, juramentorum confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione expressa, specifica et individua mentio habenda esset, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus gratiis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod ii, qui per vos aut substitutos vel subdelegatos vestros vigore praesentium quovis modo absoluti fuerint, si eis per vos aut

substitutos et subdelegatos praedictos specialis poenitentia injuncta non fuerit, poenitentiam per catholicum confessorem, quem duxerint eligendum pro praemissis, eis injungendam adimplere omnino teneantur, alioquin absolutiones illis pro tempore concessae eis minime suffragentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis, decreti, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Marcum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, pridie kalendas septembris, pontificatus nostri anno decimo quarto. Signat. R. de sancti Barsal. — Nos igitur mandatis apostolicis obedire volentes, quam primum nobis oblata fuit occasio, ad provinciam Germaniae pro praemissorum executione et ad caesaream majestatem, ut de modo executionis praemissarum facultatum ageremus, accessimus, cognoscentes autem difficile admodum et fere impossibile esse, ut nos in omnibus locis, in quibus usus dictarum facultatum necessarius est, personaliter interesse possimus, nobisque propterea ad substitutionis remedium necessario deveniendum esse, te, de cujus pietate, religione, integritate vitae, gravitate morum et literarum scientia plurimum in Domino confidimus, juxta facultatem nobis concessam vigore clausulae in dictis literis contentae, quae incipit: „Nec non per vos omnes insimul catholicos“ et caetera, ad infrascripta specialiter subsistimus et subrogamus ac tibi vices nostras concedimus. Inprimis, ut omnes et singulas utriusque sexus, tam laicas, quam ecclesiasticas, saeculares et quorumvis ordinum regulares personas, in quibuscunque sacris etiam ordinibus constitutas, cujuscunque status, gradus, conditionis et qualitatis existant, etiam si ducali, marchionali aut alia quacunque majori vel minori praefulgeant dignitate, archiepiscopis, episcopis, abbatibus ac cathedralium et collegiatarum ecclesiarum praepositis, jurisdictionem habentibus, nec non illis, qui bona ecclesiarum aut aliorum piorum locorum occuparunt sive occupata detinent, restitutione non facta, duntaxat exceptis, quos nobis specialiter reservamus, quarumcunque haeresum aut novarum sectarum professores aut in eis culpabiles vel suspectas ac credentes, receptores et fautores eorum, etiam si relapsae fuerint, suos errores tamen recognoscentes et de illis dolentes et ad orthodoxam

fidem redire postulantes, cognita in eis vera et non ficta aut simulata poenitentia, ab omnibus et singulis per eos perpetratis haereses et ab eadem fide apostasias, blasphemias et alios quoscunque errores, etiam sub generali sermone non venientes, sapientibus peccatis, criminibus, excessibus et delictis, nec non excommunicationum, suspensionum, interdictionum et aliis ecclesiasticis ac temporalibus etiam corporis afflictivis et capitalibus sententiis, censuris et poenis in eos praemissorum occasione a jure vel ab homine latis et promulgatis, etiam si in eis triginta et pluribus annis insonduerint et etiam absolutio sanctissimo Domino nostro et sedi apostolicae etiam per literas, in die coenae Domini legi consuetas, specialiter reservata existat, quorum omnium qualitates et circumstantias praesentibus volumus haberi pro expressis, in utraque conscientiae videlicet et contentioso foro, ita ut super hujusmodi criminibus, excessibus et delictis, usque ad diem absolutionis et liberationis desuper faciendarum per eos commissis, nullatenus inquiri, accusari, denuntiari aut molestari possent, absolvere et liberare ac aliorum Christi fidelium consortio aggregare. Nec non cum eis super irregularitate, per eos praemissorum occasione et quia sic ligati missas et alia divina officia etiam contra ritus et ceremonias hactenus ab ecclesia probatos et usitatos celebrarint aut alias se immiscuerint, contracta, nec non bigamia per eosdem clericos saeculares vel regulares, vere aut ficte seu alias qualitercunque incursa, etiam sic ex eo, quod iidem clerici in sacris constituti cum viduis vel alias corruptis matrimonium de facto contraxerint, praetendatur quodque bigamia et irregularitate ac aliis praemissis non obstantibus, in eorum ordinibus, dummodo ante eorum lapsum in haeresim hujusmodi rite et legitime promoti et ordinati fuerint, etiam in altaris ministerio ministrare et quaecunque et qualiacunque etiam curata beneficia saecularia vel regularia, ut prius, dummodo super eis alteri jus quaesitum non existat, retinere et non promoti ad omnes etiam sacros presbyteratus ordines ab eorum ordinariis, si digni et idonei reperti fuerint, promoveri ac beneficia ecclesiastica, si eis alias canonice conferantur, recipere et retinere valeant, rejectis et expulsis tamen prius uxoribus sic de facto sibi conjunctis et copulatis, dispensare et indulgere ac omnem inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, ex praemissis quomodolibet insurgentem, penitus et omnino abolere, nec non ad pristinos honores, dignitates,

famam et patriam et bona etiam confiscata in pristinum et in eum, in quo ante praemissa erant, statum, ita ut omnibus et singulis gratiis, privilegiis, favoribus et indultis, quibus caeteri Christi fideles gaudent et gaudere quomodolibet possunt, uti et gaudere valeant in omnibus et per omnia, ac si a fide catholica in aliquo non defecissent, restituere et reponere ac reintegrare et eis, dummodo corde contriti eorum errata et excessus alicui per se eligendo catholico confessori sacramentaliter confiteantur et poenitentiam salutarem, eis per ipsum confessorem propterea injungendam, omnino adimpleant, omnem publicam confessionem, abjurationem, renuntiationem, purgationem et poenitentiam jure debitam arbitrio tuo moderare, adhibita tamen per te moderatione, ut clerici saeculares vel regulares, qui per te absoluti et restituti fuerint, per aliquot tempus arbitrio tuo juxta necessitatem locorum praefigendum apud aliquam aedem sacram vel monasterium aut locum alium idoneum sequestrati a ministerio altaris abstineant, quascunque etiam personas a quibusvis illicitis pactionibus aut conventionibus per eos cum dictis aberrantibus seu in eorum favorem quomodolibet initis et eis praestitis juramentis et homagiis illorumque omnium observatione et si quem hactenus eorumque occasione juraverint perjurii reatum, etiam absolvere et juramenta ipsa relaxare ac quoscunque regulares et religiosos, etiam in haeresim hujusmodi, ut praefertur, lapsos, extra eorum regularia loca absque dictae sedis licentia vagantes, ab apostasiae reatu et excommunicationis aliisque censuris et poenis ecclesiasticis, per eos propterea etiam juxta suorum ordinum statuta incursis, pariter absolvere ac cum eis, ut alicui beneficio ecclesiastico etiam curato de illud obtinentis consensu etiam in habitu clerici saecularis habitum suum regularem sub honesta toga presbyteri saecularis deferendo, deservire et extra eadem regularia loca remanere, libere et licite possint dispensare. Nec non quibusvis personis, etiam ecclesiasticis, ut quadragesimalibus et aliis temporibus et diebus, quibus esus ovorum et carnium est de jure prohibitus, butyro, caseo et aliis lacticiniis ac dictis ovis et carnibus, de consilio tamen utriusque seu saltem spiritualis per te eligendi, qui catholicus existat, medici consilio aut alia legitima causa subsistente eaque tantum durante, uti et vesci possint, indulgere. Nec non cum hiis, qui hactenus contra statutum ecclesiae communionem sub utraque specie sumere praesumpserunt, si

aliter ad gremium ecclesiae reduci non possint, ad tempus, de quo tibi videbitur, saluti animarum eorum expedire, non tamen ultra determinationem, quae desuper per oecumenicum legitimumque concilium fieri contigerit, in caeteris tamen juxta formam et tenorem praeinsertarum literarum, dispensare et cum eis, ut communionem sub utraque specie recipere possint, indulgere possis et valeas. Notificantes nichilominus per te ad dispensationem hujusmodi communionis sub utraque specie et esus carnium ac aliorum, nisi cum magna maturitate ac cum evidenti ecclesiae utilitate et animarum salute deveniendum esse, super quibus et omnibus aliis praemissis conscientiam tuam oneramus. Volumus autem et expresse inhibemus, ut nec per te seu ministros tuos, mediate vel immediate, aliquid quovis colore, etiam chartae vel sigilli seu laboris alicujus ministri seu notarii aut alias quomodolibet recipiatur, cum haec omnia gratis concedenda sint et concedi mandamus. In quibus si, ut speramus, te solertem, vigilantem ac, ut tuum decet negotium, probum et integrum exhibueris, apud sanctitatem suam, caesaream majestatem ac catholicos omnes laudem magnam et gloriam consequeris et a Deo optimo maximo aeternae beatitudinis retributionem sperare poteris. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praesentes literas nostras fieri et per notarium nostrum subscribi sigillorumque nostrorum impressione muniri mandavimus. Datum et actum Bruxellae, Cameracensis dioecesis, sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono, indictione septima, septimo kalendas junii, pontificatus praelibati sanctissimi domini nostri, domini Pauli papae tertii anno decimo quinto, praesentibus ibidem discretis viris, Adriano, Juliano et Lazaro Branconio, clericis Pisavejensis et Januensis dioecesis, testibus ad praemissa vocatis, habitis atque rogatis. — Et ego Nicolaus Divel, clericus Coloniensis dioecesis, publicus apostolica auctoritate, nec non sacri oecumenici et generalis concilii notarius, quia praedictae substitutioni, potestatis dationi aliisque commissis praesens interfui, ideo suprascriptum substitutionis publicum instrumentum confeci, subscripsi et una cum praefatorum reverendissimorum dominorum nuntiorum sigillorum impressione publicavi, in fidem praemissorum omnium rogatus.

299. *Philipp II. bischof zu Speyer bezeugt dem Michael Gill, probst zu Neuhausen, die rechtgläubigkeit. Speyer,* 1549 *oct.* 9.

Nos Dei gratia Philippus episcopus Spirensis ac praepositus Weissenburgensis recognoscimus et ad universorum, quorum interest, notitiam deducimus, quod venerabilis nobis in Christo dilectus Michael Gillius, praepositus regalis ecclesiae sancti Cyriaci in Neuhausen, prope et extra muros Wormatienses, nunc in civitate nostra Spirensi moram trahens, nobis proponi curavit, quod licet praeter id et absque eo sit, quod nunquam in animum induxerit, aliter credere, quam sancta mater Romana et catholica ecclesia ejusque primates sacri pontifices, neque etiam in posterum Deo adjuvante credere intendat, nichilominus tamen sibi relatum fore et ad ejus notitiam devenisse, quod a reverendissimo in Christo patre ac domino, domino episcopo Pampilonensi moderno, de ejus fide et religione, fortassis ob id, ex quo in Germania haereses hucusque quam plurime suppullularunt, dubitetur et ob hoc, ut praedictus reverendissimus dominus episcopus, qui sibi conquerenti pensionarius annue existit, de fide sua certificari valeat, praefatusque dominus praepositus faciliorem illius pensionis solutionem assequi possit, nobis humiliter supplicari fecit, quatenus eidem super hoc testimonium auctoritate nostra gratiose impartiri et concedere dignaremur. Nos igitur supplicationi hujusmodi tanquam juri et rationi consonae favorabiliter annuere volentes, quique ipsum supplicantem, cujus personae notitiam dudum contraximus ex eo, quod et nos certam eidem pensionem super fructibus mensae nostrae episcopalis reservatam annue persolvimus, bonum et verum sacrae, catholicae et orthodoxae ecclesiae alumnum, nulla haereticae pravitatis macula conspersum, semper reputavimus, tenuimus et habuimus, ab omnibusque ejus notitiam habentibus pro tali reputari, teneri, haberi didicimus. Idcirco ut veritas hujusmodi in lucem deducatur, praemissa cunctis, quorum interest et intererit, praesentium tenore significamus, notificamus atque volumus intimare. In cujus rei evidens testimonium ac solidiorem fidem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Spirae in curia nostra episcopali ibidem die Mercurii nona mensis octobris, anno a Christo nato millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

300. *Julius III. pabst erneuert die vereinigung der probstei Weissenburg sammt dem kloster St. Walpurgis mit dem hochstifte Speyer. Rom, 1550 jan. 23.*

Julius episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In eminenti militantis ecclesiae specula licet immeriti divina dispositione constituti et in cunctis orbis ecclesiis ac monasteriis et aliis beneficiis ecclesiasticis, saecularibus et quorumvis ordinum regularibus, terraeque amplitudine praecipuum facultatis principatum obtinentes, ex incumbenti nobis apostolicae sollicitudinis officio ad ea, quae ad ecclesiarum et monasteriorum ac aliorum beneficiorum hujusmodi statum salubriter dirigendum ac cathedralium ecclesiarum praesulum commodum tendere dignoscuntur, salubriter intendentes, illa, quae propterea tam per Romanos pontifices praedecessores nostros, quam sedis apostolicae legatos justis suadentibus causis desuper provide facta comperimus, praesertim cum a nobis petitur, nostrae approbationis munimine roboramus eaque de novo concedimus ac alias desuper disponimus, prout locorum, temporum et personarum qualitate pensata id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane pro parte venerabilis fratris nostri Philippi episcopi Spirensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias, postquam praepositura ecclesiae sanctorum apostolorum Petri et Pauli ac prothomartyris Stephani oppidi Weissenburgensis, Spirensis dioecesis, quae inibi dignitas principalis existebat, tunc per obitum quondam Rudigeri, olim ipsius ecclesiae praepositi extra Romanam curiam defuncti, vacante et felicis recordationis Paulo papae tertio, praedecessori nostro, pro parte dicti Philippi episcopi ac dilectorum filiorum, decani et capituli ipsius ecclesiae exposito, quod si dicta praepositura, quae haereticorum impietate et illorum veluti hostili pravitate ac insolentia admodum expilata et devastata, ac postremo a certis laicis penitus occupata extiterat, adeo, ut durantibus illarum partium haeresibus, a se ipsa reparandi aut ab ulterioribus expilationibus et devastationibus defendendi nulla spes offerebatur, cum mensa episcopali Spirensi perpetuo uniretur, annecteretur et incorporaretur, ex eo tam dictus Philippus episcopus, qui praeposituram ipsam jam tunc ex potestate dictorum laicorum arduis industria, studio et labore ac non sine magno dispendio suis eripuerat et liberaverat, quam pro tempore existens episcopus Spirensis ejusdem praepositurae peculiarem curam susciperet et gereret ac

auctoritate et potentia suis dictam praeposituram in pristinum statum restitueret aut saltem ulterioribus illius expilationibus et ruinis occurreret, prout idem Philippus episcopus jam tunc quodammodo occurrere et eam restituere inceperat, ipseque Philippus episcopus, qui ob haereses hujusmodi et alias Germanicas calamitates multum aeris alieni contrahere coactus fuerat et illius occasione supra decem millia florenorum Rhenensium diversis personis annis singulis solvebat aliasque ingentia onera seu potius damna sustinebat, aliquid subventionis auxilium susciperet, idem praedecessor, in cujus manibus dilectus filius Michael Gillius, clericus Trevirensis dioecesis, asserens se alias eidem Rudigero, etiam tunc ipsius ecclesiae praeposito, quoad viveret et praeposituram praedictam obtineret, coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione praepositurae hujusmodi constitutum et deputatum, sibique eandem praeposituram ex tunc, prout ex ea die et econtra, cum vacaret, collatam ac de ea provisum apostolica auctoritate fuisse, omni juri sibi in dicta praepositura vel ad illam quomodolibet competenti ipsius praepositurae possessione, per eum forsan non habita, sponte et libere cesserat ipseque praedecessor cessionem hujusmodi duxerat admittendam, Philippi episcopi ac decani et capituli praedictorum supplicationibus in ea parte inclinatus, praeposituram praedictam, quovis modo vacaret, in simul cum eadem mensa, ita, quod dictus Philippus et pro tempore existens episcopus Spirensis, ex tunc praepositus ipsius ecclesiae et illius ratione princeps Romani imperii, prout praepositi ejusdem ecclesiae ab antiquo esse consueverant, existeret liceretque sibi per se vel alium seu alios corporalem possessionem praepositurae ac illi forsan annexorum, juriumque et pertinentiarum suarum propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere, illiusque fructus, redditus et proventus in suos et mensae ac praepositurae praedictarum usus et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, per quasdam perpetuo univerat, annexuerat et incorporaverat, eidem praedecessori pro parte ipsius Philippi episcopi similiter exposito, quod antea, cum monasterium sanctae Walpurgis in sacra silva, ordinis sancti Benedicti, Argentinensis dioecesis, ob Lutheranam haeresim aliasque illius deploratissimi saeculi sectas penitus desolatum remansisset, nec in eo amplius abbas aut aliqui monachi essent, carissimus in Christo filius noster, tunc suus Carolus, Romanorum imperator sem-

per augustus directus et tunc in humanis agens bonae memoriae Ludovicus comes palatinus princeps et elector imperii utilis illarumque partium domini, volentes desolationi monasterii hujusmodi eo, quo poterant, meliori medio occurrere et considerantes possessiones ac agros ejusdem monasterii possessionibus et agris dictae praepositurae conterminos et conjunctos seu cohaerentes existere ac propterea neminem alium commodius, quam praepositum ipsius ecclesiae dicti monasterii curam suscipere et gerere posse, sub spe, quod idem praedecessor monasterium hujusmodi eidem praepositurae dicta auctoritate apostolica unire deberet, quantum in eis fuerat, statuerant et ordinaverant, quod dictus Rudigerus, tunc in humanis agens et ipsius ecclesiae praepositus curam et administrationem ejusdem monasterii suscipere et gerere ac loco monachorum dicti monasterii tunc absentium tres presbyteros saeculares ad divinum cultum in eodem monasterio retinendum constituere deberet, ipseque praepositus possessione seu quasi regiminis et administrationis monasterii hujusmodi, quamvis de facto apprehensa, abinde citra quamdiu in humanis egerat, ipsius monasterii curam gesserat, etiam de facto ac in ultimo dicta expositione subjuncto, quod licet dictus Rudigerus fuisset vita functus, nihilominus dicta praepositura etiam tunc in possessione seu quasi regiminis et administrationis monasterii hujusmodi ac illius bonorum existebat. Quodque si monasterium praedictum, quod etiam tunc conventu carebat et de quo, quod in pristinum statum a se ipso restitueretur, nulla spes verisimiliter concipi poterat, eidem praepositurae, quo etiam tunc hujusmodi haereticorum impietate ac illorum veluti hostili pravitate et insolentia admodum expilata et devastata ac in suis possessionibus et bonis plurimum deteriorata extiterat, ut praefertur, etiam perpetuo uniretur, annecteretur et incorporaretur, ex eo dictus Philippus episcopus peculiarem curam dicti monasterii susciperet et gereret, ac auctoritate et potentia suis monasterium praefatum in pristinum statum restitueret, aut saltem illud ejusque possessiones et bona ab ulteriore desolatione defenderet ac illius ecclesiae saltem per presbyteros saeculares deservire faceret, nec non ex fructibus, redditibus et proventibus monasterii hujusmodi in aliquo sublevatus, ecclesiam Spirensem, cui etiam tunc praeerat, ab aere alieno, quod ob haereses illarum partium et alias Germanicas calamitates contrahere coactus fuerat, commodius liberare ac

recuperationi jurium et libertatum tam monasterii, quam praepositurae praedictorum efficatius intendere posset, dictus praedecessor, ejusdem Philippi episcopi supplicationibus in ea parte similiter inclinatus, monasterium praedictum eidem praepositurae per alias ejus literas etiam perpetuo univit, annexuit et incorporavit. Ac postmodum bonae memoriae Francisco, tunc sanctae Anastasiae, tunc sanctorum Nerei et Achilei presbytero cardinali, Sfondrato nuncupato, Pauli praedecessoris et sedis eorundem in partibus illis legato de latere, tunc in humanis agenti, pro parte ipsius Philippi episcopi exposito, quod cum nulli Christi fideles ad monasterium praedictum pro divinis officiis ibidem audiendis concurrerent ob penuriam presbyterorum in eisdem partibus tunc temporis vigentem, idem Philippus episcopus cupiebat, missas et alia divina officia, per dictos tres presbyteros in eodem monasterio celebranda, in primodicta seu aliis ecclesiis sibi magis expedire visis celebrare facere, praefatus Franciscus cardinalis et legatus, ipsius Philippi episcopi supplicationibus in ea parte inclinatus, sibi, ut quousque invenisset presbyteros idoneos, qui in dicto monasterio morari et ea inibi, quae juxta posteriorum literarum praedictarum tenorem fieri debebant, facere deberent, missas et alia divina officia, per dictos tres presbyteros in ecclesia monasterii hujusmodi celebranda, in primodicta seu aliis ecclesiis, ubi magis expedire videretur, ultra missas et alia divina officia, in eisdem ecclesiis celebrari solita, celebrari facere libere et licite valeret, ac interim ad dictos tres presbyteros in eodem monasterio tenendum minime teneretur, sufficienti ad id, ut asserebat, per literas ejusdem sedis facultate suffultus, illius vigore dicta auctoritate apostolica per ejus patentes literas concessit et indulsit, prout tam in praedecessoris continetur, quam Francisci cardinalis et legati praedictorum patentibus literis praedictis contineri dicitur plenius. Cum autem, sicut exhibita nuper nobis pro parte dicti Philippi episcopi petitio continebat, licet ipse Philippus episcopus unionum, annexionum et incorporationum ac literarum praemissarum vigore in possessione praeposituraе seu quasi regiminis et administrationis monasterii ac celebrari faciendi missas et alia divina hujusmodi in aliis, quam ipsius monasterii ecclesiis existat, tamen ipse Philippus episcopus cupit uniones, annexiones, incorporationes, concessionem et indultum praedicta pro illorum subsistentia firmiori nostrae approbationis muni-

mine roborari, pro parte dicti Philippi episcopi asserentis monasterii centum et quinquaginta, praepositurae vero praedictorum ac illis forsan annexorum sexcentorum ducatorum auri de camera fructus, redditus et proventus secundum communem aestimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut uniones, annexiones, incorporationes, concessionem et indultum praedicta approbare et confirmare aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis unire, tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum aestimationem praedictam etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesset et idem observaretur in confirmationibus unionum factarum, eundem Philippum episcopum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, nec non literarum praedictarum veriores tenores ac mensae hujusmodi et aliorum illi unitorum beneficiorum ecclesiasticorum fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores ac verum et ultimum ipsius monasterii vacationis modum praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, uniones, annexiones, incorporationes, concessionem et indultum hujusmodi ac prout illa concernunt, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis et decretis, singulas literas praedictas et inde secuta quaecunque ex certa nostra scientia dicta auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus, illisque plenum et perpetuum firmitatis robur adjicimus, nec non ea omnia valida et efficatia existere suosque effectus sortiri et ab omnibus inviolabiliter observari, sicque in praemissis omnibus et singulis per quoscunqe, quavis auctoritate fungentes judices et personas in quavis instantia et causa sublata, eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari, interpretari atque diffiniri debere, nec non, si secus super hiis a quocunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari, irritum et inane decernimus, supplentes omnes et singulos juris et facti defectus, si qui forsan intervenerint in

eisdem, et nihilominus monasterium eidem praeposituraе, praepositurام vero praedicta, quibusvis modis ex quorumcunque personis vacent, etiam si tanto tempore vacaverint, quod praeposituraе collatio et monasterii praedictorum provisio juxta Lateranensis statuta concilii aut alias canonicas sanctiones ad sedem praefatam legitime devoluta ac praepositura dispositioni apostolicae specialiter reservata existat et monasterii hujusmodi provisio ex quavis causa ad sedem eandem specialiter vel generaliter pertineat ac ad ipsam praeposituram consueverit, quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, super ea quoque ac regimine et administratione praefatis inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore dati praesentium non sit in dicta praepositura alicui specialiter jus quaesitum et eidem monasterio de abbate provisum, seu illud alteri commendatum canonice non existat, cum annexis hujusmodi ac omnibus juribus et pertinentiis suis in simul eidem mensae, ita, quod liceat ipsi Philippo et pro tempore existenti episcopo Spirensi per se vel alium seu alios possessionem praefatam continuare seu illam de novo apprehendere et perpetuo retinere, ac eosdem fructus, redditus et proventus in suos et mensae ac praeposituraе et monasterii praedictorum usus et utilitatem convertere, dioecesani loci aut cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita, alias juxta literarum Pauli praedecessoris hujusmodi continentiam et tenorem auctoritate apostolica et tenore praefatis de novo perpetuo unimus, annectimus et incorporamus ac praedicto Philippo et pro tempore existenti episcopo Spirensi, ut, donec presbyteros idoneos, qui apud dictum monasterium morari et ea, quae juxta tenorem literarum unionis monasterii hujusmodi fieri debent, facere velint et possint, missas et alia divina officia, per eosdem tres presbyteros in ecclesia monasterii hujusmodi, ut praefertur, celebranda, in primodicta aut aliis, de quibus sibi videbitur, ecclesiis alias juxta literarum Francisci cardinalis et legati hujusmodi continentiam et tenorem celebrari facere possit ac interim ad illa in dicto monasterio celebrari faciendum, aut ipsos tres presbyteros saeculares inibi constituendum, minime teneatur, etiam de novo auctoritate apostolica et tenore praemissis concedimus et indulgemus, non obstantibus priori voluntate nostra praedicta et Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis

ac primodictae ecclesiae et monasterii ac ordinis praedictorum juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, nec non omnibus illis, quae Paulus praedecessor et Franciscus cardinalis praefati in singulis eorum literis praedictis respective voluerunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod propter unionem, annexionem et incorporationem nostras praedictas ipsa praepositura debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea, si qua illi immineat, nullatenus negligatur ac in monasterio hujusmodi divinus cultus et numerus ministrorum hujusmodi nullatenus minuatur, sed ejus et dictae praepositurae congrue supportentur onera antedicta, et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quocunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominem liceat, hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, suppletionis, unionis, annexionis, incorporationis, concessionis, indulti, voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quinquagesimo, decimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo. — G. Salmon.

---

301. *Julius III. pabst stellt den erzbischof von Mainz und die bischöfe von Würzburg und Strassburg als schirmer der einverleibung der probstei Weissenburg mit dem hochstifte Speyer auf.* *Rom*, 1550 *jan.* 23.

Julius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopo Moguntinensi ac Herbipolensi et Argentinensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Hodie a nobis emanarunt literae tenoris subsequentis: „Julius“ etc., sicuti numerus antecedens. — Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, literas praedictas et in eis contenta hujusmodi, ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte dicti Philippi et pro tempore existentis episcopi Spirensis fueritis requisiti, sollempniter publicantes eique in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciatis auctoritate nostra literas et in eis contenta hujusmodi

plenum effectum sortiri et ab omnibus inviolabiliter observari, non permittentes, eum desuper contra illarum tenorem quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet et rebelles per censuras et poenas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas et applicandas, aliaque opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super hiis habendis servatis processibus censuras et poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, non obstantibus piae memoriae Bonifacii papae octavi, etiam praedecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem vel dioecesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra dietam a fine suae dioecesis ad judicium evocetur, seu ne judices ab eadem sede deputati extra civitatem vel dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere seu alio vel aliis vices suas committere praesumant, ac de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore praesentium ad judicium non trahatur et aliis apostolicis constitutionibus ac omnibus supradictis, seu si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quinquagesimo, decimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo. — G. Salmon.

---

302. *Albrecht markgraf von Brandenburg fordert die stadt Lauterburg wegen brandschatzung auf. Schifferstadt*, 1552 *juli* 25.

Von Gots gnaden wir Albrecht der jungere, marggrave zu Brandenburg etc. fuegen euch burgermeister vnnd rhat zu Lauterburg hiermit zu wissen. Nachdem die konigliche majestet auss Frannckreich vnnd andere irer majestet ainigungs verwannte, chur- vnnd fursten hievor der loblichen teuschen nation zu nutz vnnd gutem vnnd zu widerpringung derselben alt hergebrachten liberteten vnnd freihaiten, sonnderlich aber zu erhaltung der waren christlichen religion, ire gemeine offentliche im druck aussganngne aussschreiben an alle stennde des reichs teutscher nation haben aussgeen vnnd publiciren lassen, darinnen ir majestet vnnd liebden sich gegen meniglich eroffnet, auss was christlichen, guten, erbarn vrsa-

chen sie sich zusamen verbunden, mit sonderm angehefften gnedigsten vnnd gnedigen begern, das sich alle stendt des reichs teutscher nation vnnserm geliebten vatterlanndt, auch allen teutschen zu nutz vnnd gutem, darauf ires gemuets gleichsfals erofnen vnnd ercleren wolten, wes ein jeder stanndt zu sollichem christlichen furhaben zu thun geneigt were oder nit. Vnnd wiewol wir vnns darauf an stat der cron Franckreich vnnd anderer ainigungs verwannten, chur- vnnd fursten zu euch genntzlich versehen gehapt hetten, ir soltendt euch als ein commun des reichs vor lenngst gegen hochstgedachter konig. majestet vnnd andern ainigungs verwannten, entlich erclert vnnd dermassen haben vernemen lassen, damit ir majestet vnnd liebdten hetten sehen mogen, das ir euwers vatterlands nutz vnnd wolfart zu befurdern genaigt vnnd wes man sich hierin zu versehen gehapt hette: so ist doch sollichs biss hero nicht allein nit gescheen, sondern es ist sich auch darauss einicher declaration bei euch mit willen nicht zu vermuten. Dieweil aber die notturft inn alweg erfordern will, diese sachen keineswegs also vf ir selbs ersitzen zu lassen, so seien wir demnach bedacht, sovern ir inn mittels euwer gesanndte vnns zu stund an nicht vnnder augen schicken vnnd mit so vollkommenem schrifftlichem gewalt abfertigen werdent, das sie one ainich hindernisse von euwert wegen die capitulation, die wir inen, wie andern stetten, fur halten lassen wollen, als bald bewilligen vnnd darauf annehmen, ir euch auch furter darauf gegen die ainigungs verwanten, potentaten, chur- vnnd fursten, wie andere stet auch gethan, dabei ir dann gleichfals gelassen vnd darueber nicht getrungen werden solt, obligirt vnnd verschriebent, dessgleichen vnns auch funf tausent gulden zur einer luebnus vnnd anhilf erleget vnnd bezalet, dem nechsten mit vnnserm hauffen kriegsvolcks vor euwer stat zu verrucken vnnd die obligation selbs von euch anzuhoren vnnd auf euwer vernere waigerung gegen euch, vnnserm habennden befelch nach, mit dem schwert vnnd feuwer, inn vermoge angeregter aussschreiben fiendtlicher weiss furzunemen. Wir versehen vnns aber zu euch, ir werdent so verstenndig woll sein, euch vor sollichem allem zu verhueten vnnd darnach endtlich zu richten wissen. Zu vrkundt mit vnnserm hiefur getrucktem secret versecretirt vnnd geben inn vnnserem veldtlager zu Schifferstadt den 25. julii anno MDLII.

303. *Carl V. kaiser nimmt das hochstift Speyer sammt allen dessen untergebenen, freiheiten, besitzungen und rechten in besondern schutz. Brüssel,* 1553 *mai* 19.

Wir Carl der funfft von Gottes gnaden Romischer keyser, zu allen zeitten mehrer des reichs etc. etc. bekennen offentlich mit diesem brieve vnd thun kundt allermeniglich. Wann wir als Romischer keyser alle vnd jede vnsern vnd des heiligen reichs gehorsame stende, glieder vnd vnderthanen vnd sonderlich die geistlichen nit allein bey fried, ruhe, recht vnd pilligkeit, auch bei jren gnaden, freyheiten, haaben, gutern vnd gerechtigkeiten zu handthaben, zu schutzen vnd zu schirmen, sondern auch mit sondern gnaden vnd freyheiten zu fursehen vnd zu begaben jederzeit geneigt seind, so haben wir demnach den erwirdigen Rudolffen, bischoffen zu Speyr vnd probsten zu Weissenburg, vnsern fursten vnd lieben andechtigen, aus etlichen, redlichen vrsachen vns furbracht vnd darzu bewegendt vnd auf sein diemuetig bitt sammt seinem stifft Speyr, desselben capitel, leuthen, geistlichen vnd weltlichen vnderthanen, hintersessen, dienern, zugehorigen vnd verwandten vnd ihrer aller haab vnd guttern, die sie jetzund haben oder in kunfftig zeit mit rechtmessigem titel vberkommen, auch iren renten, zinssen, rechten vnd gerechtigkeiten, in vnser vnd des reichs besonder gnade, verspruch, schutz vnd schirmb aufgenommen vnd empfangen, nehmen vnd empfahen sie auch also darin wissentlich in crafft diess brieffs, vnd meinen, setzen vnd wollen, daz nun hinfuran gemelter bischoff Rudolf sammt seinem stifft Speyr, desselben capitel leuthen, geistlichen vnd weltlichen vnderthanen, hindersessen, dienern, zugehorigen vnd verwandten vnd jrer aller haab vnd guttern, renten, zinssen, recht vnd gerechtigkeiten, als obsteet, in vnser vnd des reichs besonder gnad, verspruch, schutz vnd schirmb sein, auch alle vnd jegliche gnad, freyheit, privilegien, ehr, wirde, vortheil, recht vnd gerechtigkeit haben vnd sich deren an allen orten vnd enden irer nothdurfft vnd gelegenheit nach freuwen, geprauchen vnd geniessen sollen vnd magen, als andere, so in vnser vnd des reichs besonder gnad, verspruch, schutz vnd schirm sein, solches alles haben vnd sich des gebrauchen von recht vnd gewonheit, von allermeniglich vnverhindert vnd hiewider niemandt, was standts oder wesens der sei, ainichen gemeltes stiffts vndersessen oder angehorigen, ir leib, noch guet belaidigen, noch sie oder das

jrige, one eines bischoffs zu Speyr sonderliche verwilligung nit verantworten, schirmen, versprechen, vertheidingen vnd annemen, sich auch niemandts von den jren also one verwilligung darein ergeben solle. Wir haben auch noch weiter gedachtem vnserm fursten Rudolffen, bischoven zu Speyr vnd probsten zu Weissenburg, diese besundere gnade gethan vnd freyheit gegeben, thun vnd geben jme die auch hiermit von Romischer kaiserlicher macht vollkommenheit, wissentlich in crafft diess briefs, also, da vber kurtz oder lang vorgemelten vnserm fursten vnd seinem stifft Speyr, an seinem vnd gemelts seines stiffts regalien, weltlichkeit, lehenschafften, gutern, obrigkeiten vnd gerechtigkeiten, durch etliche desselben stiffts anstossende fursten, herrn oder andere, etwas mit gewalt entzogen oder eingenomen wurde, in was schein das geschehe, daz er oder seine nachkommen, von dem oder denselben fuglich, irer vnvermoglichkeit halben, mit oder one recht, nit erlangen oder einbringen mochten, daz alsdann ime oder seinen nachkommen am stifft Speyr an demselben dardurch kain prescription oder verjarung lauffen solle. Item auch gemelts stiffts vnderthanen vnd zugehorigen je zu zeitten, wie wir bericht, durch freventliche vnnotturfftige vnd vngepurliche appellation in kost vnd schaden gefuert vnd dadurch jres rechten verletzt vnd verhindert worden sein, wollen wir, daz nun hinfuro obgemelts stiffts Speyr manne, diener, vnderthane vnd zugewandte, ob sie an einigen des stiffts gerichten, durch bei- oder endurtheil vermeinten beschwerdt zu sein, one mittel fur einen bischoffen zu Speyr vnd von demselben furters an vns oder vnser nachkommen am reiche, Romische keiser vnd konige oder vnsere oder jre cammergericht, vnd nirgendt anders wohin appelliren. Vnd was appellation in ander weise furgenommen oder beschehen wurden, wollen wir, daz dieselben vntuglich vnd vnkrefftig sein vnd gehalten, auch von niemand angenommen, noch darauf procedirt oder gehandelt werden solle. Wo aber daruber vnd wider jetzgemelte gnad vnd freyheit in einichem oder mehr puncten jchts furgenommen, gehandelt, gericht, geurtheilt oder procedirt wurde, von wem das geschehe, dasselb vnd alles, so daraus erfolgt; desgleichen, da auch von vnsern vorfaren am reiche, Romischen kaisern vnd konigen vnd vns von jemandt ichs ausgepracht oder erlangt worden were oder kunfftiglich auspracht oder erlangt werde, das dieser vnser gnade vnd frey-

heit zuwider sein oder verstanden werden mochte, welches wir auch alles vnd jedes besonder aus vnser, vnserer keiserlichen macht vollhommenheit jetzundt alsdann vnd dann als jetzundt vernichten, aufheben, nichtig vnd krafftloss erkennen vnd erkleren, wissentlich vnd in krafft diess briefs. Vnd gepieten darauf allen vnd jeden churfursten, fursten, geistlichen vnd weltlichen, prelaten, graven, freyen, herrn, rittern, knechten, hauptleuthen, landtvogten, vitzdomben, vogten, pflegern, verwesern, amptleuthen, schultheissen, burgermeistern, richtern, rethen, burgern, gemeinden vnd sonst allen andern vnsern vnd des reichs vnderthanen vnd getreuwen, in was wirden, standts vnd wesens die sein, vnd sonderlich allen hofrichtern, landtrichtern, freygraven, stuelherrn, freyscheffen, zentrichtern, westphalischen vnd andern richtern vnd vrtheilsprechern, ernstlich vnd vestiglich mit diesem briefe vnd wollen, daz sie vielgedachten vnsern fursten Rudolffen, bischoven zu Speyr etc., sammt seinem stifft Speyr, desselben capitels leuthen, geistlichen vnd weltlichen vnderthanen, hintersassen, dienern, zugehorigen vnd verwandten vnd jrer aller haab vnd guttern, renten, zinssen, rechten vnd gerechtigkeiten, als obsteet, bei solchem vnserm vnd des reiches besonderm verspruch, schutz vnd schirmb vnd obgeschriebenen gnaden vnd freyheiten, damit wir sie also begabt haben, geruehiglich bleiben vnd deren one irrung vnd eintrag gentzlich geprauchen vnd geniessen lassen vnd sie hiewider nit dringen, bekommern, vergwaltigen, noch beschweren, noch das jemandt anderm zu thun gestatten, in kein weise, als lieb einem jeden sey, vnser vnd des reichs schwere vngnad vnd straff vnd darzu ein pene, nemlich viertzig marck lottiges goldts zu vermeiden, die ein jeder, so offt er frevenlich hiewider thette, eins halb in vnser vnd des reichs cammer vnd den andern halben theil gedachtem vnserm fursten Rudolffen, bischoven zu Speyr, seinen nachkommen vnd stifft vnnachlessig zu bezahlen verfallen sein solle. Mit vrkundt diess brieffs, besiegelt mit vnserm kaiserlichen, anhangendem insiegel, gegeben in vnser stadt Brusset in Brabant am neunzehenden tag des monats may, nach Christi geburt funffzehen hundert vnd im drey vnd funffzigsten, vnsers kaiserthumbs im drey vnd dreyssigsten vnd vnser reiche im acht vnd dreyssigsten jare. † Carolus. Vt. A. Berelnot. Vt. Held. Ad mandatum caesaris et catholicae majestatis proprium. Haller. B. Neves.

304. *Rudolf bischof zu Speyer stellt verwandten studenten einen empfehlungsbrief aus. Udenheim,* 1555 *juni* 1.

Nos Dei gratia Rudolphus episcopus Spirensis ac praepositus Weissenburgensis, omnibus cujuscunque ordinis atque gradus, inprimis eruditorum hominibus, his nostris literis significamus, quod eo affectu, quo ad praestantissimarum artium disciplinas et earum cultores natura ducimur, hos adolescentes, scilicet Bartholomaeum, Joannem Cunradum et Ludovicum in Franckenstein, Casparum Lerch a Dirmstein et Cunradum Brendel ab Homburg, agnatos et affines nostros percaros, una cum Joanne Richio, eorum praeceptore, Dolam et ad alia loca, in quibus bonarum literarum studia florere cognoverint, ob ingenii cultum, ut aliquando nobis, eorum parentibus, patriae et sibi ipsis honori et usui sint, miserimus. Cum autem haec praesens vita hiis ipsis studiis et studiosis nihil prius habeat, omnes pie rogamus, ut hosce nostros agnatos et affines, quos pro aetate honestis studiis, nec non bonorum consuetudine et convictu delectari cognoverimus, una cum eorum praeceptore care excipiant, officiose foveant, studiose prosequantur et adjuvent ac tanquam carissimos commendatos habeant. Hujus officii et animi a Deo optimo maximo, cui studia, studiosi et eorum fautores curae sunt, summam remunerationem, a nobis, quibus optatius nihil exhiberi potest, debitam gratiam, ab ipsis adolescentibus, eorum parentibus ac patria debitam et perpetuam gratitudinem ac memoriam expectaturi. Datae cum secreti nostri obsignatione in castro nostro Udenheim prima junii anno a Christo nato millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto.

---

305. *Rudolf bischof zu Speyer belehnt den abt Anton von Hornbach. Udenheim,* 1556 *jan.* 10.

Rudolphus Dei gratia episcopus Spirensis ac praepositus Weissenburgensis. Tenore praesentium notum facimus universis, quod veniens ad nos venerabilis et generosus amicus noster, dominus Anthonius, comes in Salm, abbas monasterii in Hornbach, ordinis sancti Benedicti, Metensis dioecesis, nobis humiliter supplicavit, ut, cum monasterium suum praedictum jura, jurisdictiones, silvas, nemora et prata ac alia diversa bona, regalia et temporalia, nobis sub juramento designanda, a nobis et ecclesia nostra in feudum habere dignoscatur, de quibus abbas, qui pro tempore fuerit confirmatus,

nomine monasterii sui praedicti ab episcopo Spirensi pro tempore existente feudaliter consuevit investiri, quatenus ipsum de eisdem bonis more solito investire favorabiliter dignaremur. Nos igitur precibus ejusdem abbatis tanquam rationabilibus annuentes, ipsum .de bonis praedictis, sicut et prout potuimus et debuimus, investivimus atque infeudavimus, investimus et infeudamus per praesentes, praestito nobis per eum homagio seu fidelitatis solito juramento. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Datae Udenheim die Veneris post trium regum, decima mensis januarii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

---

306. *Anton abt zu Hornbach bezeugt, vom bischofe Rudolf zu Speyer belehnt worden zu seyn. Udenheim,* 1556 *jan.* 10.

Nos Anthonius, comes in Salm et abbas monasterii in Hornbach, ordinis sancti Benedicti, Metensis dioecesis, tenore praesentium notum facimus universis, quod venientes ad reverendum in Christo patrem dominum, dominum Rudolphum, episcopum Spirensem et praepositum Weissenburgensem, dominum nostrum gratiosum, sibi humiliter supplicavimus, ut, cum monasterium nostrum praedictum, jura, jurisdictiones, silvas, nemora et prata ac alia diversa bona, regalia et temporalia, ipsi sub juramento designanda, ab eodem domino Rudolpho episcopo et ecclesia sua in feodum habere dignoscatur, de quibus nos vel alter, qui pro tempore fuerit confirmatus, nomine monasterii nostri supradicti, ab episcopo Spirensi pro tempore existente feudaliter consuevit investiri, quatenus nos de eisdem bonis more solito investire favorabiliter dignaretur. Ipse igitur precibus nostris tanquam rationabilibus annuens, nos de bonis praedictis, sicut et prout potuit et debuit, investivit et infeudavit, praestito sibi per nos homagio seu fidelitatis solito juramento. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datae Udenheim die Veneris post trium regum, decima mensis januarii anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

---

307. *Ferdinand I. könig mahnt den junker Wolf von Weingarten ab, in Freimersheim religionsneuerungen einzudrängen. Wien,* 1557 *aug.* 5.

Wir Ferdinand von Gottes gnaden etc. Vns haben die ersamen, vnser lieben andechtigen N. dechant vnd capittel des

thumbstiffts zu Speyr mit beschwer vnderthenigklich zu erkhennen geben, wiewoll sy von vnvordenckhlichen, lanngen jaren here, yo vnd allweg die collation der pfarr zu Freimershaim, welches dorff von der Romischen keys. majestet, vnserm lieben brudern vnd herrn vnd dem heilligen reich zu lehen ruert, gehabt, auch daselbst hin vnverhindert menigelichs yeder zeit geschickte, taugliche vnd vnserer allten, waren, catholischen, christlichen religion anhengige pfarrer, deren leer, wandels vnd wesens die vnderthanen vnd einwonner der ennden woll zufriden vnd vnklagpar gewesen, ordentlicher weiss deputiert vnd gesetzt: so sollest doch du, als bemelts dorffs inhaber, dessen vnangesehen neulicher wochen zuegefaren vnd iren pfarrer daselbst ernstlich vnd by einer straff gebotten haben, der heilligen mess vnd andern allten christlichen ordnungen vnd ceremonien ab vnd muessig zu steen vnd die neue kirchen ordnung, so verschiner zeit durch publiciert vnd aussgetaillt worden, anzunemen vnd deine vnnderthannen hinfurter vermuge derselbigen mit predigen, tauffen vnd andern angeordneten kirchen diensten zu versehen, vnd ob woll auch bemelt capitel (alls sich gedachter pfarrer soliches zum hochsten beschwert vnd gegen inen bekhlagt) zu dir geschickht vnd dich fur solche neuerung bitten lassen, so habe doch vnerwegen, das du dich erbotten, iren pfarrer nit weitter zu dringen, dasselb ir bit, auch vnsers fursten vnd lieben andechtigen Rudolphen, bischoffen zu Speyr, ires herrn, darunder beschehen schreiben, bei dir nichts erspriessen mogen, sonder du volgenndts aller erste bei wenig tagen beruertem pfarrer ain neue kirchen ordnung selbst zu hauss bracht vnd ime derselbigen zu geleben vnd sich gemess zu halten bei straff zehen gulden bevolchen vnd gebotten vnd vns dem allem nach vmb vnser genedige hilff vnd einsehung diemuettigelich angesuecht vnd gebetten haben. Dieweill wir nun daneben auch bericht, wie das pfarrvolckh vnd die einwonner zu Freimershaim kheines andern pfarrers nach anderer gestallt, dann wie bei inen von allters loblich herkhummen, vnnderwisen zu werden begern, sy auch aus der ganntzen gemain etliche zu dir geschickht vnd sy bei irem allten, catholischen, christlichen glauben zu hanndthaben vnnderthenigelich bitten lassen vnd dann auch du beruertes dorff Freimershaim von hochernennter Romischer kayserlicher majestet vnd dem heilligen reich zu lehen tregst, derwegen dir dergleichen neuerung, wie

obsteet, fur zu nemen vnd die vnnderthannen zu ainer andern religion wider iren willen zu dringen, auch dardurch das capitel irer wollheregebrachten recht vnd gerechtigkhait, der collation vnd verleichung solicher pfarr zu entsetzen, nit geburen mag. Demnach entpfelchen wir im namen hochgedachter kayserlicher majestet vnd fur vns selbst, alls Romischer khunig, dir hiermit ernstlich vnd wollen, das du merbestimbtes capitels zu Speyr verordneten pfarrer, deine vnnderthanen vnd einwonner zu Freimershaim, wie von allter herekhomen, mit predigen, tauffen vnd administrirung der sacramenten versehen vnd sy also bei der allten, waren, catholischen religion, auch das capitel bey irer lanng geruebig herebrachten gerechtigkhait der collation vngehindert vnd vnbetruebt beleiben lassest. Wo du aber solches nit schuldig zu sein vermainest, vns hieruber deinen furderlichen bericht, aus was vrsachen du beruerte neuerung annzerichten befueget sein achtest, vbersendest vnd mittler weils damit stillsteest vnd dich hierinn nit annderst haltest. Davon erstattest du der kayserlichen majestet vnd vnserem entlichen willen vnd mainung. Geben Wienn den funfften augusti anno 1557. — Vnserm vnd des reichs lieben getreuwen Wolfen von Wingarten.

---

308. *Rudolf bischof zu Speyer erhält von den Augustiner chorherrn zu Landau die verleihungsrechte der pfarrei Eschbach. Speyer.* 1558 *aug.* 30.

Sigfridus Pfefferkorn, jurium licentiatus, canonicus ecclesiae sanctorum Germani et Mauritii Spirensis, reverendissimique in Christo patris et domini nostri, domini Rudolphi, episcopi Spirensis et praepositi Weissenburgensis, in spiritualibus vicarius generalis, recognoscimus et ad universorum, quorum interest, notitiam deducimus et deduci volumus, quod coram nobis personaliter constitutus, honorabilis vir, dominus Nicolaus Gros, senior canonicus ecclesiae collegiatae beatae Mariae virginis oppidi imperialis Landaw, Spirensis dioecesis, ac suo totiusque capituli nominibus nobis exposuit et proponi fecit. Quod licet alias de anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, die vero Mercurii post festum sancti Antonii, villa Espach, dioecesis Spirensis, quae filialis existit, cum omnibus utriusque sexus inhabitatoribus et incolis ejusdem, quoad curam animarum et alia jura parochialia ab ecclesia parochiali et matrice in Leinsweiler,

dioecesis praedictae, separata et capella sancti Anthonii dictae villae Espach in novam ecclesiam parochialem ex certis rationabilibus causis, in literis apostolicis narratis, cum fonte baptismali, cimiterio, campanis, campanili ac aliis parochialibus insigniis de praefatorum dominorum, senioris et capituli praedecessorum expresso consensu auctoritate apostolica jus juxta literarum desuper confectarum vim, formam atque tenorem erecta sit et inter alia in dicta separatione et nova erectione, auctoritate apostolica conferendi et praesentandi personam idoneam in rectorem dictae novellae ecclesiae, quotiens eam vacare contigerit, ipsis in perpetuum expresse reservatum dignoscatur, prout iidem domini, senior et capitulum, retrofluxis temporibus sine ulla contradictione et controversia hujusmodi segregatam et noviter erectam plebaniam presbyteris saecularibus idoneis semper contulerint et archidiacono loci praesentarint. Quia tamen temporum injuria et propter diversa scismata ex saevo Lutheranismo cumulatissime exorta sacerdotum saecularium praesertim catholicorum summa sit penuria, idcirco hac ipsa aliisque justis et rationabilibus causis, ipsum et capitulum in Landaw ad hoc moventibus, idem dominus Nicolaus Gros senior vigore mandati specialis coram nobis exhibiti et oblati sponte animoque bene deliberato ex certa sua scientia, non vi, dolo, metu aut quavis alia sinistra machinatione circumventus, omnibus modo, via, jure, forma, quibus in et extra judicium fieri debet ac potest, potuit et debuit, melioribus et efficatioribus, pro se suisque capitularibus in vim praetacti specialis mandati hujusmodi plebaniae in Espach collationi, provisioni, praesentationi, institutioni ac omni juri, sibi et capitulo ad eandem plebaniam in Espach noviter erectam quomodolibet competenti, una cum omnibus et singulis suis incidentibus, dependentibus, annexis et connexis, scriptis et non scriptis, quibuscunque nominibus censeantur, praesentibus et futuris, penitus et in toto, pure, libere et simpliciter cessit et renuntiavit eamque praefato reverendissimo domino nostro episcopo Spirensi suaeque reverendissimae paternitatis successoribus resignavit, tradidit et assignavit realiter et cum effectu consensitque et voluit, quod praefatus reverendissimus dominus episcopus Spirensis et successores sui ex nunc et in antea sine ipsorum senioris et capituli in Landaw eorumque successorum aliquo impedimento vel contradictione perpetuis futuris temporibus collationem, praesentationem, provisionem et quam-

vis aliam dispositionem vacationis hujusmodi plebaniae tempore habere et ad ipsum pertinere debeat, prout verum, certum, legitimum et indubitatum collatorem et patronum decet, ipsique domini, senior et capitulum ac sui praedecessores, hactenus consueverunt. Cum vero noviter erecta plebania in Espach praefata in fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, oblationibus, accidentalibus et juribus parochialibus aliisque emolumentis propter diversas haereses, quibus ecclesia catholica plurimis periculosissima hac tempestate ubique per Germaniam conquasatur et dilaceratur, nec non insolitam rerum omnium cariorem annonam aliisque sinistris eventibus causantibus in diminutionem et decrescentiam devenerit, ob id idem dominus Nicolaus Gros suo ac, quo supra, capituli nominibus, prout de eo nobis similiter legitimam fecit fidem, addixit, spopondit et promisit per praesentes, decanum et capitulum dehinc realiter et cum effectu daturos et solaturos singulis annis tempore videlicet vindemiarum de decimis in districtu et marchia Landaviensi ipsis credentibus in torculari decimarum Landaviensium in vase, quod quilibet pro tempore plebanus in Espach existens praesentaverit et posuerit dimidium plaustrum seu quinque omas vini mensurae Landaviensis, quod quidem vinum quilibet plebanus suis expensis et sumptibus in Espach transportare eoque annuatim sic recepto et levato, contentus, nec per se vel alium, nec etiam praefatus reverendus dominus episcopus Spirensis vel reverendae paternitatis suae successores directe vel indirecte, quocunque quaesito colore vel ingenio, quicquam ulterius exigere, levare vel etiam petere debeant in judicio vel extra. Quin imo, si jam vel in futurum plebania hujusmodi in Espach in censibus, redditibus et proventibus seu alias quocunque modo detrimentum aut diminutionem reciperet aut diminueretur, ex tunc reverendus dominus episcopus Spirensis pro tempore existens ad hujusmodi diminutionem et detrimentum, separatione et nova erectione salva, supplendum et cuilibet pro tempore existenti plebano competentiam congruam tradendum et assignandum praeter dictorum dominorum, senioris et capituli ulterius juvamen et subventionem, ipsis etiam et eorum successoribus ex nunc et in antea decimas, redditus, census quoscunque ad ecclesiam Landaviensem quovis modo in districtu et marchia villae Espach cedentes absque omni contradictione, arrestatione, damno et praejudicio levandos et recipiendos juxta hactenus observatam consuetudinem idem

reverendus episcopus Spirensis seu successores pure et libere dimittant, dolo, fraude in praemissis quomodolibet seclusis atque remotis. Super quibus omnibus antefatus dominus, dominus Nicolaus Gros suo ac totius capituli nominibus nobis humiliter supplicavit atque petivit, quatenus hujusmodi juris, collationis, provisionis et institutionis, ut praefertur, factam resignationem, translationem, cessionem et renuntiationem omniaque alia et singula praedicta ordinariae nostrae auctoritatis praesidio auctorizare, approbare, admittere et confirmare dignaremur. Nos igitur Sigfridus Pfefferkorn licentiatus, vicarius in spiritualibus praefatus antedicti domini Nicolai Gros, suae ac totius capituli petitioni favorabiliter annuentes, ob id de et in praemissis, inquisitione diligenti sufficientibusque informationibus et deliberationibus praehabitis et per praemissa omnia et singula cum scitu, consilio et consensu dominorum capitularium in Landaw praecesserint et procedant, requisitionem hujusmodi et rationi consonam reputantes et exinde non modicum profectum divini cultus et augmentum provenire posse comperimus, idcirco praetactas resignationem, translationem, cessionem et renuntiationem ex subscriptis et aliis rationabilibus causis sponte et scienter factis omniaque alia et singula superius descripta ordinaria nostra auctoritate auctorizavimus, approbavimus, admisimus et confirmavimus, nec non praesentis scripti patrocinio auctorizamus, approbamus, admittimus et confirmamus. Ut autem praemissa omnia et singula rata et firma permaneant, atque inviolabiliter conserventur ac propter temporis diuturnitatem ex hominum memoria non labantur, praesentes nostras literas exinde fieri nostrique officii vicariatus sigilli jussimus et fecimus appensione communiri. Et nos senior totumque capitulum supradictae ecclesiae collegiatae beatae Mariae virginis in Landaw recognoscimus et praesentibus publice profitemur suprascripta omnia et singula, prout ad nos communiter vel divisim spectant et pertinent, de unanimi omnium nostrorum scitu, consensu et voluntate facta et acta fuisse et esse, eaque omnia rata et grata habemus, viribus quoque subsistere debere volumus. In evidens testimonium capituli nostri sigillum juxta sigillum officii vicariatus appendimus et appendi fecimus. Datum et actum Spirae die Martis trigesima mensis augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

309. *Ferdinand I. kaiser befiehlt, den bischof Rudolf zu Speyer bei untersuchung der geistlichen anstalten seines bisthums nicht zu behindern. Wien,* 1560 *april* 9.

Wir Ferdinand von Gottes gnaden erwelter Romischer keiser etc. ennpiethen allen vnd yden churfursten, fursten, geistlichen vnd weldlichen, prelaten, graven, freien, herrn, rittern, knechten, landhauptleuthen, landvogten, hauptleuthen, vitzdhomben, vogten, pflegern, verwesern, amptleuthen, landrichtern, burgermeistern, schultheissen, richtern, rethen, burgern, gemeinden vnd sonnst allen andern vnseren vnd des reichs vnnderthanen vnd getrewen, vnd sonnderlich allen vnd yeden der hohen stifft Speier prelaten, abbten, lehenleuthen, vnnderthanen, hinndersessen, zuegehorigen vnd verwannthen, geistlichen vnd weldlichen, was wirden, stats oder wesens die sinnd, so mit disem vnserm offnen brieff oder glaubwirdigen abschrifft davon ersucht vnd ermant werden, vnser gnad vnd alles guts vnd fuegen vch zu wissen, das vns der erwurdig Rudolph bischoff zue Speier, vnser furst vnd lieber andechtiger, vnndertheniglichen zu erkennen geben, welcher massen die stifft, closter vnd clausen von mans vnd frawen personen in dem crisam seines stiffts zue Speier gelegen, durch die ytzige beschwerliche zeit vnd leufft inn etwas grossen vnnrath vnd vnngemach gerathen, vnd er als derselben vorsteher inn crafft seinnes tragenden amptes dieselben widerumb zum christlichen erbarn wandel vnd wesen zu pringen wolgeneigt were, darzu aber annderst nit, denn durch gepurliche visitation berurter stifft, closter vnd clausen zue kommen wisste vnd vns daruff demutiglich anngeruffen vnd gebetten, das wir ime hierinn mit vnserer kaiserlichen hilff zu erscheinen vnd dits vnser offen mandat zu erkennen gnediglich geruchten. Dieweil wir dann solich sein furnamen vnd begern der erbar vnd pillicheit gemess vnd zue anrichtung christenlicher zucht vnd gotseligen wandels sehr dhinnstlich vnd furstendig befunden, dannach entpfellen wir vch allenn vnd ewer ydem innsonderheit von Romischer heyserlicher macht, bei vermeidung vnserer vnd des reichs schweren vnngnad vnd straff ernnstlich gepietend vnd wollen, das ir gedachten bischoffen zue Speier, als dem ordinarien alle vnd yde obberurte seines stiffts zue Speir zugehorige stifft, closter vnd clausen, so offt ine das fur gut ansehen vnd die notturft erfordern wurdet. gepurlicher weisse zu visitiren zulasset vnd gestattet vnd

ine an sollicher visitation nit verhinndert, noch vch derselben widersetzet inn khein weiss noch wege vnd hierinn nit vnngehorsam seiet, noch annderst thut, als lieb euch allen vnd ewer jedem sey, obberurte pene vnd straff zu vermeiden. Das meinen wir ernnstlich. Mit vrkund dits prieffs besigelt mit vnserm keiserlichen aufgetrucktem innsigel. Geben inn vnser statt Wien den neunten tag des monats aprilis anno tusent funffhundert im sechtzigsten, vnseres reichs, des Romischen, im dreissigsten vnd der andern im viert vnddreissigsten. † Ferdinand. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium, Haller. Vt. Held. Matthias Paul Strassberger.

---

310. *Pius IV. pabst bestätiget Marquard von Hattstein als coadjutor des Speyerer bischofes Rudolf von Frankerstein.* 1560 *mai* 13.

Pius papa quartus. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Ex omnibus curis, quas pro nostro pastorali officio subire tenemur, illa in primis suscipienda est, ut singulae ecclesiae, praesertim cathedrales insignes, omni tempore praeserventur a noxiis et illis, quarum proprii pastores, mentis infirmitate percussi, curam sibi commissam exercere non valent, de caeteris provisionis remedio succurratur. Nuper siquidem cum moerore intelleximus, quod alias venerabilis frater Rudolphus, episcopus Spirensis, qui retroactis tunc quinque annis et eo amplius in regenda ecclesia Spirensi cleroque et populo ejusdem salubriter dirigendis omnes optimi praesulis et pastoris partes adhibuerat, divina tandem permissione, ob populi, ut creditur, peccata, in talem dementiam incidit, ut, quae vellet aut nollet, exprimere nesciret, insania hujusmodi toto biennio magis magisque invalescente, dilecti filii, capitulum ecclesiae Spirensis hac lamentabili et deplorata carissimi praesulis sui calamitate ad unum contristati, post factas omnipotenti Deo snpplicationes, nec non adhibita peritissimorum medicorum consilia pro recuperanda sanitate dicto Rudolpho episcopo, cum id nichil proficere, quin potius hujusmodi morbum nullis dilucidis intervallis sensum augere viderent, nec ulla apud homines spes esset futurae incolumitatis ejusdem, nec dicta ecclesia et illius mensae episcopalis annexa praepositura ecclesiae oppidi Weissenburgensis, Spirensis dioecesis, quibus perniciosissimi haeresum sequaces undequaque incumbunt et insidiantur, graviora

atque diuturniora in spiritualibus et temporalibus pateretur detrimenta, salubriter praecavere cupientes, pro celebranda electione futuri coadjutoris dicto Rudolpho episcopo, vocatis, qui voluerunt, potuerunt et debuerunt electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum praefixa, ut est moris, convenientes in unum, te et tunc praepositum praedictae et cantorem et canonicum Moguntinensis ecclesiarum in subdiaconatus ordine et aetate legitima constitutum, via scrutinii concorditer elegerunt, tuque electioni hujusmodi illius tibi praesentato decreto consentiens confirmationem ejusdem nostro et apostolicae sedis beneplacito consensisti et deinde hujusmodi electionis negotium proponi fecisti coram nobis, petens illam apostolica auctoritate confirmari. Nos itaque salubri directioni atque indempnitatibus dictae ecclesiae consulere et ne propter ipsius Rudolphi episcopi impedimentum illa in spiritualibus et temporalibus detrimenta sustineat, providere volentes ac sperantes, quod tu, qui de nobili et militum genere procreatus existis et praeposituram Spirensem ac cantoriam, nec non canonicatum et praebendam Moguntinensis ecclesiarum praedictarum praeposituram et cantoriam videlicet ex dispositione apostolica inter alia obtines et de cujus nobilitate generis, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque probitatis et virtutum meritis fide digna apud nos testimonia perhibentur, ipsi ecclesiae Spirensi et praefato Rudolpho episcopo esse poteris plurimum utilis et etiam fructuosus, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, electionem praedictam auctoritate praefata tenore praesentium approbamus et confirmamus, supplentes omnes et singulos juris defectus et sollemnitatum omissarum, si qui intervenerint in eisdem et nichilominus te dicto Rudolpho episcopo, quoad vixerit, coadjutorem in regimine et administratione ecclesiae Spirensis et praepositurae praedictarum in spiritualibus et temporalibus cum plena, libera et omnimoda facultate, potestate et auctoritate omnia et singula, quae ad hujusmodi coadjutoris officium de jure vel consuetudine aut alias quomodolibet pertinent, faciendi, gerendi et exequendi, auctoritate et tenore praemissis, citra tamen futu-

ram successionem, constituimus et deputamus, in illo, qui dat gratias et largitur praemia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos, dicta ecclesia Spirensis per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum laesionem non patietur, sed grata in spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem, quod tu, officio hujusmodi durante, de fructibus, redditibus et proventibus mensae episcopalis et illi annexae praepositurae hujusmodi sumptus moderatos facias et ab alienatione quorumcunque bonorum immobilium et praeciosorum mobilium penitus abstineas ac de gestis et administratis per te ratione officii hujusmodi juxta tenorem felicis recordationis Bonifacii papae octavi, praedecessoris nostri, constitutionis, quae incipit: „Pastoralis“, rationem reddere tenearis. Quocirca per praesentes committimus et mandamus discretioni tuae, quatenus dictum officium sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, quod exinde sperati fructus proveniant et ipsa ecclesia Spirensis providum et fructuosum coadjutorem gaudeat invenisse, tuque, praeter aeternae retributionis praemium, nostram et dictae sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis, nec non praefatis et dilectis filiis, ecclesiarum Spirensis et Weissenburgis praedictarum capitulis ac clero et populo civitatis Spirensis et dictae dioecesis, nec non vasallis dictae ecclesiae Spirensis, quatenus capitulum tibi humiliter intendentes, exhibeant tibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas ac clerus te pro nostra et dictae sedis reverentia benigne recipientes et honorifice pertractantes, tua salubria monita et mandata suscipiant humiliter et efficaciter adimplere procurent, populus vero te devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes, tuis monitis et mandatis salubribus humiliter intendant, vasalli autem praefati te debito honore prosequentes, tibi fidelitatem debitam et consueta servitia et jura tibi ab eis debita integre exhibere procurent, alioquin sententiam sive poenam, quam rite tuleris seu statueris in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et dictarum ecclesiarum juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis, sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis illis concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus eorum

tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Rogamus quoque carissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum, Romanorum regem illustrem, in imperatorem electum, ac venerabilem fratrem Danielem archiepiscopum Moguntinensem, ipsi archiepiscopo per apostolica scripta mandantes, quatenus te et praefatam ecclesiam Spirensem ejusdem archiepiscopi suffraganeam habentes pro nostra et dictae sedis reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis juribus vestris sic vos benigni favoris auxilio prosequantur, quod tu eorum fultus praesidio in commisso tibi dicto coadjutoris officio possis Deo propitio prosperari ac eidem regi a Deo perennis vitae praemium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum, ipseque archiepiscopus proinde nostram et dictae sedis benedictionem et gratiam valeat exinde uberius promereri. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XIII. maji MDLX., pontificatus nostri anno primo. — Cae. Glovierius. — Dilecto filio Marquardo ab Hattstein, praeposito ecclesiae Spirensis.

---

311. *Siegfried Pfefferkorn, generalvicar des bischofes Rudolf zu Speyer, vereiniget auf zwölf jahre die St. Catharinen caplanei zu Edesheim mit der dortigen pfarrei. Speyer,* 1560 *juni* 19.

Sifridus Pfefferkorn, jurium licentiatus, canonicus ecclesiae collegiatae sanctorum Germani et Mauritii Spirensis, reverendissimique in Christo patris et domini Rudolphi, episcopi Spirensis et praepositi Weissenburgensis etc., in spiritualibus vicarius generalis ad infrascripta specialiter deputatus, universis et singulis Christi fidelibus praesentibus et futuris, has nostras literas inspecturis, lecturis pariter et audituris, salutem in Domino sempiternam. Exposcit inter alia officii nostri debitum, ut ea, quae ad divini cultus augmentum tendunt et pertinent, verbo et opere favorabiliter promovere studeamus. Cum itaque, prout ad plenum et sufficienter informati sumus, plebania ecclesiae parochialis in Odesheim, Spirensis dioecesis, in fructibus, redditibus, proventibus, oblationibus atque accidentalibus et juribus parochialibus aliisque emolumentis, propter diversas hincinde pridem exortas et quotidie agminatim insurgentes haereses, quibus superius hisce velut conspiratione facta crudeliter et

miserabiliter conquasatur ecclesia orthodoxa et catholica, nec non rerum omnium cariorem annonam aliaque diversa incommoda, in non modicam devenerit diminutionem et decrescentiam, adeo, quod plebanus et possessor pro tempore existens dictae plebaniae et subditis atque parochianis suis in divinis officiis cura et regimine animarum, administratione sacramentorum aliisque oneribus eidem incumbentibus, juxta debitum ejusdem absque penuria fere commode praeesse non possit, vel etiam hospitalitatem exercere, sitque in eadem ecclesia jam olim fundata capellania altaris sanctae Catharinae virginis, quae per obitum quondam honorabilis viri, domini Johannis Altzheim, ultimi illius, dum vixit, possessoris extra Romanam curiam et in partibus defuncti, coeperit vacare et ad praesens vacet, quae quidem capellania in consimilem fructuum, reddituum et proventuum diminutionem et decrescentiam pervenerit, quod ejusdem possessor, si saltem aliquis foret, de illis se sustentare et apud illam personalem juxta ipsius exigentiam et fundationem facere residentiam sine penuria aegre queat, verum si fructus, proventus et census hujusmodi capellaniae in augmentum dictae plebaniae annecterentur et incorporarentur, quilibet pro tempore existens plebanus onera plebaniae hujusmodi eo commodius supportare ac illi in cura animarum regimine populi ejusdem ecclesiae praeesse possit. Quare nobis pro parte honorabilis viri, domini Johannis Holtzhey, moderni plebani in Odesheim ejusdemque successorum per reverendos et nobiles viros, dominos decanum et capitulum insignis ecclesiae cathedralis Spirensis, dictae capellaniae collatores, nobis extitit supplicatum, quatenus dictam capellaniam modo praemisso vacantem ad effectum praenarratum annectere et incorporare, fructus quoque, redditus et proventus eidem plebaniae applicare aliasque opportune providere dignaremur. Nos igitur Sifridus Pfefferkorn, licentiatus, vicarius in spiritualibus supradictus, praefatorum dominorum, decani et capituli ecclesiae Spirensis petitionem, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuentes, ob idque de et in praemissis informationibus et deliberationibus praehabitis, supplicationem hujusmodi fere justam et rationi consonam reputantes et exinde non modicum profectum et divini cultus augmentum provenire posse comperimus: idcirco capellaniam altaris sanctae Catharinae virginis ecclesiae parochialis in Odesheim, si, ut praemittitur, vacaverit, ex certa scientia justisque rationibus, nos ad hoc

monentibus, auctoritate nostra ordinaria dicti reverendissimi domini episcopi Spirensis nobis in hac parte commissa et concessa et qua fungimur (titulo tamen et illius institutione minime extincto, sed reservato), una cum fructibus, redditibus, censibus et proventibus universis ejusdem dictae plebaniae in Odesheim ad annos duodecim proxime et immediate a dato praesentium futuros, nec ultra, applicandum, annectendum et incorporandum duximus, prout deputamus, applicamus et annectimus per praesentes, ita, quod plebanus supradictus per hujusmodi duodecim annos fructus, redditus et proventus ac census aliaque emolumenta dictae per nos incorporatae capellaniae apprehendere, levare ac bonis ejus uti et gaudere eaque manutenere, hospitalitatem decenter exercere ac incumbentia et consueta plebaniae onera supportare possit et valeat. Volumus tamen titulum et institutionem saepedictae capellaniae alias in suo robore permanere, ac praesentium tenore similiter mandamus, ut per hujusmodi duodecim annos plebanus pro tempore existens in qualibet septimana unam feriam seu missam per se vel alium pro commemoratione et salute animarum omnium et singulorum, qui dictam capellaniam a primaevo bonis eorum temporalibus dotarunt, celebrare, super quo in eventum negligentiae ipsius oneramus conscientiam, nec non domum, vineas caeteraque ejusmodi capellaniae bona sub poena nostra arbitraria in esse ac debita et solita structura conservare adstrictus sit et teneatur. Similiter, quod ex hujusmodi capellaniae fructibus et proventibus impositiones aliaque onera et jura tam episcopalia, quam archidiaconalia, nec non capitularia sedis ruralis imponendas et imponenda ac alias imposita, toties, quoties opus fuerit, subeat et de illis satisfaciat, quibus per praemissa non intendimus in aliquo derogare. Et ut haec incorporatio, unio ordinariaque dispositio et decretum nostrum aliaque praemissa sic rata, grata et firma permaneant, praesentes nostras literas exinde fieri nostrique officii vicariatus sigilli jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Spirae die Mercurii, decima nona mensis junii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo. De mandato venerabilis domini vicarii supradicti, Valentinus Fischer, notarius.

312. *Philipp von Walpron, domdechant zu Speyer, bestimmt mit dem dortigen domcapitel über vermächtnisse zum fleissigen besuche der generalcapitelsversammlungen. Speyer,* 1561 *(?) april* 24.

Philippus de Walpron, decanus totumque capitulum ecclesiae Spirensis, notum facimus per praesentes, quod cum bonae memoriae Georgius Goeler a Ravenspurg, praepositus, et Christophorus a Munchingen, cantor ecclesiae nostrae, dum viverent, ob pium affectum, quo nos et capitulum nostrum prosequebantur, in suis testamentis seu ultimis voluntatibus legaverint et respective ordinaverint pro pensione annua et perpetua viginti octo florenos Rhenenses, hic quadragintos super officio Gleisweiler, ille vero centum sexaginta florenos Rhenenses super redditibus et proventibus pixidis nostrae capitularis, in eum finem, ut de praedictis viginti octo florenis annuae pensionis in singulis capitulis generalibus quotannis solitis juxta ordinationem nostram septem floreni Rhenenses inter canonicos capitulares praesentes et negotia ecclesiae diligenter tractantes distribuantur et dividantur. Nos voluntati dictorum quondam domini Georgii Goeler, praepositi, et Christophori de Munchingen, cantoris, gratis obtemperantes, attendenter, matura deliberatione atque tractatibus capitularibus praehabitis, de consensu reverendissimi in Christo patris et domini nostri, domini Marquardi, episcopi Spirensis et praepositi Weissenburgensis, statuimus et ordinavimus, statuimus et ordinamus per praesentes, quod semper post hoc perpetuis futuris temporibus in unoquoque generalium septem floreni modo praescripto scilicet inter canonicos, qui hujusmodi generalibus capitulis a principio usque ad finem interfuerint et negotia ecclesiae nostrae diligenter tractaverint, etiamsi ea capitula generalia ad plures dies pro negotiorum qualitate prorogari contingat et continuari, ex aequo distribui et partiri debeant, eos tamen, qui interim vel adversa corporis valetudine in civitate Spirensi decumbunt vel ecclesiae negotiis foris domive praesunt, aequali portione gaudere. Notarium vero capituli nostri, qui praesentium vel absentium hujusmodi canonicorum singularem advertentiam habere et in singulis capitulis generalibus ante inchoationem eorundem praesens nostrum statutum et ordinationem praelegere debet, pro qualibet vice uno solido denariorum remunerari volumus, adjecta tamen conditione illa, ut, si aliquem vel plures ex dictis dominis canonicis, per unum, duos vel plures dies dictis generalibus durantibus, ad-

esse et reliquos dies abesse contingeret, ille vel illi portione sua, quemlibet pro eadem seu eisdem diebus concernenti, careant. Quod sancire necessarium et opere pretium arbitramur, ut quemcunque nostrorum canonicorum pro communi commodo et expediendis ecclesiae nostrae negotiis arduis ad diligentiorem sui ad generalia capitula praesentationem invitemus atque ut ipsorum virorum perpetuo in capitulis nostris recordetur, ad praesentis statuti et ordinationis observationem nos et successores nostri efficaciter obligamur. Nos vero Marquardus episcopus praelibatus ejusmodi statutum et ordinationem et omnia et singula praemissa in evidentem ecclesiae nostrae utilitatem negotiorumque celeriorem expeditionem tendere comperientes, auctorizationem nostrae ordinariae praesidio pro subsistentia firmiori in omnibus suis punctis confirmandam et approbandam duximus, prout approbamus et confirmamus per praesentes ob hocque ad preces dictorum dominorum decani et capituli sigilli nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Nos quoque decanus et capitulum supradicti in fidem sigillum capituli nostri majus coappendi fecimus. Datum et actum Spirae in loco capitulari solito et capitulo generali, die Mercurii post dominicam Quasi modo geniti, sub anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo . . . . .

---

313. *Pius V. pabst ermahnt den bischof Marquard zu Speyer wegen abhaltung einer dioecesanvisitation und züchtigung unsittlicher geistlichen. Rom,* 1566 *juni* 13.

Pius papa quintus. Venerabilis frater, salutem at apostolicam benedictionem. Pro loco, in quo visum fuit Domino nos constituere, paterno animo de salute nobilissimae nationis Germanicae cogitantes, non desistimus, nec dies, nec noctes meditari, quibusnam remediis tantas haereses, quae inde ortae tanquam ex fonte quodam in alias provincias dimanarunt, quibusque praeter miserabilem animarum jacturam, tot et tam graves illi nationi calamitates invexerunt, extinguere possimus. Sed cum nobiscum cogitamus et cum viris rerum Germaniae peritis de tanti mali remediis consultamus, tantis haeresibus causam inprimis dedisse intelligimus turpem, inhonestam et pudendam ecclesiasticorum vitam. Qui enim lumen laicis praeferre debuerant ad recte, honeste pieque vivendum, hii, sicut accepimus, quod tamen sine bonorum con-

tumelia dictum volumus, concubinas domi habentes, sine ullo Dei timore, sine ulla hominum verecundia, easque secum circumducere soliti et in ecclesiis ac conviviis, perinde ac si legitimae uxores essent, quod sine pudore referri non potest, etiam ordinis ac dignitatis suae nominibus appellatas, ostendere, tam impudenti vitae nequitia populos adeo offenderunt, ut propter eorum infamiam et contemptum facile potuerint haeretici suas frequentare sectas et haeresum venena diffundere. Itaque hujus tanti mali illud inprimis aptum et necessarium existimatur esse remedium, ut sacerdotes et alii clerici concubinas dimittere et vitam professione sua dignam degere cogantur. Quod ni ita fiat propediem, quod Deus avertat! nullae supererunt in Germania catholicorum reliquiae et omnis prorsus lux catholicae religionis extinguetur. Quocirca cum pro commisso nobis officio praeterire nolumus, quin faciamus, quicquid possumus, ut catholicorum reliquias in Germania conservemus, eosque etiam, qui a recta fide deducti sunt, ad veritatem ecclesiae reducamus, fraternitatem tuam sub divini obtestatione judicii hortamur ac monemus, ut officii tui memor, nec quidquam aliud praeterquam Dei honorem et animarum salutem respiciens, dioecesim tuam visites et mores atque actus ecclesiasticorum diligenter inquirens cum alia, quae correctione eguerint, corrigas, tum quoscunque repereris clericos concubinas habere, illos ab se segregare, eas et expellere compellas, contumacesque et in nequitia perseverantes juxta canonicas punias sanctiones, in subjectos tibi ordinaria tua, adversus exemptos autem apostolica, quam tibi, quatenus opus sit, concedimus, auctoritate procedens. Memento, frater, ejus, quod beatus dixit Gregorius, antecessor noster: Cum in subjecto peccatum non corrigitur, in eos, qui praesunt, sententia retorquetur. Cogita, quam haec vita sit brevis, quam sint hujus mundi honores momentanei. Cogita, reddendam fore ab unoquoque nostrum rationem officii sui in illo tremendo judicio. Vae, vae illi, qui tanta scandala, quae removere potuerit, negligentia confirmaverit et dissimulatione approbaverit. Dum igitur potes evitare, cura et labora, ne criminum tantorum, a quibus eos, quibus praees, revocare neglexeris, abs te poena, quod absit, luenda sit. Quo fidentius autem in clero tuo, quae corrigenda fuerint, corrigere aggrediaris, scito nos cum carissimo in Christo filio nostro, Romanorum imperatore electo, cui ipsi quoque hanc cleri correctionem maxime necessariam

videri intelligimus, vehementer egisse, ut ad officium tam necessarium exequendum tibi, reliquis episcopis et fratribus nostris caesarei sui favoris auxilium efficaciter velit impendere. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia junii, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, pontificatus nostri anno primo. Ant. Florebellus Lanellinus.

---

314. *Marquard bischof zu Speyer ernennt den Johann Schwab zum schlosscaplan auf der Krobsburg. Udenheim,* 1568 *aug.* 27.

Marquardus Dei gratia episcopus Spirensis et praepositus Wyssenburgensis discreto in Christo nobis dilecto juveni Joanni Schwap, clerico nostrae Spirensis dioecesis, salutem in Domino. Laudabilia virtutum tuarum merita, quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te clementer favore prosequamur et idcirco capellaniam altaris sancti Egidii in castro Krobspurg, per liberam resignationem Valentini Bierzapffen, ultimi ejusdem possessoris, vacantem, tibi pure, simpliciter et propter Deum contulimus et te de eadem investivimus, prout conferimus et investimus per praesentes. Mandantes insuper honorabili in Christo nobis devoto, dilecto plebano in Kirweiler, quatenus te vel procuratorem tuum, ad hoc legitime constitutum, in et ad dictae capellaniae veram, realem et actualem possessionem inducat tibique de fructibus, redditibus et obventionibus ejusdem universis, ab omnibus et singulis, quorum interest, responderi faciat, adhibitis circa haec sollempnitatibus debitis et consuetis. In cujus rei fidem sigillum nostrum secretum praesentibus est appensum. Actum in arce nostra Udenheim, die vicesima septima mensis augusti, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo.

---

315. *Das domcapitel zu Speyer trifft bestimmung über die besetzung der sexpräbenden der cathedrale. Speyer,* 1569 *jan.* 17.

In nomine Domini, amen. Nos Andreas de Oberstein, decanus, totum capitulum cathedralis ecclesiae Spirensis, attendentes, quanta retroactis temporibus nostrorum antecessorum tam in spiritualibus, quam in temporalibus propter assumptionem et electionem personarum, plerumque minus idonearum ad beneficia, in nostra ecclesia Spirensi communiter ad collationem decani et capituli spectantia, praesertim de quin-

que sexpraebendis sacerdotibus, quas duntaxat sub hac ordinatione praesenti, quam primam mediam vocamus, comprehendi et se ultra easdem non extendi volumus, ipsa ecclesia nostra propter importunas potentium preces, pericula et incommoda est perpessa, ex quibus disciplina choralis periit, ceremoniae laudabiles neglectae et divinus cultus exstitit diminutus. Summo igitur opere expedire arbitramur, ut de praedictis sexpraebendis, ut supra, in ecclesia nostra vigore indulti apostolici desuper impetrati, utrisque mensibus apostolicis et ordinariorum conferendis, salubriter disponamus. Nos itaque in capitulo nostro ad hoc specialiter deputato et ordinato, vocatis vocandis, convenientes, matura deliberatione inter nos praehabita, hujusmodi incommodis et periculis providere et quantum cum Deo possumus, obviare desiderantes, omnes et singuli pro tunc capitulum formantes, concordavimus et unanimi consensu et voluntate in hac ordinatione perpetuo valitura statuimus et ordinamus, ut primo venerabilis et nobilis vir, Andreas de Oberstein, decanus noster, vacante una dictarum sexpraebendarum, etiam in mensibus apostolicis et non prius infra octo dies proxime sequentes a die notitiae computando nominet et praesentet personam idoneam et habilem (prout hujusmodi sexpraebendarum nova erectio et institutio requirit) capitulo nostro Spirensi ad inquirendum et se informandum super idoneitate personae nominatae et postquam talis persona fuerit idonea pronuntiata et ut talis admissa, debet dominus decanus pro tempore eidem personae et non alteri infra octo dies immediate sequentes de praefata sexpraebenda, ad quam est praesentata, providere et illam investire ac in possessionem realem et actualem inducere. Provisio vero seu institutio aliter vel alteri facta nullius sit roboris vel momenti, ita tamen, quod sic provisus juret servare statuta, consuetudines et institutiones juxta beneficii sui qualitatem et juramenti desuper specialiter facti continentiam. Et praefata nominatio fieri debet per quemlibet canonicum non suspensum personaliter aut per procuratorem, habentem sufficientem potestatem nominandi in capitulo et in praesentia canonicorum ad hoc capitulariter congregatorum. Et post decanum dominus Otto ab Amelunxen, senior canonicus, nominet et praesentet similem idoneam personam ad sequentem vacantem sexpraebendam decano et capitulo infra octo dies, ut supra. Deinde quoque quilibet canonicorum subscriptorum secundum ordinem sui introitus seu aetatis suae nominet et

praesentet in forma, qua supra. Porro si quis canonicorum infrascriptorum juxta modum praescriptum beneficio vacante habilem et idoneam personam nominare et praesentare non curaverit aut neglexerit, commodo praesentis nominationis, quae prima media vocatur et ad quinque sexpraebendas sacerdotales sese duntaxat extendit, ut supra, carebit, posteaque potestatem nominandi ante finem praesentis ordinationis non habebit. Volumus quoque et ordinamus, quod nominatus et receptus modo, quo supra, sive in apostolicis, sive in ordinariorum mensibus, si ipsum super beneficio, ad quod receptus fuerit et admissus, litigare contingat, causam ipsam per se vel suos procuratores agitare et defendere curabit suis propriis laboribus et expensis sine omni praejudicio et damno decani et capituli singulariumque personarum ecclesiae Spirensis praedictae. Item jurabit, quod beneficium sic sibi collatum non dimittet, nec resignabit, nisi ad manus decani et capituli. Et si aliquos processus publicari contigerit super tali beneficio, quod tunc ipse vel suus procurator intra tempus a jure vel homine ordinatum suis laboribus et expensis appellabit, adhaesionem petet et appellationem sic interpositam debito tempore cum effectu prosequatur, alioquin, si receptus ad beneficium praescripta non fecerit aut neglexerit, tunc a jure suae receptionis cedat et decanus et capitulum communiter vel divisim non tenentur dictum receptum manutenere in beneficio sic recepto. Insuper est sciendum, quod, si beneficium sic collatum evinceretur in jure vel ab ipso nominato et adeo graves processus venirent, qui sonarent ad privationem, inhabilitationem vel personalem citationem vel alia, ex quibus ecclesiae Spirensi vel personis ejusdem grave periculum posset evenire, ex tunc decanus et capitulum pro tunc praesentes et capitulum formantes, prout nomine totius capituli talibus processibus obedire, praesentia vel absentia vel contradictione ordinarii aut notarii vel alterius cujuscunque non obstante. Et quidquid in hoc fecerint decanus et capitulum, id debet et tenetur ordinarius observare. Nos quoque omnes et singuli infrascripti pro nobis nostrisque successoribus capitularibus obligamus, nosque ordinationem praesentem juxta formam et modum praescriptos ratam et firmam tenebimus, nec contra ipsam vel in toto vel in parte, directe vel indirecte, veniemus vel faciemus quovis modo. Si quis autem vel si qui eandem hanc ordinationem in toto vel in parte observare renuerit vel renuerint, vel impe-

dire praesumpserit vel praesumpserint, commodo vel emolumento ejusdem ordinationis ipso facto privatum vel privatos esse volumus, absque aliqua declinatione quacunque, et nihilominus nobis aliisque canonicis fideliter adhaerebit et adhaerebunt sub fide et obligatione, quibus ecclesiae et capitulo est astrictus vel sunt astricti. Cum autem hujusmodi nostra ordinatio ad quinque sexpraebendas sese tantummodo, ut praefertur, extendat et in ecclesia nostra praedicta hujusmodi praebendarum reperiantur sex institutae, ne successu temporis de hujusmodi residuae sexpraebendae collatione dubitari et desuper differentiae et dissentiones exoriri contingat, ipsarum quinque sexpraebendarum, ad communem capituli nostri collationem pertinentium, pro nunc possessores specificari ac propriis nominibus et cognominibus huic nostrae ordinationi inscribi fecimus, quorum nomina haec sunt: V. M. Matthias Oh, Andreas Mineck et Jacobus Gensar, jurium doctores. Et hic notandum est, quod modo duae sexpraebendae, una per obitum domini Joannis Vesenbeck et altera per liberam resignationem d. m. Stephani Rumelii vacant. Ad sextam vero sexpraebendam, quam pro nunc M. Wendelinus Weis obtinet, dominus praepositus ecclesiae Spirensis pro tempore existens, vacationis tempore occurrente, ab antiquo et per concessionem capituli nostri personam idoneam et habilem modo praemisso consuevit et nominare et praesentare. De qua quidem sexta sexpraebenda jam, ut praefertur, specificata, nullus canonicorum, in hujusmodi nostra ordinatione comprehensorum, dum eam vacare contigerit, quovis modo se intromittere habebit, neque debebit. Nomina vero canonicorum praesentis ordinationis, quae prima media vocatur, et nominare debentium secundum formam praescriptam et juxta suum introitum sunt haec: primo Andreas de Oberstein, decanus, Otto ab Amelunxen, senior, Wilhelmus ab Amelunxen, custos, Christophorus Nagel a Dirmstein, Caspar Schliderer de Lachen, cantor, Eberhardus a Dienheim, Joannes de Hadsfeld, Wilhelmus a Schuzbar, dictus Milchling, Georgius a Schoenenberg, Joannes Hendschusheim et Fridericus de Holdnigkhausen, scholasticus. In cujus rei testimonium sigillum capituli nostri majus praesentibus est appensum. Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, in generali capitulo ipso die Antonii.

316. *Marquard bischof zu Speyer ernennt Eberhard von Dienheim zum dortigen domsänger. Speyer,* 1569 *dec.* 7.

Marquardus Dei gratia episcopus Spirensis et praepositus Weissenburgensis etc. venerabilibus in Christo nobis sincere devotis, dilectis, decano et capitulo cathedralis ecclesiae nostrae Spirensis, aeternam in Domino salutem. Ex pastoralis officii nostri benevolentia illis favorem promotionis libenter impendimus, quos generis nobilitas, literarum scientia, vitae et morum honestas aliaque laudabilia ac virtutum merita reddunt commendatos. Vacante siquidem cantoria ecclesiae nostrae cathedralis praedictae, cujus collatio, provisio et quaevis alia dispositio, vacationis casu occurrente, ad nos et pro tempore existentes episcopos Spirenses pleno jure pertinere dignoscitur. Volentes igitur venerabilem in Christo nobis dilectum, devotum Eberhardum a Dienheim, antedictae ecclesiae nostrae cathedralis Spirensis canonicum capitularem, apud nos de meritis praefatis multipliciter commendatum, favore prosequi gratioso, eidem Eberhardo eandem cantoriam cum omnibus juribus et pertinentiis suis in Dei nomine more solito conferendam duximus et contulimus, prout de eadem providemus per praesentes. Mandantes insuper vobis decano et capitulo supradictis in virtute sanctae obedientiae, quatenus eundem Eberhardum vel procuratorem suum, ad hoc legitime constitutum, pro eo in et ad saepedictam cantoriam ejusque corporalem, realem et actualem possessionem inducatis, sibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis ejusdem ab omnibus et singulis, quorum interest, integre respondeatis et responderi faciatis, adhibitis circa haec sollemnitatibus debitis et consuetis. In quorum fidem et testimonium sigillum nostrum secretum praesentibus fecimus appendi. Actum et datum Spirae die Mercurii, quae erat septima mensis decembris, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono.

---

317. *Pius V. pabst ermuntert den bischof Marquard zu Speyer, auf dem dortigen reichsconvente sich des katholischen glaubens anzunehmen. Rom,* 1570 *juni* 3.

Pius papa quintus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Quamvis persuasum nobis sit, fraternitatem tuam, quam pro suo officio affuturam esse non dubitamus in eo conventu, qui hoc ipso mense a carissimo nobis

in Christo filio Maximiliano, imperatore electo, ad Spiram inductus esse dicitur, in eo ipso conventu neque personae sibi ab omnipotenti Deo impositae, neque existimationi tuae ullo loco defuturam: tamen nullo modo praetermittere debuimus, quin, sicut caeteros istius provinciae archiepiscopos et episcopos, sic illam quoque hortaremur ad officium suum in eodem conventu pro catholicae fidei atque ordinis ecclesiastici defensione praestandum. Haereticorum consuetudo, quae sit in ejusmodi conventibus, fraternitati tuae minime obscurum esse putamus, quorum oblata occasione aliquid semper novi moliuntur vel ad confirmandas haeresum suarum pestes, vel ad sanctissimas ecclesiae constitutiones labefactandas, vel ad hujus sanctae sedis apostolicae dignitatem auctoritatemque minuendam, quod idem, si nunc (quod Deus avertat) facere tentavèrint, fraternitatis tuae partes erunt, primum quidem illud conari, ne aliquid de rebus ad religionem pertinentibus agatur, deinde, si id obtineri non potuerit, id saltem studere, ne quid statuatur ac decernatur, quod vel religionem catholicam, tot haeresum venenis afflictam, in pejorem, quam quo nunc est, statum adducere, vel huic sanctae sedi apostolicae majora, quam adhuc accepit, detrimenta inferre possit. Verum de tota hac re idcirco paucioribus verbis, quam quae ipsius rei magnitudo postulat, ad fraternitatem tuam in praesentia scribimus, quia plura dilecto filio, magistro Melchiori Bilio, notario nostro et apud caesaream majestatem nostro et sedis apostolicae nuntio, tibi nostro nomine communicanda mandavimus, cujus super hac ipsa re sermoni perinde fraternitas tua fidem habebit, ac si nos praesentes secumque loquentes audiret. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii MDLXX., pontificatus nostri anno quinto. — T. Aldobrandinus. — Venerabili fratri, episcopo Spirensi. —

---

318. *Marquard bischof zu Speyer verleiht die St. Nicolaus caplanei zu Speyer dem Matthias Müller. Speyer,* 1570 *oct.* 16.

Marquardus Dei gratia episcopus Spirensis et praepositus Weissenburgensis etc. honorabili in Christo nobis devoto, dilecto Matthiae Molitori, vicario ecclesiae nostrae cathedralis Spirensis, salutem in Domino. Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum tuarum merita nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales et idcirco

capellaniam, pastoriam mortuam nuncupatam, altaris sancti Nicolai in capella ejusdem sancti in civitate Spirensi, de collatione nostra existentem et per obitum Adami Danckmann vacantem, tibi pure, simpliciter propter Deum contulimus, teque de eadem investivimus, prout conferimus et investimus per praesentes. Mandantes insuper omnibus et singulis ecclesiasticis personis, nostrae jurisdictioni subjectis ac praesentibus requisitis, quatenus te in et ad dictae capellaniae seu pastoriae veram, realem, corporalem et actualem possessionem inducant, tibique de fructibus, redditibus, proventibus et obventionibus universis ejusdem ab omnibus et singulis, quorum interest, responderi faciant, adhibitis circa haec sollemnitatibus debitis et consuetis. In cujus rei fidem sigillum nostrum secretum praesentibus est appensum. Actum Spirae die lunae, quae erat decima sexta mensis octobris, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo.

---

319. *Das domcapitel zu Speyer trifft bestimmungen über die besetzung der canonicate an der dortigen cathedrale. Speyer,* 1571.

In nomine Domini, amen. Andreas de Oberstein, decanus, totumque capitulum ecclesiae Spirensis. Attendentes, quanta retroactis temporibus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, propter assumptionem personarum plerumque minus idonearum ad canonicatus et praebendas ecclesiae nostrae ob multitudinem et concursum nobilium, magnatum et potentatum, hujusmodi canonicatus et praebendas importunis precum instantiis petentium, ipsa nostra ecclesia pericula et incommoda est perpessa et quibus disciplina choralis periit divinusque cultus exstitit diminutus: summo igitur opere expedire arbitramur, ut de ipsis canonicatibus et praebendis ejusdem ecclesiae nostrae conferendis disponamus. Nos itaque in capitulo nostro ad hoc specialiter ordinato et deputato, vocatis vocandis, convenientes, matura inter nos deliberatione habita, hujusmodi incommodis et periculis providere ac eis, quantum cum Deo possumus, obviare desiderantes, ad honorem Dei genitricis, semper virginis Mariae et utilitatem nostrae ecclesiae et chori disciplinae observantiam divinique cultus conservationem et augmentum, omnes et singuli pro tunc nostrum capitulum formantes, concordavimus pari consensu et unanimi voluntate, nemine discrepante in hac ordi-

natione perpetuo valitura (salvis tamen apostolicae sedis provisionibus) statuimusque, decrevimus, ordinavimus ac praesentibus statuimus, volumus et ordinamus, ut primo venerabilis et nobilis vir, dominus Andreas de Oberstein, decanus praefatus, nominet et praesentet capitulo nostro, quocunque tempore voluerit, sive ante, sive infra octo dierum spatium immediate post vacationem praebendae, dummodo sibi nominanti vacatio ejusdem praebendae infra hujusmodi octo dies innotuerit, ex tunc enim infra octo dies notae scientiae hujusmodi praebendae vacationis, ita tamen, quod nominans ignorantiam vacationis non simulet et in praesentando dolum quaerat et committat, personam idoneam de militari prosapia et legitimo matrimonio procreatam, non corpore vitiatam, in canonicum nostrae Spirensis ecclesiae recipiendum, ad videndum et docendum, an sit idoneus ad canonicatum et praebendam proxime vacaturam, seu actu vacantem, sibi in ordine suae receptionis debitam. Ad quam praebendam vacantem dictus nominatus, etiam probatione nobilitatis et idoneitatis nondum facta, per decanum et capitulum in canonicum recipietur et deinde sua probatione facta et quatenus idem nominatus idoneus repertus fuerit et per capitulum approbatus, absque difficultate ad jam actu vacantem seu proxime vacaturam praebendam sibi in ordine debitam recipiatur et admittatur. Et post decanum dominus Otto ab Amelunxen, senior canonicus, nominet et praesentet ante vel infra octo dies post vacationem praebendae, modo, quo supra, ad canonicatum et praebendam secundam proxime vacaturam seu jam actu vacantem, ipsum in suo ordine tangentem. Deinde quoque quilibet jam actu capitularis et sui introitus senior, quorum nomina inferius inscribuntur, nominet et praesentet etiam in forma, qua supra. Et sic singuli, quando voluerint, poterunt nominare et nominatum ante vel post vacationem praebendae capitulo praesentare atque singuli nominati et per decanum et capitulum approbati singulariter recipiantur in canonicos et confratres. Et ad jura canonicatus receptus vel recepti, quilibet ad sui nominationem et receptionem praebendam canonicalem cum plenitudine juris canonici suo ordine consequatur seu consequantur, et per decanum et capitulum ipsius nostrae ecclesiae et canonicos praesentes, absentibus non vocatis nec exspectatis, successive sine dilatione seu contradictione et impedimentis cujuslibet cessantibus, conferantur. Ita tamen, quod sic nominatus in canonicum non

petat, nec recipiat juxta ecclesiae nostrae consuetudinem, quique nomine et ratione dictae nominationis et receptionis in canonicum, nisi, postquam ad praebendam, de jure et facto vacantem et sibi ex ordine debitam, a decano et capitulo fuerit receptus realiter et admissus, ex tunc annus redemptionis sive carentiae finitur, fructus recipiat secundum consuetudinem ecclesiae nostrae hactenus observatam. Et praefata nominatio recipiendorum canonicorum fieri debet per quemlibet nominantem canonicum praesentialiter aut per procuratorem ad hoc mandatum specialiter in capitulo nostro coram canonicis tunc praesentibus. Quae persona, ut sic a quocunque canonico nominata et per decanum et capitulum super idoneitate examinata et approbata, sine quolibet contradictionis obstaculo sive impedimento ad canonicatum primo et deinde ad praebendam, si qua tunc vacet, aut suo tempore proxime vacaturam praebendam recipi debet et admitti. Porro si quis infrascriptorum canonicorum juxta modum praescriptum habilem et idoneam personam nominare et praesentare non curaret aut negligeret, commodo praesentis ordinationis carebit et potestatem nominandi non habebit. Si vero nominatus per quemcunque canonicorum infrascriptorum ante praebendae assecutionem seu vacationem mortuus vel monachus seu laicus effectus fuerit, nominans alium nominandi potestatem non habebit. Tandem si nominans moritur ante receptionem nominati in canonicum a decano et capitulo, vel si nominans moritur post receptionem nominati in canonicum, tunc mors nominantis non nocebit in praebenda vacante seu proxime vacatura nominato et recepto. Et sequens nominatus in assecutione praebendae vacantis seu vacaturae locum primum obtinebit et deinde secundum ordinem nominationis quilibet habebit suum locum. Canonicatus vero et praebendae, qui Romanae curiae quovis modo reservati vel affecti sunt, seu alias qualitercunque ad collationem ordinariam pro illa vice minime spectare dignoscerentur, si alicui in ordinariorum mensibus conferrentur et nominatus aliquis acceptare vellet, tenebitur iste per tres sententias definitivas, conformes et ratione hujusmodi inrotulatas, factis defensionibus legitimis provisionem factam et acceptatam realiter et effectualiter defendere, ita quod adversarios suos in poenam contumaciae procedere non permittat vel alias probabiliter negligens sit, ex tunc ad alias praebendas vacaturas virtute praetactae nominationis nullam spem habebit, nec ipsi ad aliam prae-

bendam pro illa vice volumus obligari. Si quis autem diligentia facta modo, quo supra, evinceretur, ex tunc canonicatum et praebendam per evictionem hujusmodi proxime vacaturos et ad collationem capituli, ut praemittitur, spectantes, libere absque statutorum ulteriorum solutionis onere exspectabit, sicque consequenter, donec praesens nominatio duraverit, cum omnibus et singulis in ea descriptis observabitur. Et qui medio tempore juxta ordinem prae et infra scriptum recepti fuerint et admissi, ex hoc minime inquietare debebunt, sed in et ex suis receptionibus plenum jus consequantur et tuebuntur et tueri debent. Praebendam vero seu praebendas curiae Romanae reservatas nullus nominatorum tenebitur acceptare, nisi velit libera voluntate, sed post juxta ordinem ipsum tangentem proximám extra Romanam curiam vacantem seu sedi apostolicae non reservatam exspectare. Si quis autem nominatorum aliquo modo praebendam curiae Romanae reservatam acceptaverit, debet esse contentus, nec aliam ulterius exspectabit. Item volumus et ordinamus, quod nominatus quicunque, si ipsum super praebenda, ad quam in suo ordine fuerit receptus et admissus, litigare contingat, causam ipsam per se vel suos procuratores agitari et defendi procurabit suis propriis sumptibus et expensis sine omni praejudicio et damno decani ac capituli ac singularium personarum ecclèsiae Spirensis praedictae, et quilibet nominatus per se ante omnem receptionem et admissionem ad praebendam vacantem et sibi ex ordine debitam cautionem sufficientem faciat, videlicet quod capitulum, nostram ecclesiam et personas ecclesiae singulares indemnes servet et relevet, realiter, faciendo fidejussoriam cautionem juxta formam et tenorem notulae literae desuper confectae et in libro ecclesiae statutorum conscriptae. Volumus et ordinamus etiam, quod quilibet receptus et nominatus in canonicum, antequam ad praebendam sibi ex ordine debitam admittatur, literam suae receptionis in canonicum in capitulo nostro praesentet et per se vel procuratorem suum, quem in civitate Spirensi habere debet et tenetur, juret ad sancta Dei evangelia, se praebendam non velle resignare, nisi ad manus decani et capituli. Et nihilominus tenere fidejussione praedicta indemnes et in jure defendere ac etiam, si literas apostolicas aut alias quascunque publicare contra contigerit, per se vel per procuratorem suum infra tempus nominationis et a jure statutum suis laboribus et expensis a talibus appellare tenetur ac appella-

tionibus legitimis interponat et eam prosequi intra tempus debitum procuret, cui appellationi ut sic interpositae capitulum adhaerere debet. Si vero denominatus absens et ejus procurator tunc capitulum appellet, quam appellationem per capitulum interpositam recipere et prosequi tenetur nominatus suis propriis laboribus et expensis, ut praefertur, alioquin si praescripta nominatus non fecerit seu neglexerit, sequens ipsum ex ordine nominandi hoc facere potest et debet. Et si idem sequens negligens fuerit sive non faciens, commodo suae nominationis carebit, nec praebendam aliam ipsius nominationis vigore exspectabit. Et hoc de singulis nominatis volumus firmiter observari. Et si praescriptus nominans et nominatus praescriptam ordinationem non servaverit vel servaverint in toto vel in parte, decanus et capitulum communiter vel divisim non tenentur dictum nominatum manutenere, nec sibi assistere quoquo modo. Item ob tranquillitatem et pacem inter nos omnes observandam specialiter duximus statuendum, quod si quis aut aliqui, quod absit, ex nostro capitulo illum nominatum, quem tunc ordo ad consequendam praebendam tetigerit, ex odii fomite vel alias minus juste in praebendae assecutione praesumeret vel praesumerent impedire, nos alii omnes et singuli dicto nominato contra praefatos impedientes fideliter adsistere volumus et debemus. Et dominus decanus, qui pro tempore fuerit, aut senior canonicus juxta ordinem sui introitus, qui ea die in matutinis fuerit et vices decani juxta nostrae ecclesiae consuetudinem gerit, de omnium nostrum speciali mandato et indulgentia, quando ex nunc in hac litera eis damus praebendam vacantem juxta ordinem cujuslibet nominati et recepti, contradictione cujuslibet alterius non obstante ac omni mora cessante, assignare debet ac ipsum nominatum in possessionem corporalem juriumque et pertinentium dictae praebendae mittat et inducat, stallum sibi choro assignando ac de proventibus, juribus et obventionibus dictae praebendae faciat juxta ecclesiae nostrae consuetudinem realiter per officiatos nostros responderi. Insuper est sciendum, quod si canonicatus et praebendae evincerentur in jure ab ordinario possessore, vel adeo graves processus venirent, qui sonarent ad privationem et inhabilitationem beneficiorum, vel ex quibus ecclesiae nostrae Spirensi vel personis verisimiliter grave periculum posset evenire, tunc decanus et capitulum pro tunc praesentes et capitulum formantes possunt talibus processi-

bus obedire, praesentia vel absentia ordinarii non obstante, et quod in hoc fecerint decanus et capitulum ecclesiae saepedictae, hoc debet et tenetur ordinarius observare. Statuimus insuper et ordinamus, ut omnes et singuli absentes jam capitulares et quos ad nostrum capitulum ex nunc in antea recipi contigerit seu recepti fuerint et admissi, omnia et singula jurent ad sancta Dei evangelia, una nobiscum se perpetuo et inviolabiliter observaturos, ac praefati absentes jam capitulares, qui annum residentiae compleverunt et annum episcopalem redemerunt, qui de praesenti vel futuro currunt aut current in continuis, jam non, sed dum ad residentiam venerint, annoque residentiae dimidio completo (dummodo propter hoc praecipue non venerint ad residentiam, quod propriis ipsorum juramentis affirmare debent), si casus vacationis evenerit et non ante, eorum quilibet in ordine suo nominandi habeant potestatem. Promittimus omnes et singuli infrascripti pro nobis nostrisque successoribus capitularibus per juramenta nostra corporaliter a singulis nostris tradita, quod ordinationem praesentem, nominationem, receptionem et assignationem canonicatuum et praebendarum, juxta formam et modum praedictum factas et faciendas, omnia quoque singula alia suprascripta et infradicta rata et firma semper tenebimus et habebimus, nec contra ipsos vel ipsa seu eorum aliqua singuli vel universi, per nos vel alios, directe vel indirecte veniemus vel faciemus quovis modo, nec infringemus in toto vel in parte. Si quis autem, vel si qui praesentem ordinationem in toto vel in parte observare renuerit vel renuerint, sive jurare non curaverit vel curaverint, aut impedire praesumpserit vel praesumpserint, ipsum et ipsos commodo et emolumento ejusdem ordinationis ipso facto privatum et privatos esse volumus absque alia declaratione quacunque, nec aliquis ad ipsius nominationem ad praebendam recipiatur, nec recipi permittatur quovis modo. Et nihilominus nobis aliis canonicis in praemissis fideliter adhaerebit et adhaerebunt sub fide et obligatione, quibus ecclesiae et capitulo sunt adstricti vel adstrictus est. Nomina vero canonicorum praesentis nominationis ac ordinationis ac nominare debentium secundum formam praescriptam juxta suum introitum sunt haec: dominus Andreas de Oberstein, decanus et praepositus in Odenheim, Otto ab Amelunxen, senior et praepositus s. s. Germani et Mauritii, Wilhelmus ab Amelunxen, custos, Christophorus Nagel a Dirmstein, decanus cathedralis

Wormatiensis, Eberhardus a Dienheim, cantor, Joannes de Hadsfeld, Wilhelmus Schutzpar, nominatus Milchling, Georgius a Schoenenberg, decanus metropolitanae Moguntinae, Joannes de Hendtshusheim, Fridericus ab Holdnigkhausen, scholasticus, et Valentinus Echter de Mespelbron ... In quorum omnium et singulorum robur et testimonium evidens sigillum nostri capituli majus praesentibus est appensum. Datum et actum Spirae in loco nostro capitulari, die Martis vicesima octava mensis . . : anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo.

---

320. *Das domcapitel zu Speyer schreibt das vom pabste Pius V. gewährte jubiläum, um hülfe gegen die Türken zu erflehen, aus. Speyer,* 1570 *oct.* 13.

Decanus et capitulum cathedralis ecclesiae Spirensis omnibus et singulis hujus ecclesiae canonicis ac caeteris cujuscunque aestimationis personis salutem in Domino. Misere catholica ecclesia affligitur undique. Nam praeter domesticas calamitates, quas ex animorum dissentione, tum ob religionis negotium, tum ob alias causas in dies magis ac magis experimur, accedunt etiam externae aeque graves, si non graviores. Quum enim Turcicus imperator, juratus hoştis christiani nominis, non ita pridem insulam Cyprum contra omnem aequitatem, sed pro solo tyrannico imperio a Venetis postulasset, nunc eandem vi et armis non solum Venetis, sed et omnibus christianis conatur eripere. Quare et ingentem classem (cum ?) feroci milite, nil nisi christianum sanguinem sitiente ac denique omnibus, quae ad gravissimum bellum requiruntur, instructissimam eo misit barbarumque militem in ipsam insulam exposuit. Quia vero omnibus christianis magni refert hanc opulentissimam insulam et revera fortunatam possidere, quod in hoc periculosissimo bello valde ambiguum erit, nisi mature ad Deum confugiamus, quaque amissa omnis fere spes cum eandem, tum etiam terram sanctam recuperandi adempta foret, sanctus dominus noster Pius, papa quintus, ex paterna solicitudine, quam pro ecclesia gerit, diplomate quodam sub dato sexto idus septembris praesentis anni septuagesimi emisso et per autenticum exemplar nobis commonstratum publicato jubilaeum promulgat duplicibusque armis immanissimo hosti obviam eundum esse censet, nempe dum alicui rem graviter manibus gerunt, quod ipsum facturi procul dubio isti strenue, qui in triplici navali exercitu, nimirum Romani pontificis, se-

nay gehorig vnd davon jherlich zween vnd zwainzig gulden lautt eines irer liebden eingeantwortten bestandt vnd verfugungs brieff zue Kirweiler gericht worden, auch allen andern darzu gehorigen rechten, zugehorung vnd einkommen, ob vnd vnder der erden, besuchet vnd vnbesuchet, allermassen vnd gestalt solches wechsels weiss vf vns vnd vnsern orden von Wilhelm Steffan Vibeln kommen vnd wir biss anhero rhuebig genossenn, genutzt vnd inngehabt. Vnd kompt solicher kauff fur vnd vmb sieben thausent gulden Reynisch oder Speyrischer land wehrung, die wir von sinner des bischoffs libden also pahr zu vnsern handen vnd genugen empfangen vnd in vnsers ordens nutzen verwandt habenn. Hieruber wir sine liebden in bester form quittiren vnd hingegen demselben obvermeltes schlosslein vnd burg Alten-Kirweilr ledig vnd aigenthumblich sambt allem, so darzu gehorig, hiemit vnd in crafft dises fur vns, vnsern orden vnd nachkommen vbergebende, also vnd der gestalt, dass sie nuhn hinfuro mit demselben ihres aigenen gevallens alss mit andern iren vnd dero stiffts gutern, ohngehindert vnser, vnsers ordens vnd menniglichs schaffen, thun vnd lassen mogen, dann wihr fur vns, vnsern orden vnd nachkommen vns aller deren darauff gehabten freyheitten, macht vnd gerechtigkeit hiermit allerdings vertzigen vnd begeben, thuen vnd versprechen hinfuro, zu sollichem nihmmermehr einichen zuspruch zu haben oder zu gewinnen, weder in noch ausserhalb rechtens in gar kein weiss noch weg. Es soll auch vff jetztgesetzten, aber doch vnverhofften fall an- oder zuspruchs vns, vnsern orden vnd nachkommen hierwider nichts schutzen, schirmen, noch befreyen einige gnadt, freyheit, geistlich, noch weltliche obrigkeit, es seyn bahn, acht, vertrag, dann fursten, graven oder herrn vnd in summa gar nichts, so disem kauff zuwider ir recht beschrieben oder hinfuhro erdacht vnd vfgericht werden mochte, dessen wihr vnss alless fur vns, vnsern orden vnd nachkommen gentzlich begeben vnd verzigen haben, trewlich vnd ohne geverde. Dessen zu wahrem vrkhundt haben wihr dissen kaufftbrieff mit vnserm anhangenden secretz innsigel bevestiget vnd mit aigenen henden vnderschriben. So geben vnd gescheen in vnser statt Mergentheim den vierten februarii nach Christi vnsers erlosers vnd seligmachers gebuhrt im sechzehenhunderst vnd andern jhare. Maximilian.

---

329. *Eberhard bischof zu Speyer bekleidet Christoph Reichling von Meldeck mit der St. Diether's caplanei bei Rülzheim. Udenheim,* 1609 *juli* 11.

Eberhardus Dei gratia episcopus Spirensis et praepositus Weissenburgensis, nobili in Christo nobis dilecto, devoto Christophoro Carolo Reichlin a Meldeck, canonico et custodi ecclesiae nostrae collegiatae in Weissenburg, salutem in Domino. Laudabilia probitatis et virtutum tuarum merita, quibus apud nos commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales. Hinc est, quod capellaniam sancti Dietheri, extra et prope villam nostram Rulzheim sitam, per amotionem Martini Wangers, plebani ibidem, ultimi ejusdem possessoris, vacantem, cujus capellaniae jus praesentandi scultetus, justitiarii, incolae et inhabitatores praedictae villae Rulzheim ad se modo et via fundationeque desuper expressa alternativis vicibus asserunt pertinere et exinde nobis per suas literas praesentaverunt, rogantes, ut te modo praemisso praesentatum ad dictam capellaniam investire gratiose dignaremur. Nos igitur supplicationibus hujusmodi favorabiliter annuentes, praemissis praemittendis et servatis rite servandis, te, ut praefertur, praesentatum ad supranominatam capellaniam pro vero possessore duximus canonice investiendum et instituendum, prout in Dei nomine investivimus et investimus per praesentes, mandantes insuper honorabili in Christo nobis devoto, dilecto plebano praefatae ecclesiae in Rulzheim, quatenus te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum, in et ad saepedictae capellaniae veram, realem et actualem possessionem inducat, tibique de fructibus, redditibus, emolumentis et obventionibus universis ejusdem ab omnibus et singulis, quorum interest aut interesse poterit in futurum, responderi faciat, adhibitis circa haec sollemnitatibus debitis et consuetis. In cujus rei fidem et testimonium sigillum nostrum secretum praesentibus est appensum. Actum in arce nostra Udenheim die sabbathi, quae erat undecima mensis julii, anno Domini millesimo sexcentesimo nono.

---

330. *Paul V. pabst empfiehlt dem bischofe zu Speyer, Philipp Christoph, seinen nuntius. Rom,* 1610 *nov.* 12.

Paulus papa quintus. Venerabilis frater! Salutem et apostolicam benedictionem. Cum mitteremus nuntium nostrum et hujus sanctae sedis ad carissimum in Christo filium nostrum

Rudolphum, imperatorem electum, venerabilem fratrem Joannem Baptistam, episcopum Lunensarzanensem, voluimus, ut fraternitati tuae nostras has literas redderet tibique ostenderet, quam ex animo te diligamus. Petimus itaque a te, ut ei omnino fidem praestes, ac quoties usus venerit, operam et industriam tuam, pro tua in nos atque sanctam hanc sedem observantia, sedulo exhibeas. Benedicat tibi Dominus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris pridie idus novembris, millesimo sexcentesimo decimo, pontificatus nostri anno sexto. Petrus Stroza.

---

331. *Philipp Christoph bischof zu Speyer ertheilt dem meister Johann Agricola den tischtitel. Udenheim,* 1610 *dec.* 4.

Philippus Christophorus, Dei gratia electus et confirmatus episcopus Spirensis, praepositus Weissenburgensis etc. fidem facimus et attestamur per praesentes, nos ex singulari gratia dilecto nobis in Christo, M. Joanni Agricolae, clerico Moguntinensis dioeceseos, beneficium, seu quasi, in et sub mensa nostra, libere et propter Deum contulisse et assignasse, prout praesentium tenore conferimus et assignamus. Requirentes idcirco reverendum in Christo dominum Stephanum Weberum, episcopum Mysiensem et suffraganeum Moguntinum, quatenus Joannem Agricolam, uti taliter per nos provisum, ad ecclesiasticos ordines suscipiendos, dummodo aliud canonicum non obstat impedimentum, admittat eosdemque illi vicissim conferat. In quorum fidem et evidens testimonium praesentes literas sigilli nostri secreti jussimus et fecimus appressione communiri. Datae Udenhemii in arce nostra die quarta decembris, anno Domini millesimo sexcentesimo decimo.

---

332. *Paul V. pabst überschickt dem Speyerer bischofe Philipp Christoph von Sötern verschiedene vollmachten. Rom,* 1611 *jan.* 14.

Paulus papa quintus. Venerabilis frater! Salutem et apostolicam benedictionem. Gratificati sumus fraternitati tuae de eodem indulto, quod piae memoriae decessor tuus ab hac sancta sede obtinebat, sicuti a nobis postulasti, idque ex aliis nostris literis apostolicis in forma brevi cognoscere poteris. Confidimus sane in tua praestanti prudentia atque religionis zelo plurimum et in hiis, quae cum Domino possumus, rem

gratam tibi facere desideramus, firma spe freti, fore, ut consilia et opera tua omnia ad Dei gloriam et gregis tibi commissi utilitatem semper dirigantur. Quod ut commodius praestare possis, divinae gratiae incrementum jugiter tibi a Domino optamus et benedictionem nostram apostolicam fraternitati tuae ex animo impartimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris decimo nono kalendas februarii, millesimo sexcentesimo undecimo, pontificatus nostri anno sexto. Venerabili fratri Philippo Christophoro, episcopo Spirensi.

---

333. *Philipp Christoph bischof zu Speyer empfiehlt seine abgeordneten dem cardinal Borghesi. Speyer,* 1616.

Illustrissimo cardinali Burghesio. Illustrissime et reverendissime domine! Etsi jam dudum muneris et officii mei ratio postulaverit, summo simul desiderio eo contenderim, ut pro debito sanctorum apostolorum Petri et Pauli limina visitare et humillima ad pedes sanctissimi domini nostri provolutus oscula personaliter figere possem, verum novit illustrissima et reverendissima dignitas vestra, quantis difficultatum procellis obrutum ingressus sum regimen ecclesiae meae Spirensis, ex quibus ut me vel aliquantulum extricarem vel maxime animos subditorum meorum e faucibus gehennae eriperem, dies noctesque insumere debui, nec adhuc parco laboribus. Interea tempestatibus aliqualiter compositis, quod praesens facere nedum valeo, nichilominus ad praedictum effectum meas partes imposui venerabilibus ac nobilibus devotis, mihi sincere dilectis, Philippo Christophoro a Soetern, metropolitanarum ecclesiarum Moguntinae et Trevirensis canonico, cognato meo, et Gangolpho Ralingio, juris utriusque doctori, ecclesiae meae sanctorum Germani et Mauritii Spirae canonico et scholastico, conjunctim et divisim, quibus etiam in mandatis dedi, ut illustrissimam et reverendissimam dignitatem vestram meo nomine accedant et promptissima mea servitia sibi deferant, unice orans, ut eos ad se benevole admittere omnemque iis fidem adhibere, nec non me et ecclesiam meam solito suo patrocinio prosequi dignetur. Quod reliquum est, illustrissimam et reverendissimam dignitatem vestram divinae protectioni sedulo recommendo. Spirae anno millesimo sexcentesimo decimo sexto.

---

334. *Philipp Christoph bischof zu Speyer empfiehlt seine abgeordneten dem Römer Fenzoni. Speyer,* 1616 *sept.* 20.

Philippus Christophorus etc. Nobilis et clarissime nobis sincere dilecte! Mittimus ad urbem cognatos nostros, Philippum Christophorum et Joannem Reinhardum a Soetern, fratres, una cum consiliario nostro, Gangolpho Ralingio, juris utriusque doctore, quibus in mandatis dedimus, ut te quam primum accedant nostroque nomine salutent. His ut fidem adhibere et consilio adesse velis, benevole rogamus. Et quia officii debitique nostri memores, summum nobis hactenus desiderium fuit, ut sanctorum apostolorum limina visitare, nec non debitam sanctissimo domino nostro obedientiam praestare valeremus, nos eam provinciam tibi committere deliberavimus, ascitis ad illud negotium praedictis Philippo Christophoro a Soetern, canonico metropolitanae Moguntinae et Trevirensis, ac doctore Gangolpho Ralingio. Itaque petimus, ut commissionem hanc conjunctim et divisim in te suscipere aliasque in negotiis, quae idem doctor Ralingius nostro nomine tibi communicabit, expertam tuam industriam et studium impendere eademque promovere non graveris, grati animi nostri significationem vicissim comprobaturus. Quod autem serius desiderio et debito nostro visitatio instituta sit, cognita est tibi afflicta ecclesiae nostrae conditio, quantisque eam ingressu regiminis adversitatibus quasi dirutam invenerimus, pro qua tam ex manibus haereticorum recuperanda, quam contra similes procellas aliqualiter firmanda omnes labores, actiones ipsiusque ecclesiae substantiam impendere debuimus, ita ut nec nobismet ipsis hanc provinciam suscipere, nec alios eundem in finem ad urbem destinare hactenus possibile fuerit. Quapropter nos locis opportunis meliori modo excusare, aut si desuper dispensatione aliqua necesse foret, eam sollicitare rogamus. Quod reliquum est, omnia prospera tibi precamur a Domino. Spirae die vigesima septembris anno millesimo sexcentesimo decimo sexto. Ad dom. Fenzonium.

---

335. *Philipp Christoph bischof zu Speyer beauftragt abgeordnete, dem pabste den vorgeschriebenen bericht über seine dioecese abzustatten. Speyer,* 1616 *oct.* 1.

Primo omnium humillima nostra obsequia post devota sacrorum pedum oscula suae sanctitati humillime offerent — oratores episcopales — et eidem referent, quod nos aliud

non meditemur aut moliamur, quam ut suae sanctitatis jura, pontificalem auctoritatem et respectum eidemque ab omnibus debitam obedientiam, quantum in nobis est, propagemus, in eamque curam principaliter in nostris ecclesiis Spirensi et Weissenburgensi totis viribus incumbamus, licet apud alios etiam imperii status hac in re nostris partibus nunquam defuerimus. Evecti quidem sumus ad episcopatum nostrum Spirensem et praeposituram Weissenburgensem, verum eo id tempore accidit, quo eaedem ecclesiae maxima miseriarum tempestate et procellis quassabantur, civitates, oppida ac villae propter aes alienum contractum oppignoratae erant, omnia deorsum vergebant, sumptus episcopalis aulae Spirensis propter diuturnam corporis infirmitatem felicis memoriae nostri praedecessoris, domini Eberhardi, episcopi Spirensis, aliisque de causis in immensum excreverant, adeo ut etiam plurimorum judicio episcopatus vix solvendus esset, principes haeretici, qui circumquaque episcopatui adjacent, eundem dilaniabant, territoria et jura de facto ab eo auferebant, quin imo jam animo conceperant episcopatum Spirensem et praeposituram Weissenburgensem funditus evertere, oppidum Waibstadianum ab electore palatino occupatum erat, pagi ad ecclesiam Bruchsellanam pertinentes ablati erant, imo totum collegium pessum ibat, licet episcopus Spirensis advocati et protectoris partes, sicut ab antiquo, ita et tunc ibidem sustineret, subditi tam in oppido nostro Waibstadiano, quam pagis Bruchsellanae ecclesiae attinentibus memorato electori palatino juramentum fidelitatis praestiterant, religio catholica tam Waibstadii, quam aliis eadem vi occupatis locis, per introductionem haereticorum praedicantium in locum catholicorum sacerdotum penitus exstirpata erat, tantis undequaque impetebamur difficultatum procellis, ut omnium pene judicio et nostro vires nobis vix suppeterent ex iis tandem aliquando emergendi. Deum optimum maximum imis suspiriis identidem comprecati sumus, ut divina majestas nos ex hoc miseriarum angustulo redimeret, subditos nostros, tam animae, quam corporis bonis majori ex parte pene destitutos, si non restitueret, saltem aliquantulum refocillaret, coepimus ecclesias nobis commissas tam in foro, quam in choro reformare, eae, quae aere alieno constrictae erant, nostra aut potius divina ordinatione ab eodem sese pedatim exsolvendo exemerunt. Lutherani in imperialibus civitatibus Spirensi, Landaviensi et Weissenburgensi

nostris ibidem existentibus ecclesiis et earum personis ecclesiasticis mirum in modum insultabant, immunitatem ecclesiasticam ex contemptu et vilipendio religionis catholicae infringebant, divina semper adjuvante gratia ab initio statim nos huic imminenti periculo opposuimus, nec potuimus nos ulla ratione quieti reddere, quin haec omnia primum sopita essent et ingens malum, quod ocius serpere non satagebat, penitus extinctum esset, non pepercimus nec ingenio, nec corpori nostro, non tantum per delegatos commissarios et consiliarios nostros eos ab hujusmodi attentatis serio dehortati sumus, verum etiam in propria persona tantum apud eos effecimus, ut a proposito destiterint, iis quae de facto attentaverant contra immunitatem ecclesiasticam, ipsimet postea contradixerint, ita ut moderno tempore ecclesiastici nostri in dictis civitatibus imperialibus, a fide alienis, pacifice et absque tantis haereticorum magistratuum insultibus vivere, chorum et ecclesiam frequentare valeant, immo ipsi haeretici propter respectum, quem ipsis impressimus, clerum nostrum honore prosequantur et majori quidem quam proprios suae sectae ministros, quod tamen in hisce partibus non immerito multi admirantur et obstupescunt. Nec dubitamus, quin recenti adhuc memoria sua sanctitas teneat, quanta cura quantaque sollicitudine restitutionem oppidi Waibstadiani et praememoratorum pagorum, ad ecclesiam Bruchsellanam pertinentium, immo totius collegii, a defuncto electore palatino tempore etiam defuncti praedecessoris nostri, episcopi Eberhardi piissimae memoriae, de facto occupati, urserimus, quanto miserarum animarum ratione abnegatae religionis catholicae deperditarum miserebamur, nec ullum non movebamus lapidem, ut eas Christo lucrifaceremus et jam ad inferni praecipitium ruentes retraheremus et in vineam Domini reduceremus, saepius ea de re suam sanctitatem, qua hac in parte secundum Deum postmodum protecti sumus, literis nostris humillime interpellavimus, apud imperatoriam majestatem conquesti sumus, christianissimi regis Francisci — cui sua sanctitas eam provinciam delegaverat — subsidium expostulavimus, tam in comitiis imperialibus, quam apud confoederatos principes catholicos negotium hoc indefesso labore sollicitavimus, silentio praetereundo, quot legationes cum non mediocri sumptu ad memoratum palatinum destinaverimus, ut quod de facto contra jus et omnem aequitatem detinebat, nobis nostraeque ecclesiae, a qua illud abstulerat, restitueret,

impatienter semper ursimus, nec cessavimus, donec votis nostris annueret. Per Dei gratiam tandem effectum est, ut negotium fuerit compositum, dictum oppidum Waibstadianum episcopatui Spirensi et pagi ad ecclesiam Bruchsellanam pertinentes eidem fuerint plene restituti, subditi vero ad ecclesiae catholicae gremium redierint et animae eorum ab haeresi ac consequenter ab exitiali interitu fuerint praeservatae. Negotium hoc totum sanctae sedi apostolicae tribuimus, cujus nutu, dirigente eam Spiritu sancto, haec omnia peracta sunt ejusque medela ab hoc laethifero vulnere sanati sumus, cui non una cum devotis animabus, ita benigne praeservatis, humillimam gratiarum actionem persolvimus, proinde sanctissimi domini nostri Pauli quinti, pontificis maximi, in nostris ecclesiis aeterna memoria cum omni benedictione permanebit. Negotio hoc peracto et revocatis animabus jam prope deperditis, summae nobis curae fuit, ut eas non tantum in fide catholica animaremus, verum etiam alios nostros subditos, ne forte, minima occasione oblata, uti praecedentibus contingerat, a fide catholica deficerent, eos in eadem corroborandi dies noctesque laboravimus, ut religiosos, qui id ipsum voce, calamo et exemplo praestarent, ad dioecesim nostram vocaremus. Nec frustraneum fuit votum hoc nostrum. Patres enim capucinos ordinis sancti Francisci a pauco tempore ad nostram dioecesim appellavimus, obtinuimus eisque de habitatione satis congrua providimus in eo nimirum loco, ubi magnus plurimorum catholicorum ad aram beatae virginis Dei matris confluxus in dies conspicitur, speramus eos magnae fore aedificationi, ita ut hoc etiam medio cum tempore aliae plures animae ad fidem catholicam convertant et Christo lucrifiant. Non minus etiam in opere sumus ultra collegium patrum societatis in civitate Spirensi constitutum, eisdem alibi etiam residentiam collocandi aptam satis et apposita optima nobis obvenit commoditas eos ad primariam episcopatus nostri civitatem Bruchsellanam vocandi, ubi de residentia congrua eisdem providebimus. Locum etiam nobis in oppido nostro Udenheimensi constituimus, ubi hospitale sive xenodochium aedificari curemus ac simul illud sufficientibus redditibus dotemus, ut in eo pauperes catholici senes ac valetudinarii, qui prae infirmitate sibi victum quaerere non possunt et maxime ii, qui zelo religionis catholicae alibi expulsi sunt, sufficienter ali queant, ne eorum animae propter indigentiam ex defectu necessariae sustentationis cor-

poris pessum eant. Insuper toto nostri episcopalis regiminis tempore in eam maxime curam incubuimus, ut diversis in locis, non mediocri sumptu nostro, in studiis liberalibus educando alamus adolescentes eisque ad sustentationem necessaria media suppeditemus, unde suis temporibus idonei ecclesiae ministri ac vineae Domini cultores et operarii educantur. Quantum ad reipublicae christianae incolumitatem et publicas nobis concreditas imperii functiones attinet, non existimamus operae pretium esse, nostros in diversis commissionibus pro ejusdem salute ac tranquillitate exantlatos labores, quid etiam in camera imperiali Spirensi, ubi totius imperii principium ac statum causae controversae utique coram supremo tribunali ventilantur, nosque imperatoriae majestatis locum ibidem sustinemus et supremi judicis officio fungimur, in aequa justitiae libra praestiterimus, commemorare, sed horum commemorationem per alios ad aures suae sanctitatis pervenire malumus. Denique suae sanctitati humillime explanabunt, quod in civitate imperiali Weilderstadensi, nobis in spiritualibus subjecta, senatus quidem cum media aut majori parte civium catholicae religioni sit addictissimus ita, ut reliquis Lutheranae sectae amatoribus severe inhibuerit, ne haereticos praedicantes introducendo, sive infantes baptizando, praedicando, coenam dominicam eorum more ministrando, aut juventutem erudiendo praetensae suae religionis exercitium quovis modo in civitate practicarent. Interea Lutherani a potentissimo Wirtembergiae duce subsidium quaesitarunt, qui eos etiam, uti suae religionis asseclas, suo quoque singulari patrocinio ac protectione defendit et cum dicta Weilderstadensis civitas praememorati ducis Wirtembergiae territorio undique circumsepta sit, catholicos ejusdem civitatis tam ipse, quam pater ejus jam a viginti et amplius annis miserrime afflixit. Cum enim plures, immo fere omnes dictae imperialis civitatis incolae ac cives in et extra eandem continuo negotiando sibi suisque victum quaerant, officiati Wirtembergenses ab omni parte in mandatis habuerunt, ne eosdem ullibi in nundinis etiam hebdomadariis tolerarent, quod ipsum sedulo executi sunt et eis non tantum omnem negotiationem inhibuerunt, verum etiam subditos eo [illegible]gerunt, ne catholicis Weilderstatensibus victum etiam ad vitae sustentationem necessarium vendere praesumerent, nec hic perstiterunt, imo saepe catholicos misere afflictos, e civitate egredientes, minimo fuco quaesito, nulla de causa, in carcerem conjecerunt, ita etiam, ut quando

nos interpellarunt et a nobis consolationem aliquam, consilium et auxilium expetierunt, clanculum ex civitate sese praeripere coacti fuerint, ne in manus officiatorum Wirtembergensium devenirent et tandem in vincula conjicerentur, omnia haec eo fine, quamvis tamen fucato quodam alio praetextu, desolatis catholicis intentata sunt, ut ex hac afflictione ita angustiati a fide et religione catholica tandem desperabundi desciscerent, aut saltem hoc medio Lutheranis civibus liberum suae sectae exercitium permitteretur. Catholici tam apud caesaream majestatem, quam in comitiis imperialibus humillime conquesti sunt, nosque in dies non tantum, uti ejus loci ordinarium, sed etiam a sua majestate hujus negotii commissarium deputatum interpellarunt, sua majestas praenominatum Wirtembergensem ducem, ut a proposito deflecteret, saepius dehortata est, is tamen in priore suo errore continuo perduravit, catholici Weilderstatenses propter diuturnas angustias in fide tabescebant, bellum ingruebat, miseri catholici in dies magis affligebantur et Wirtembergenses in nocendi proposito confirmabantur. Nos uti ab initio, ita etiam toto nostri episcopatus tempore huic malo mederi nunquam destitimus, ducem Wirtembergensem tam literis, quam legationibus nostris saepe numero dehortati sumus, quod ipsum in propria persona praestandi occasionem quaesivimus et eandem nacti nostris partibus eundem dehortando, ut afflictorum tandem miseretur, nullatenus defuimus. Divina favente clementia ac benignitate finaliter effectum est, ut Wirtembergensis quieti sese dederit et catholicos dictae civitatis incolas tantopere amplius non affligat ipsisque commerciis ac negotiationibus suis existentibus vix ulla remora injicitur. Exaudit divina bonitas suspiria fidelium, cui laus, honor et gloria in omnem aeternitatem. Quid in commissionibus caesareis Wormatiensi, Hagenauensi alibique in imperio Romano, ubi partim sub praetextu expellendae judaicae gentis, partim etiam sub alio multifario et colorato fuco, Calviniani pedantim pullulabant, ad eosdem reprimendos praestiterimus nostram hac in parte vigilantiam, referent alii. Ad politicam episcopatus nostri administrationem et reformationem quod attinet, quando quidem in initio regiminis nostri idem in debitis exsolvendis misere afflictus erat, ut civitates ac villae, quae debitoribus in majorem securitatem hypothecatae et obstrictae erant, per debitorum exsolutionem ab hoc insupportabili onere liberarentur, nullibi nisi a Deo ad dirigendos conatus nostros auxi-

lium quaerere nec potuimus, nec debuimus, proinde quotidianis missarum sacrificiis divinae bonitati preces nostras eundem in finem obtulimus, nec non consilia nostra aulica in dies frequentavimus, non ullacunque in re partibus nostris deessemus, ubi afflictae ecclesiae nostrae consulendi sese praeberet occasio, quod ipsum etiam nunc et quoad vixerimus, incessanter continuare omnino conclusimus. Et quia praeterea parsimonia opus esse agnovimus, ideo non tantum in aula nostra, verum ubicunque in toto episcopatu magna reformatione et industria uti oportuit, ut omnia cum moderamine quodam fierent ac nullus superfluitati locus daretur, in quo et nos desudavimus ac summopere eo anhelavimus, ut eum aliquando diem conspiceremus, quo merito ecclesia Spirensis nobis commissa laetari et exultare posset, se divina adjuvante gratia, nostris ad hoc accedentibus vigiliis nostrisque industria a contracto isto debitorum onere esse liberatam, nec in cassum laboravimus, sed tandem tantum effecimus, ut vix quicquam amplius restet, quo noster episcopatus nostraque Spirensis ecclesia summopere sese gravatam persentiat. Nec hic destitimus, sed ad alia progressi, alia quoque via ac ratione ecclesiae nobis commissae consulimus, aedificia partim vetustate collapsa restauravimus, partim nova extruximus, palatium episcopalis residentiae in civitate Spirensi magnis impensis in Dei optimi maximi honorem et majus ecclesiae bonum funditus aedificari curavimus, cujus nos primum fundamentalem lapidem posuimus et nunc divina favente clementia opus illud toti circulo Rhenano non incognitum perfecimus. Non minus Udenheimii in oppido secundae nostrae residentiae ab antiquo jam temporis intervallo strenue adlaboravimus, ut tam oppidum, quam arcem residentiae sub praetextu quorundam stagnorum undique muniremus ac vallis cingeremus, et quando quidem inter medios haereticos circumquaque adjacentes episcopatus noster nostraque territoria existunt, si, quod illi alias attentare praesumserunt, nec nos etiam nunc extra omne periculum versamur, ipsi in ditiones nostras irruerent, civitates, oppida et villas occuparent, ut nos locum aliquem munitum propugnaculi instar haberemus et id, quod nobis nostraeque episcopali ecclesiae est residui, tanto fortiori custodia traderetur, ne illis patefieret aditus, pro ea re oppidum Udenheimium una cum arce residentiae nostrae delegimus, ubi in satis amplo numero operarios ad effodienda ac dilatanda stagna constituimus, interea autem materialia ad haec necessaria

praeparari curamus, ita ut iis absolutis parvo post tempore propositum nostrum Deo favente exequi valeamus. Verum haec omnia, quae tam pro religionis catholicae conservatione et augmento, quam communi reipublicae christianae bono ecclesiaeque nobis concreditae restauratione effecta sunt, non nobis, sed divinae providentiae, a qua haec omnia tanquam a scaturigine omnium fontium profluunt et dimanant, adscribimus, quo eadem etiam una nobiscum referimus Deoque immortali pro tantis in nos nostramque nobis commissam et ecclesiam catholicam collatis muneribus perennes gratiarum actiones persolvimus, nosque et ecclesiam nostram sanctae sedis apostolicae, a qua secundum Deum dependimus et cujus patrocinio haec etiam omnia vel maxime adscribenda agnoscimus, humillime recommendamus et inutilem servum nos esse recognoscimus, eidem omnem obedientiam et subjectionem omniaque obsequiorum genera exhibere paratissimi. Datae Spirae nostro sub secreto praesentibus appenso, die prima octobris, anno millesimo sexcentesimo decimo sexto.

---

336. *Philipp Christoph, bischof zu Speyer, empfiehlt dem pabste Paul V. seine abgeordneten zur guten aufnahme. Speyer,* 1616 *dec.* 19.

Post debitam obedientiam et devota sacrorum pedum oscula. Beatissime pater, domine clementissime! Muneris et officii mei memor nihil mihi jam dudum in votis magis fuit, quam ut pro debito tam sanctorum apostolorum limina visitare, quam humillima ad sanctitatis vestrae pedes provolutus oscula figere personaliter potuissem, sed talis fuit, proh dolor, hactenus ecclesiae meae conditio, ut vel in ea de manibus haereticorum recuperanda, vel ab ulteriori invastatione salvanda, omni vigilantia summisque laboribus dies noctesque insumere debuerim. Molestiis igitur hujusmodi divino juvamine ac sanctitatis vestrae paterna providentia aliquantulum superatis, licet conceptum animi mei votum gravibus adhuc ecclesiae meae negotiis distentus, nedum in persona exequi valeam, meas nihilominus partes delegavi, venerabilibus ac nobilibus devotis, mihi sincere dilectis, Philippo Christophoro a Soetern, metropolitanarum ecclesiarum Moguntinae et Trevirensis canonico, cognato meo, nec non Gangolpho Ralingio, juris utriusque doctori, ecclesiae meae sanctorum Germani et Mauritii Spirae canonico et scholastico, quos oratores meos, ut nomine meo ad sanctorum apostolorum limina vota debita persolven-

tes, ad sacri vultus sui conspectum sanctitas vestra admittere, quaeque post fixa sacris pedibus oscula ulteriora praestabunt eidem obedientiae servitia et non nisi ea, quae veritati consona sunt, deponent, paterna benignitate exaudire dignetur, quam possum ac debeo, enixissime a sanctitate vestra contendo, unice insuper orans, ut sanctitas vestra me meamque ecclesiam solita gratia et protectione apostolica prosequi dignetur. Id ipsum ego debita mea obedientia atque observantia promereri summis semper viribus adlaborabo, Deum ex animo precans, ut sanctitatem vestram sanctae universali ecclesiae catholicae quam diutissime servet incolumem. Spirae die decima nona decembris, anno millesimo sexcentesimo decimo sexto. Philippus Christophorus, episcopus Spirensis.

---

337. *Philipp Christoph, bischof zu Speyer, erhält von Rom bescheid über seinen ersten diöcesanbericht. Rom,* 1617 *mai* 10.

Illustrissimo ac reverendissimo domino, domino episcopo Spirensi. Illustrissime ac reverendissime domine! Admodum reverendus dominus, dominus Philippus Christophorus a Soetern, metropolitanarum ecclesiarum Moguntinae et Trevirensis canonicus, nec non Gangolphus Ralingius, istius ecclesiae ibidem canonicus et scholasticus, ad beatorum apostolorum limina amplitudinis vestrae illustrissimae nomine visitanda admissi benigneque excepti, post sacras basilicas pie ac devote veneratas uberrimam reddiderunt status istius ecclesiae relationem sacrae congregationi cardinalium, quos Tridentini concilii decretis interpretandis ac praesulum ipsa limina adeuntium postulatis audiendis summus dominus noster praeposuit, ex qua licuit plane illustrissimis patribus intelligere, quantum amplitudo vestra illustrissima in sibi credita ecclesia a miseriis, quibus dire vexabatur, vindicanda atque in summam tranquillitatem restituenda insudaverit, quantum profecerit proindeque ingentes divinae clementiae gratias egerunt, quod ejusdem ecclesiae rebus in maxima angustia constitutis eum praefecerit antistitem, qui haereticos in ecclesiasticam immunitatem mirum in modum insultantes fortiter represserit, quam plurimas in infidelitatis labem prolapsas animas Jesu Christo lucrifecerit nullisque sumptibus ac laboribus pepercerit, ut istic sartam tectam custodiret ac longe lateque diffunderet catholicam religionem, praesertim vero, quod dux Wirtembergensis, qui Lutheranos, suae impietatis asseclas, pugnaciter hactenus tutatus fuerat scelestique genitoris vestigia

immitatus catholicos Weilderstatensis civitatis, ut a fide desciscerent salute desperata, undequaque afflixerit, tandem refrixerit amplitudinis vestrae illustrissimae studio ac deligentia, utinam ipse et quos eadem inquinat lues, ut modum hisce vexationibus adhibuere ita suae impietatis modum agnoscentes, aliquando ad christianam redeant unitatem, quod, sicut a divina pietate sperandum atque ab amplitudine vestra illustrissima curandum inprimis est, ita eam, ut pergeret, hortari patres ac monere non omisissent, cognita ejus pietas ac virtus insigniores conatus ac feliciores progressus in dies magis magisque polliceretur. Quam ob rem nihil aliud addentes, omnipotentem Deum precantur, ut prudentissimum praesulem, deque ecclesia sua optime meritum, quam diutissime tueatur ac servet. Romae die decima maji, anno millesimo sexcentesimo decimo septimo. Amplitudinis vestrae illustrissimae et reverendissimae ad inserviendum paratus Horatius cardinalis Lancellot.

---

338. *Gregor XV. pabst empfiehlt dem bischofe Philipp Christoph zu Speyer seinen nuntius. Rom,* 1621 *aug.* 5.

Gregorius, papa decimus quintus. Venerabilis frater. Salutem et apostolicam benedictionem. Quo studio plerique mortalium cogente natura jus suum tuentur, eodem par est, vos sedis apostolicae administris opem ferre. Iis enim cum nil tam propositum sit, quam catholicae religionis ditionem aut defendere aut amplificare, quis non videt eos vestrarum ecclesiarum saluti et dignitati omnem operam studiumque suum dicasse? In his nomen suum profitetur venerabilis frater Petrus Franciscus, episcopus Neocastri, quem nostrum in tractu Rhenano nuntium nuper declaravimus. Vir enim domesticae gloriae imitatione eruditus, eos immerito nobilium nomine censeri semper arbitratus est, qui vetera solum modo majorum suorum exempla loquuntur, ipsi omnium laudum virtutumque egeni. Proinde cum anteactam aetatem suam omniaque officia operamque sedi apostolicae semper addixerit, dignus est, quem nos paterna benevolentia complectamur, vos autem omni officiorum genere colatis. Id a fraternitate tua obnixe petimus, cujus pietati atque virtuti Deum oramus, ut comitem adjungat felicitatem ac tibi apostolica authoritate peramanter benedicimus. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die quinta augusti

millesimo sexcentesimo vigesimo primo, pontificatus nostri anno primo.

---

339. *Gregor XV. pabst ermuntert den bischof zu Speyer Philipp Christoph in seinen unternehmungen gegen die Calviner der Pfalz. Rom.* 1622 *nov.* 4.

Gregorius papa decimus quintus. Venerabilis frater. Salutem et apostolicam benedictionem. Exploratum jam pridem nobis erat fraternitatem tuam ex Spirensi episcopatu uberrimam solicitudinem ac miseriarum segetem collegisse. Scimus, quae in istarum ecclesiarum ruinis barbaricae crudelitatis monumenta extruxerint saevientes calvinistae, quae omnia tam miserandum in modum tuis postremis literis lamentaris, lacrymarum fontem e pontificiis oculis eduxisti propensamque in te charitatem nostram tibi mirifice conciliasti. Dei causam agis prorsus non negligenter, cum in id toto pectore incumbas, ut ex eisdem manibus, e quibus impios gladios catholicae legiones extorserunt, episcopatus tui bona eximes eaque insigni isti ecclesiae vindices. Pontificium fraternitati tuae patrocinium scito nunquam in tam pia causa defuturum, nunc autem apostolicis literis carissimum in Christo filium Ferdinandum imperatorem electum rogamus, ut pios tuos conatus caesarea authoritate juvet. Cupimus enim pontificatus nostri memoriam illustribus apostolicae charitatis documentis apud vos commendari, tum etiam favemus rationibus fraternitatis tuae, quam in saevissima haec tempora incidere Deus voluit, ne tibi exercitatio fortitudinis et triumphorum materia desit. Confortare in Domino et esto robustus. Speramus enim eo auxiliante fore, ut calamitatum tuarum memoriam insignibus calvinisticae factionis cladibus consolari possis. Verum tibi consolationem ab eo precamur, qui dives est in misericordia ac fraternitati tuae apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die quarta novembris, anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, pontificatus nostri anno secundo. Joannes Ciampolus.

---

340. *Gregor XV. pabst ersucht den kaiser Ferdinand II. die verlassenen klöster und kirchen in der Pfalz dem bischofe zu Speyer zu überweisen. Rom,* 1622 *nov.* 4.

Gregorius papa decimus quintus. Carissime in Christo fili noster. Salutem et apostolicam benedictionem. Gemet populus, cum impii sumpserint principatum. Utinam tam bene cum

rebus humanis ageretur, ut tantae infelicitatis exempla ex veterum annalium monumentis petenda essent. Praesens aetas vitiorum ac calamitatum foecundissima satis docuit, quam certum divinae indignationis argumentum et detestabile provinciarum excidium sit impius princeps. Neque unus in Germania populus est, qui nefariis impiorum bellorum tempestatibus divexatus, desertoris Palatini furias ac latrocinia non execretur. Arae incensae, sacerdotes gementes, violatae virgines coelestis ultionis flagella sacrilego illi religionis hosti imprecabantur et vox catholici sanguinis miserabiliter profusi ad Dominum exercituum clamabat de terra. Audiit tandem omnipotens noluitque diutius continere in sua ira misericordias suas. Victoriae majestatis tuae miserantis Dei beneficia et catholicae religionis praesidia fuerunt. Contrivit Dominus baculum impiorum, cecidit de coelo lucifer, qui mane oriebatur, corruit in terram, qui vulnerabat gentes. Respirat tantisper in tanta caesarea majestatis felicitate orthodoxa fides. Verum a te praecipue sacerdotes moerore confecti praesidium implorant, cui horum triumphorum gloriam gratulantur. Maximam vero spem in tua pietate constituit venerabilis frater Philippus Christophorus, episcopus Spirensis, qui in his haereticae potentiae ruinis disjectos sanctuarii sui lapides colligere studet, ut collapsa in sua dioecesi templa restituat. Non praeterit majestatem tuam, quae Palatinae crudelitatis vestigia in eo episcopatu reperiantur. Ad tuam gloriam pertinet dare operam, ne minora ibi extent victoriarum tuarum monumenta. Ea vero illustriora ibi exstruere ferme non potes, quam si imperatoria authoritate suffragante, episcopus ille, qui opus Dei non facit negligenter et diruta templa reficere et monasteria per vim capta recuperare atque omnia vetera emolumenta atque ornamenta ecclesiae suae vindicare possit, quibus eam calvinistae latrones spoliarunt. Ipsius causae jus majestati tuae Spirensis episcopi rationes diligentissime commendat. Te victore ac triumphante, jam catholica religio in Germania lacernatos movet et ad spem tranquillitatis erigitur, iterum in istis provinciis propugnante Deo et adnitente caesare triumphatura. Ad id tamen te hortari quam accuratissime voluimus, ut scias te in ejusmodi negotiis juvandis non solum Deo inservire, sed Romano etiam pontifici gratificari. Id vero praeter caetera a pietate tua postulamus una cum eodem episcopo atque ferme exigimus, caveat diligentissime majestas tua, ne caesarei ministri ullius transac-

tionis vi eo adduci patiantur, ut quicquam ex Spirensis ecclesiae bonis Palatino sacrorum hosti et tantarum miseriarum authori adjudicent aut restituant. Agenti hac de re venerabili fratri Carolo, episcopo Aversano, nuntio nostro, eandem, quam nobis, fidem habere poterit majestas tua, cui apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die quarta novembris, anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, pontificatus nostri anno secundo. — Joannes Ciampolus.

---

341. *Philipp Christoph, bischof zu Speyer, beauftragt abgeordnete dem pabste Urban VIII. bericht über die lage seiner diöcese und über einzelne wünsche abzustatten. Trier.* 1623 *oct.* 4.

Principio humillima nostra obsequia post devota sacrorum pedum oscula suae sanctitati offerent eidemque exponent, quod noctes diesque aliud non meditemur, nec moliamur, praeterquam qua ratione a Deo nobis concrediti archi- et episcopatus, a crudelissimis hostibus nefarie miserrimum in modum devastati, exusti et subversi, restaurari, id quod reliquum est subditorum, rursus erigi, defendi, in fide catholica stabiliri et in maxima praesentis temporis annonae caritate, ubi plurimis fame tabescendum est, conservari possint. Pulsos quidem profligatosque iterum per Dei gratiam immanissimos istos et crudelitate plus quam barbaros hostes esse in finibus nostris, tanta autem post se relicta clade, ut damnorum Spirensis episcopatus aestimatio, sicuti ea ad oculum liquido comprobata est suae caesareae majestati, ad octo dalerorum milliones excurrat, vix etiam ac ne vix quidem quarta pars hominum supersit. Caeterum nos pro virili et satis mature hisce periculis hostiumque machinationibus occurrisse, residentiam nostram, vallo fossisque cinctam, in sat nobile et hostibus formidabile fortalitium redegisse, armaturam etiam particularem maximis nostris sumptibus, electissimis equitum peditumque cohortibus conscripsisse, eamque statim ab initio adversus hostem, quam primum is regiones hasce oppugnatum veniebat, emisisse, episcopatum nostrum ab omni invasione, auxiliante Deo, defendisse hostilesque copias esusque avertisse et cohibuisse, donec catholicus exercitus advenerit eique manus cum hoste conserendi copia facta fuerit, sed cum ei proelio decertare commodum non videretur hostique latius progrediendi et grassandi facultas daretur, ibi vero de nostro

episcopatu actum et conclamatum, solicitosque nostros labores spem esset de conservando per Dei gratiam episcopatu nostro firmiter nobis impressam momentanee intercidisse, haud secus, ac si quis navigio ad littora jam appulsus vel auxilium detrectantibus spectatoribus naufragium faceret, vel ratis in ipso portu repulsam passa in vastum oceanum aliosque iterum gurgites detruderetur. Cum enim hostiles legiones nostrum particularem exercitum ab armis catholicis quasi deseri, nec in extremis tentationibus juvari, nostrosque milites tantos, ut formidandi essent innumerae multitudini, non viderent, nobis etiam vel maxime de fortalitii nostri defensione cogitandum esset, nedum de gleba decertaremus, id quod pretiosissimum erat, ne extremum refugium amitteremus: tum vero hostes plenis turmis demum indispositos ac effusos in terram nostram irruisse, tremendis ignibus omnia incendisse, templa arasque effregisse, devastasse, ornamenta, vasa et omnia sacra sacrilegis manibus eripuisse, indifferenter senes puerosque, cum robustis infirmos mortique proximos, praegnantes etiam et puerperas terribilibusque modis trucidasse, matronasque honestas, uxores et virgines, eas etiam, quibus vim fieri natura monstrabat, spurcissime violasse, annonam omnem etiam, quae consumi non poterat, effudisse et perdidisse, primitiores et locupletores urbium, omnibus licet fortunis jam ante nudatos, secum ulterioris lytri consequendi causa captivos abduxisse et in arctissimis vinculis ferreis, catenis atque numellis tam diu hincinde raptasse, donec emacerati longissimis taediis, fame, siti, aestu geluque animas inter crudelissimos hostes, sacerdote sacrisque privati, Deo reddiderint. Auditu quidem haec insolita fermeque incredibilia esse, omnia tamen longe immaniora, quam vel lingua vel calamo exprimi possint. Nec enim in ista hostili multitudine veros generososque duces vel milites, sed barbaram colluviem, purgamenta urbium suarum, quibus ob aegestatem et flagitia maxima peccandi necessitudo erat, assuetos latrociniis bellorumque insolentes, nullam ibi formam, imo nec extrema saltem alicujus militaris disciplinae lineamenta servata, sed omnia indisposita, temulenta, bacchanalibus et Tartaricae irruptioni, quam militiae Germanicae et castris propriora fuisse, quae omnia ibi cernuntur, ubi nulla justa belli causa militi virtus, nec in acie aut signis collatis aliqua vis est. Timidi enim, sicut Mauritius imperator genero suo Philippo respondit, postquam scelera ineunt, parcere nesciunt saeviusque agunt.

Et hoc quidem modo episcopatus noster totus ex utraque parte Rheni, solo castro nostro Philippico excepto, e manibus nostris ereptus, hostium potestati subditus, misere vastatus, exustus et subversus fuit, usque quo tandem divinam misericordiam indefessae nostrae preces permulserunt sanguinisque effusi clamor aures altissimi penetravit et hostibus tanta formido incussa fuit, ut, ubi vel minime metuendum fuerat, omnia ex parte ipsorum periculorum plenissima viderentur et vel ad foliorum strepitum galeati isti lepores se in pedes conjicerent. Spem nostram in solum Deum habuimus, cujus consolationem sentientes arma iterum induimus, legionem nostram auximus et cum universus catholici foederis exercitus diversis in locis hostem in campestribus castris versantem apperto proelio et collatis signis aggrederetur, nobis interim interquiescendum non esse duximus, sed cum bono Deo hostium praesidia in nostris urbibus et castris fortiter aggressi, aliquot dierum spatio loca omnia expugnavimus expulsisque hostibus totam nostram terram e manibus injustorum postliminio vindicavimus. At vero tum vel maxime nefandorum scelerum immanitatem et miserrimam populi nostri stragem et calamitatem edocti fuimus, postquam debellatus hostis finibus nostris penitus expulsus erat, ibi enim miserrimae plebeculae, quae restabat, nec animae, nec corporis sustentatio supererat. Sacerdotibus quippe omnibus aut occisis, aut expulsis, dirutis templis, disjectis aris, ablatis et profanatis omnibus sacris, annona autem ad extremam micam guttamque consumpta. Quocirca officii nostri memores primo omnium animarum curae prospiciendum putavimus, templa iterum ereximus, sacerdotes instituimus, altaria portatilia quocunque misimus, visitationem generalem per vicarios nostros instituimus, quin etiam nonnullos pagos, quos belli jure hostibus nostris eripuimus, a calvinistica ad salvificam catholicam religionem convertimus, in qua, ut eos conservemus, nec sumptus, nec quicunque labores a nobis et fidelibus sacerdotibus omittuntur. Cum vero post animas corporum quoque secundaria cura esse debebat, concessimus primo omnibus subditis, quorum domicilia conbusta erant, ad novorum exstructionem ligna, lapides omnemque rudem materiam gratis. Ex aliis regionibus equos pro cultura agrorum, boves ovesque, frumenta etiam et quaecunque victualia emi et importari fecimus, quae omnia miserrimae plebi pro cujuslibet indigentia distribuimus, certo confidentes Deum ter

optimum maximum pro immensa sua bonitate et misericordia nobis auxilio et gratia sua non defecturum, quae omnia temporis successu in priorem illum felicioremque statum reformari possint, cujus praepotenti dexterae haec et omnia alia, quae tam pro catholicae religionis incremento, quàm publica imperii tranquillitate hactenus fecimus et facturi sumus, lubentes, meritoque tribuimus gratias quotidie largissimas corditus eidem pro tot et tantis in nos collatis beneficiis et quod in maximis hisce periculis et rerum omnium subversione tam clementer animam corpusque nostrum conservavit, persolventes. Quod restat, nos et ecclesias nostras sanctae sedi apostolicae humillime commendamus, eidem obedientiam, submissionem omniaque officiorum genera offerimus. Dabantur Augustae Trevirorum quarto nonas octobris, anno millesimo sexcentesimo vigesimo tertio.

Memoriale ad summum pontificem subjunctum. Primo dominus legatus breviter suae sanctitati exponet, qualiter felicissimae recordationis papa Gregorius decimus quintus pro summo et paterno erga Spirensem episcopatum amore, non solum vehementissime solicitus fuerit, qua ratione omnia monasteria aliaque ecclesiae Spirensis bona, eidem dudum ante per principes electores Palatinos nefariis modis erepta et profanis usibus impie mancipata, expulsis jam debellatisque violentis istis invasoribus, dictae ecclesiae tanquam verae dominae et a qua nullo quantumvis longissimi temporis decursu, titulo etiam quovis divelli possunt, restitui unirique valeant, cujus rei causa sua sanctitas non solum hortatorias reverendissimo et illustrissimo principi nostro electori, episcopo Spirensi, miserit, sed etiam sacram caesaream majestatem requisierit, uti eadem auxilio brachioque suo saeculari Spirensem ecclesiam in bona ista postliminio jam reversa iterum immitti curare vellet, prout in proxime praeterito electorum conventu Ratisbonae sua majestas, visis et probe ponderatis omnibus juribus, titulis et documentis, episcopatus possessionem, jam ante legitimo modo apprehensam, per decretum clementissime confirmavit. Perpendit insuper animoque paterno revolvit sua sanctitas, in quas angustias omniumque rerum penuriam episcopatus Spirensis tot perpessus clades, spoliatis, exustis et subversis urbibus, castris, pagis, villisque, redactus fuerit, quodque reverendissimus illius dioeceseos episcopus, sublatis jam extinctisque ordinariis mensae suae subsidiis, aegerrime ac ne vix quidem commissum sibi

gregem diutius ibi pascere et protegere, nedum dignitatem statumque principis continuando servare possit. Quam ob rem ulterius benignissime in conceptis habuit, utrum duo monasteria de novo recuperata, nimirum Limpurg cum filiali in Seebach et Euserthal, ratione cujus prioris hoc tempore aegre quidem mille, posterioris vero ad quingenti ducati auri de camera jam antea expressi sunt, ex nunc et in posterum mensae episcopali superaddi et incorporari possint? Optimorum horum conatuum feliciorem successum et effectum sua sanctitas immatura morte praeventa videre non potuit. Unde factum, ut post felicissimum suae sanctitatis obitum non solum incorporatio fieri nequierit, sed etiam ipsa monasteria et ecclesiastica bona maximam sui partem a statibus et principibus aliis etiam tam ecclesiasticis, quam saecularibus personis nunc temporis vehementissime appetantur, quin imo de facto invadantur et ab ecclesia Spirensi divellantur. Quocirca modernus pontifex enixius exorandus, ut ea, quae praedefuncta sanctitas animo sanctissimo destinaverat, suffragante manu excipere et ad extremum colophonem deducere dignare velit. Id hac ratione fiet, si ad exemplum beatissimi autecessoris sacram caesaream majestatem, serenissimum electorem ducem Bavariae, serenissimum Hispaniarum infantem, archiducem Austriae Leopoldum, denuo paterne hortetur, ut quaecunque monasteria et praedia, ad ecclesiam Spirensem pertinentia, in sua potestate habent, eidem ocius restitui curent et in reliquis particulis, quas multifario jure episcopus Spirensis Palatino tanquam hosti suo publico ademit et in possessionem redegit, pacifice relinquant, imo et defendant. Cum etiam ambo superius nominata monasteria Limpurg cum sua filiali in Seebach et Euserthal episcopali mensae incorporari consentiat et siquidem jam ante utriusque nomine redditus ad mille et quingentos ducatos, nimirum pro Limpurg et pro Euserthal expressi fuerint, dominus legatus huic summae, quantum fieri poterit, insistat et incorporationem praedictam vel per viam secretam vel in componendis expediat, attento, quod cum ordine Cisterciensi, quoad monasterium in Euserthal de novo componendum sit. Reliqua praeter haec duo monasteria quod attinet, quando quidem soli Spirensi episcopo, exclusis omnibus aliis, ipsae fundationes primaevae, jus ordinationis, dispositionis et pro re nata mutationis etiam tribuunt atque reservant, humillime a sancto pontifice petendum esse, ut nobis sine cujus-

que contradictione liceat ista monasteria vel ad illum statum redigere, in quo fuerunt ultimum et eo tempore, quo Palatini ea invaserunt, vel si moderni temporis status ecclesiaeque principalis Spirensis, utpote capitis et fundamenti omnium horum monasteriorum, utilitas atque necessitas forsan aliud suadeant, de iis ordinare, quo fundatorum intentioni inprimis satisfiat, gloria Dei promoveatur et bonarum literarum studia incrementum exinde capiant, nos denique ratione officii et conscientiae nostrae securi esse possimus.

---

342. *Urban VIII. pabst ermahnt den kaiser Ferdinand II. die vom bischofe zu Speyer in der Pfalz in besitz genommenen klöster und kirchen zu schirmen.* *Rom,* 1623 *oct.* 21.

Urbanus papa octavus. Charissime in Christo fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Sacerdotii jura et ecclesiarum bona cum legum canonumque praesidio circumvallentur, par etiam est catholicorum principum patrocinio communiri. Id autem omni studio curare accipimus majestatem tuam, cujus victoriae non solum Austriaci imperii propugnacula, sed etiam christianae reipublicae gaudia fuerunt. Omnino his temporibus tanto vindice egebat catholica religio, ad cujus contumeliam haeretici desertores de sacerdotum caede et templorum latrocinio saepe gloriabantur, sed qui perfidiae atque impietatis patrocinium proditor Palatinus suscepit ecclesiasticas divitias, quas devoravit, evomuit et de ventre illius extraxit eas dominus potens in proelio. Praecipue vero in devicto Palatinatu inferiori sacerdotalis authoritas respiravit et cum manum suam misisset hostis ad omnia desiderabilia ejus, tandem aliquando in veterem aliquorum bonorum possessionem rediit. Spirensis autem ecclesia, quae propior periculo fuit, cum quasdam collegiatas et monasteria recuperaverit, egere se nunc caesareo patrocinio sentit. Timet enim, ne, quod illi beneficium salutaria legionum tuarum arma pepererunt, id in praesentia politica magistratuum illorum consilia ereptum aut imminutum eant. Quod quidem si contingeret, videmus, quanta gloriae pars detrahi posset triumphis majestatis tuae, quos scimus haberi velle in orbe terrarum flagella impietatis et fidei munimenta. Proni nos de imperatorii nominis laude et Spirensis ecclesiae incolumitate soliciti, hortamur in praesentia majestatem tuam, ne patiaris a caesareis ministris in Palatinatu degentibus detrimentum

ullum Spirensi episcopatui monasteriisque jam pridem ab eo recuperatis inferri. Disseret hoc negotium venerabilis frater Carolus, episcopus Aversanus, nuntius apostolicus, cujus verbis eandem, quam nostris, fidem habere poterit majestas tua, cui apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vigesima prima octobris, anno millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, pontificatus nostri anno primo. Joannes Ciampolus.

---

343. *Urban VIII. pabst ermahnt den nuntius zu Cöln die besitzungen und gefälle des Speyerer bischofes zu schirmen. Rom.* 1623 *nov.* 18.

Urbanus papa octavus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Ad aures nostras non sine gravi animi nostri molestia pervenit, quod nonnulli suae salutis immemores, praedia, terras, domos, possessiones, jura, jurisdictiones, decimas, prata, pascua, sylvas, census, fructus, redditus, proventus et alia bona mobilia et immobilia, ad mensam episcopalem ecclesiae Spirensis, cui venerabilis frater Philippus Christophorus praeesse dignoscitur, legitime spectantia et pertinentia, in maximum dictae ecclesiae detrimentum evidentemque animarum suarum perditionem, indebite occupare, usurpare et detinere, ac in suos usus convertere non verentur. Nos pro ea, quam omnibus ecclesiis impendere tenemur, sollicitudine, praedictae ecclesiae Spirensis indemnitati, quantum nobis ex alto conceditur, providere volentes, fraternitati tuae, de cujus pietate, prudentia, fide ac honoris Dei zelo plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus et mandamus, ut quorumcunque praediorum, terrarum, domorum, possessionum, pratorum, sylvarum, pascuorum, jurisdictionum, bonorum, jurium, censuum, fructuum, reddituum et proventuum hujusmodi occupatores, detentores et usurpatores, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis fuerint, ad restitutionem, relaxationem et satisfactionem eidem Philippo Christophoro episcopo, faciente authoritate nostra, cogas et compellas et desuper contra et adversus illos, tam conjunctim, quam divisim, per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias aliaque opportuna juris et facti remedia, invocato etiam ad hoc auxilio brachii saecularis, procedas, ac eosdem sententias, censuras et poenas hujusmodi dam-

nabiliter incurrisse declares omniaque et singula, quae in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna fuerint, facias, dicas, geras, exerceas et exequaris, super quibus omnibus plenam et liberam facultatem et potestatem apostolica authoritate tenore praesentium concedimus et impartimur, non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Bonifacii papae octavi, praedecessoris nostri de una et in concilio generali aedita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate praesentium ad judicium non trahatur, ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima octava novembris MDCXXIII., pontificatus nostri anno primo.

---

344. *Philipp Christoph, bischof zu Speyer, erhält von Rom bescheid über seinen diöcesanbericht des jahres* 1623. *Rom,* 1624 *april* 22.

Illustrissime et reverendissime domine. Quando afflictus et convolutus rerum Germanicarum status amplitudinem vestram illustrissimam ecclesiae suae deesse non sinit, sanctissimus dominus noster perhumaniter admisit ad sanctorum apostolorum limina illius nomine visitanda dominum Joannem Guilielmum Husman a Namedy, archidiaconum Trevirensem et praepositum Limpurgensem. Is vero sacrosanctas beatorum apostolorum basilicas pie ac devote veneratus de istius ecclesiae statu deque amplitudinis vestrae illustrissimae virtutibus ac sollicitudine vere pastorali ore scriptoque eam uberiorem reddidit relationem sacrae congregationi cardinalium concilii Tridentini interpretum, quibus ejusmodi relationum excipiendarum munus injunctum est, ut illustrissimi patres plane noverint, amplitudinem vestram illustrissimam ex eo tempore cum superiore quadriennis ejusdem visitationis munus obivit, non modo de pristina virtute ac pietate nichil remisisse, sed amplius se ipsum magis magisque in dies superasse, nullisque perterritam difficultatibus, quaecumque ad catholicam religionem firmandam servandamque pertinere visa sunt, summo studio egregioque exemplo incunctanter praestitisse, adeo ut ex illius eximia virtute acrique zelo spem maximam conceperint, oves illis commissas in his fluctibus non modo de veteri et avita religione nihil remissuras, sed etiam quotidie adversus sectariorum insidias viresque paratiores fu-

turas. Deus optimus maximus amplitudinis vestrae illustrissimae praeclaros conatus fortunet illamque diutissime servet incolumem. Romae die vigesima secunda aprilis, millesimo sexcentesimo vigesimo quarto. Amplitudinis vestrae illustrissimae ac reverendissimae ad inserviendum paratus cardinalis de Torres.

---

345. *Urban VIII. pabst überlässt dem erzherzoge Leopold von Oestreich die bezüge dreier klöster in der diöcese Speyer auf drei jahre. Rom*, 1624 *mai* 30.

Urbanus papa octavus. Dilecte fili, salutem et benedictionem. Cum, sicut accepimus, tu in territorio seu praefectura Germershemii per charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum, Romanorum regem in imperatorem electum, in provincia Palatinatus inferioris, assignato, tria regularia monasteria e manibus haereticorum, sive alias indebite occupata atque usurpata, benedicente Domino, recuperaveris, nos tam felici et prospero eorundem monasteriorum statui consulere, quam tibi, quem pro fidei catholicae defensione gravissima expensarum onera subire oportuit, de aliquo subventionis auxilio, quatenus cum Domino possumus, providere volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, curam, regimen et administrationem dictorum monasteriorum in spiritualibus et temporalibus ac alias in omnibus et per omnia tibi cum facultate omnia et singula circa ea quomodolibet necessaria et opportuna faciendi, dicendi, gerendi et exercendi, quae eorundem monasteriorum abbates, qui pro tempore fuerunt, facere, dicere, gerere vel exercere potuerunt seu et debuerunt, ac quod omnes et quoscunque eorundem monasteriorum, bonorum, jurium et actionum detentores, occupatores ac et perturbatores agendi et procedendi eorumque bona recuperandi eaque eisdem monasteriis restituendi, nec non fructus, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta, ex ipsis monasteriis provenientia quaecunque, percipiendi, exigendi, levandi, recuperandi eaque eisdem monasteriis restituendi et incorporandi, nec non fructus, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta, ex ipsis monasteriis provenientia quaecunque, percipiendi, exigendi, levandi, recuperandi illaque, provisis prius eorundem mona-

steriorum ecclesiis, si quae sint, de rebus ad divinum cultum necessariis, nec non idoneis sacerdotibus, qui in eisdem monasteriis seu ecclesiis ab eis dependentibus missas celebrent, sacramenta ecclesiastica populo, eisdem monasteriis seu ecclesiis ab eis dependentibus subjecto, administrent, in tuos usus et utilitatem convertendi ad triennium proximum duntaxat, tenore praesentium committimus et demandamus, decernentes praesentes nostras literas et ex eo, quod quicunque in praemissis interesse habentes eis non consenserint, nec ad id vocati fuerint, aut alias ex quovis capite quantumvis legitimo et juridico de suspectionis vel obreptionis aut nullitatis vitio notari, annullari vel invalidari seu ad viam et terminos juris reduci, aut adversus eos quodcunque juris, gratiae vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sicque per quoscunque judices, quavis auctoritate fungentes commissarios vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores et sacrae Romanae ecclesiae cardinales, vel de latere legatos et vicelegatos ac sedis apostolicae nuntios, sublata eis et eorum cuilibet quavis alii judicandi et interpretandi facultate vel auctoritate, ubique judicari et diffiniri, ac irritum et inane, si secus super hiis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, non obstante regula nostra de jure quaesito non tollendo ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non monasteriorum et ordinum, quorum fuerint etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis eorum, quae totalis, tamen specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tamen, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut triennio hujusmodi durante monasteriorum praefatorum statum et bona describere et annotare, notamque hujusmodi ad nos, cum primum poteris, transmittere cures, quodque finito triennio hujusmodi praesentes nullae sint, quodque praevisio, collatio et omnimoda illorum monasteriorum hujusmodi dispositio ad nos

et ad Romanum pontificem pro tempore existentem omnino spectet et pertineat, ita ut de illis per sedem apostolicam duntaxat disponi possit, ac irritum similiter et inane, si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die trigesima maji MDCXXIV., pontificatus nostri anno primo.

---

346. *Urban VIII. pabst verleiht dem bischofe zu Speyer Philipp Christoph die dreijährige verwaltung und den genuss der in der Kurpfalz gelegenen kirchen und klöster. Rom*, 1624 *aug.* 7.

Urbanus papa octavus. Venerabilis frater! salutem et apostolicam benedictionem. Felici collegiatarum aliarumque ecclesiarum, nec non monasteriorum et aliorum locorum regularium in dioecesi Spirensi existentium, e manibus haereticorum non ita pridem benedicente Domino recuperatorum, statui, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, nec non de tua fide, prudentia, integritate et catholicae religionis zelo plurimum in Domino confisi, de venerabilium fratrum nostrorum, sacrae Romanae ecclesiae cardinalium, negotiis Palatinatus praepositorum consilio, curam, regimen et administrationem ecclesiarum, monasteriorum et aliorum regularium locorum hujusmodi, exceptis tamen collegiata ecclesia in Clingenmunster et monasterio in Eusersthal cum filiali Heilsbrouch, quarum administratio dilecto filio Leopoldo ex archiducibus Austriae, ecclesiarum Argentinensis et Passaviensis administratori, auctoritate apostolica deputato, ad certum tunc expressum tempus eadem auctoritate concessa exstitit, nec non praepositura in collegiata pariter ecclesia loci de Limburg cum filiali in Seebach et Scheonfeldt, quam dilectus etiam filius Franciscus ex comitibus de Lodronis in titulum vel in commendam ad sui vitam ex concessione apostolica obtinet, in spiritualibus et temporalibus ac alias in omnibus et per omnia tibi cum onere tamen, supportatis prius eorum et cujuslibet eorum debitis et consuetis oneribus, si quae sint, illas reparandi et restituendi cum suis canonicis et religiosis in pristinum statum, in quo ante occupationem erant ac facultatem communem omnes et quoscunque ecclesiarum monasteriorumque, nec non regularium locorum hujusmodi, bonorum, jurium et actionum detentores, occupatores et etiam perturbatores agendi et procedendi, eorumque bona

recuperandi eaque eisdem ecclesiis, monasteriis et locis regularibus restituendi et incorporandi, ad triennium proximum duntaxat, dicta auctoritate tenore praesentium committimus et demandamus. Decernentes praesentes nostras literas etiam ex eo, quod quicunque interesse in praemissis habentes eis non consenserint, nec ad id vocati fuerint, aut alias ex quovis capite quantumvis legitimo et juridico de subreptionis aut nullitatis vitio notari, annullari vel invalidari, seu ad viam et terminos juris reduci, aut adversus eos quodcunque juris, gratiae vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sicque per quoscunque judices, quavis auctoritate fungentes commissarios vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, etiam sacrae Romanae ecclesiae cardinales et de latere legatos et vicelegatos ac sedis apostolicae nuntios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et diffiniri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, non obstantibus regula nostra de jure quaesito non tollendo ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non monasteriorum et ordinum, quorum fuit, etiam jurato, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus etsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis eorumque totis, tamen specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tamen, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut triennio hujusmodi durante ecclesiarum et monasteriorum praedictorum statum et bona describere et annotare, notamque hujusmodi ad nos, cum primum fieri poterit, transmittere cures et finito triennio hujusmodi praesentes nullae sint eo ipso, quodque provisio, collatio et omnimoda monasteriorum hujusmodi dispositio ad nos et Romanum pontificem pro tempore existentem omnino spectet et pertineat, ita ut de illis per sedem apostolicam duntaxat disponi possit, ac irritum et inane, si secus super his a

quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die septima augusti, millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, pontificatus nostri anno secundo.

---

347. *Urban VIII. pabst überlässt dem bischofe Philipp Christoph zu Speyer einige klöster und stifter. Rom*, 1624 *aug.* 10.

Urbanus papa octavus. Venerabilis frater! salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuae zelus literis proxime ad nos datis mirum in modum eluscescit, dum de nonnullis monasteriis collegiatisque ecclesiis, intra fines Spirensis dioecesis consistentibus, quae singulari Dei beneficio impietatis faucibus ereptae, catholicae religioni sunt restitutae, tam multa tantoque cum animi affectu ad nos perscribis. Omnium igitur, quae fuse nobis exposuisti, habita ratione, ut praefatorum monasteriorum et ecclesiarum bono opportunius consulatur, eo apostolica benignitate adducti sumus, ut eorum administrationem aliqua saltem ex parte christianae prudentiae tuae committendam esse decreverimus, sicuti ex aliis nostris literis fraternitas tua plenius cognoscet. Illud unum videtur superesse, ut iis, quae ad catholicam religionem promovendam Deique cultum augendum te praestiturum alacriter polliceris, digna optimo antistite sedulitate, opere ipso respondeas, quod quidem dum nos jure speramus, apostolicam tibi benedictionem amanter impartimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die decima augusti MDCXXIV., pontificatus nostri anno secundo.

---

348. *Philipp Christoph, bischof zu Speyer, bittet den pabst um die befugniss vom irrglauben lossprechen zu dürfen. Philippsburg*, 1624 *oct.* 2.

Post debitam obedientiam et sacrorum pedum oscula. Beatissime pater! Ob pericula nova imminentia proximis hisce diebus ad dioecesim meam Spirensem veni, in qua calvinisticam haeresim in iis paucis locis, qui a potentioribus ex multis jam primitus ecclesiae meae per me vindicatis modo adhuc residui sunt, afflante divino numine exterminabo. Quod episcopale officium non majora odia adversariorum in me concitare poterit, cum jam ipsis persecutione, odiis et opprobriis ad summitatem fatigatis media, ut spero, amplius nocendi desint,

et meam nunc sit, non aliam ex inimicis vindictam, quam conversionem animarum reportare et tunc satiabor, cum haec apparuerit. Et licet a sanctitate vestra non ita dudum mihi tanquam archiepiscopo Trevirensi facultas absolvendi ab haeresi elargita sit, cum tamen dioeceses non confundandae sint et prior facultas Spirensis jam exspiraverit, rogo sanctitatem vestram, quam possum humillime, ut eandem facultatem absolvendi ab haeresi mihi quoque tamquam episcopo Spirensi gratiose conferre dignetur, quo per plures operarios messem uberiorem hisce in partibus colligere possim, Deum optimum maximum ex animo precans, ut sanctitatem vestram sanctae universali ecclesiae catholicae quam diutissime servet incolumen. Ex castro meo Philippico die secunda octobris, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quarto. Philippus Christophorus.

---

349. *Philipp Christoph, erzbischof zu Trier und bischof zu Speyer, verlegt das chorstift zu Herd nach Philippsburg. Philippsburg,* 1625 *märz* 24.

Philippus Christophorus, Dei gratia archiepiscopus Trevirensis, sacri Romani imperii per Galliam ac regnum Arelatense archicancellarius et princeps elector, episcopus Spirensis, administrator Prumiensis perpetuus, praepositus Weissenburgensis etc. Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis desuper pastoralis servitutis officio cunctarum, praesertim insignium collegiatarum ecclesiarum, nostris dioecesibus subjectarum, ac personarum ecclesiasticarum divinis laudibus deditarum assidue intenti profectibus, nostros ad ea propensius dirigimus cogitatus, per quos ecclesiis et personarum earundem commoditatibus, cum potissimum subesse conspicitur opportunitas, utiliter et salubriter provideatur. Hinc est, quod animo ruminantes calamitosum statum, in quem nostra collegiata ecclesia B. M. V. in Herd nostrae dioecesis Spirensis, a multis retro annis, orto statim religionis dissidio, miserabiliter detrusa fuit, dum contra primaevi fundatoris intentionem, contra diversa a Romanorum imperatoribus ac regibus concessa privilegia, quibus prædicta Herdensis nostrae Spirensi ecclesiae in proprium tradita est, contra expressum denique jus nostrum et exercitium advocatiae similiter multifarie nobis confirmatum, praedecessores nostri animo condolenti et non remediabundo permittere debuerunt, qua-

tenus antedicta collegiata Herdensis potentiore manu quondam electorum Palatinorum supprimeretur, personae ecclesiasticae inibi Deo famulantes propellerentur, exercitium et laudes divinae extinguerentur, sanctorum reliquiae sacraque ornamenta, nec non omnia privilegia et documenta diriperentur, redditus et proventus ad honorem Dei destinati ad alienos et prafanos usus applicarentur. Et quidem huic calamitati et subversioni saepedictae ecclesiae vix unquam mederi posse jam dudum quasi desperatum erat, donec tandem post longas fidelium preces juste Dei judicio et auxiliantibus caesareis statuumque sacri imperii catholicorum armis, injustus detentor omnimodo exauthoratus et saepefata ecclesia Herdensis libertati pristinae vindicata, nobis ecclesiaeque nostrae Spirensi cum omnibus suis juribus restituta fuit. Porro nos ulterioribus dispendiis et incommodis dictae collegiatae Herdensis, quantum ex alto nobis permittitur, occurrere cupientes et sollicite attendentes, quod eadem ecclesia in rure aperto, rusticano pago, loco non tuto et longe a civitate ulla vel oppido securo, solitaria quasi et ad quam populi multitudo ad divina audienda raro confluere valeat, sita sit, quodque modernorum ac futurorum bellorum tempore (quae totam hanc patriam miserrime proh dolor devastarunt) personae ejusdem ecclesiae ibidem secure morari et Deo vota sua commode persolvere salvique in rebus ac bonis suis persistere non possint et exinde non frustra timendum foret, ne quamvis cultum divinum pristinum in antiquo loco resuscitare et continuare niteremur, pauci admodum residere curarent, aut minus secure bellorum formidine praepediti praestare id possent, quibus etiam accedit, quod saepedicta collegiata Herdensis in modernis structuris suis et aedificiis undique ruinam irrecuperabilem tum minitetur, tum eadem jam antea ex majore parte collapsa et in alienos usus mutata sint, adeo ut pro eorundem damnorum reparatione et instaurandis commodis personarum ecclesiasticarum habitationibus multorum de futuro annorum redditus vix sufficere videantur. Idcirco saepedictae ecclesiae de meliori securitate ac loci commoditate prospicere volentes, nos in eum finem oppidum nostrum Philippicastrum, in quo nostra episcopalis solet esse residentia, et ad quod totius dioecesis nostrae in dies videtur confluxus, eligendum et designandum judicavimus, tum quod dictum oppidum ex natura loci bene munitum, ac nihilominus vallis et propugnaculis sumptuose instructum, ut ab omni

inimicorum injuria facile defendi valeat, tum quod inibi praeclara sit ecclesia parochialis et chorus pro aliquot personis ad persolvendum cultum divinum accommodatus, tum etiam quod redditus et proventus una cum quibusvis aliis necessariis facili negotio, seu terrâ seu navigio, trium horarum intervallo ex Herd commodissime Philippicastrum deferri valeant. Matura insuper deliberatione habita, nec non de venerabilium devotorum, nobis in Christo sincere dilectorum, decani et capituli ecclesiae nostrae Spirensis consilio pariter et assensu, antedictam collegiatam ecclesiam sub invocatione gloriosissimae virginis ac Dei genitricis Mariae in Herd situatam ac ejus personas cum omnibus et singulis collegialibus insigniis, canonicatibus et praebendis, dignitatibus, personatibus, administratione, officiis, vicariis, quarumcunque qualitatum, quibus ipsa ecclesia et personae in antea gaudebant, nec non bonis mobilibus et immobilibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus, jure, titulo et causa quibuscunque, insuper cum privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, praerogativis, gratiis et antelationibus seu aliis incumbentibus honoribus et favore, ad personas et ecclesiam in Herd antedictam, conjunctim et divisim quomodolibet spectantia et pertinentia, in et ad ecclesiam parochialem sancti Nazarii martyris in oppido nostro Philippicastro hac auctoritate nostra ordinaria, ad omnipotentis Dei ac gloriosae virginis Mariae totiusque curiae coelestis laudem et gloriam transferimus ac jam dictam sancti Nazarii parochialem in collegiatam ecclesiam elevamus et in nostram specialem episcopalem protectionem, citra cujuscunque archidiaconi aut vicarii in spiritualibus inspectionem (ut antea) suscipimus, statuimus quoque et ordinamus, quod deinceps ea ipsa ecclesia sub invocatione intemeratae virginis ac Dei genitricis Mariae, sancti Philippi apostoli ac sancti Nazarii martyris, pro cellegiata honorari ac reputari, personae quoque ecclesiasticae, tanquam veri canonici a nobis instituti, divinum cultum inibi more aliarum collegiatarum et vigore nostri expressi mandati et praescripti specialis, studiose ac pie persolvere, insuper autem quaecunque parochiales functiones et sacramentorum administrationes inibi etiam pro more antiquo et usitato, non obstante hac unione collegiali, solicite exercere ac ad invicem conformari debeant. Ad persolvendum autem cultum divinum antedictum amodo constituimus et praesentium tenore ordinamus, quod in eum finem

octo ecclesiasticae personae in ordine presbyteratus actualiter constitutae seligi et deputari debeant, qui ex nunc deinceps futuris temporibus divina officia diurna simul ac nocturna in antefata collegiata Philippicastrensi indesinenter [illegible] reliquaque omnia exequantur, prout praesens nostra constitutio subsequenter prolixius praescribit. Ex his octo personis ecclesiasticis sex continuo in saepe dicta collegiata Philippicastrensi residebunt ac divina, uti praemittitur, devote obibunt; reliqui vero duo in abolita ecclesia Herdensi suas habitationes, sub communi mensa, per reddituarium illius loci administranda, continuabunt et in administrandis divinis et praedicando verbo Dei sese invicem sublevabunt, nec non miserorum subditorum calvinistica tabe infectorum conversioni solicite incumbent. Inter eosdem sex primarium locum obtinebit is, qui parochi functionem gerit ac deinceps decani simul ac parochi titulo alios antecedet, hunc in dignitate custos, illum vero scholasticus ex ordine sequetur, porro caeteri quinque ecclesiastici canonicorum nominibus indecorabuntur. Ad collegiatam ejusmodi, nec non praebendas canonicales nemo assumendus, nisi a nobis legitime et in scriptis praesentatus, prout etiam collationem seu provisionem et investituram decanatus ac functionis parochialis nobis ac successoribus nostris per expressum praesentium tenore reservamus. Decanus ac caeteri quinque canonici in Philippicastro residentes sedulo intendent, ut quotidie sacrum missae sacrificium, nec non matutinae et vesperae cum horis reliquis consuetis, more aliorum collegiatarum, in ecclesia superius designata, pro temporum qualitate rite et devote cantentur, quibus officiis divinis quilibet (nisi forsan functiones parochiales aut ad concionem praeparatio aliaeque causae relevantes impediant) interesse tenebitur et alias praesentiis, vicissim ad singulas horas juxta praescriptum nostrum deputatis, non gaudebit et quidem si unus vel alter ex quinque canonicis tempestive et ante inceptas horas ad divinos cultus accedere neglexerit, is horae et diei istius praesentia pro qualitate delicti frustrandus veniet, et si id saepius reiterare vel se omnino absentare praesumat, non solum ab unius, sed plurium retro dierum praesentiis juxta decani discretionem privandus aliisque poenis mulctandus erit. Et quia nostra constitutio et ordinatio praesentium tenore praecipit, ut non solum decanus tanquam parochus ejusque ordinarius capellanus concionibus ordinariis vacent, sed praecipue etiam

necessarium est, ut similiter reliqui canonici alternis vicibus sese continue in concionibus et profitenda catechesi exerceant et quaecunque etiam parochialia ad mandatum decani vel ejus mandatarii contradictione ministrare adjuvent. Hinc quoque districte ordinamus, ut tum decanus ipsemet, tum custos et scholasticus una cum caeteris tribus canonicis junioribus in alumnatu nostro, quem nos ante hac specialiter fundavimus et sufficientibus structuris in illum finem accommodavimus, communi mensa et domo fruantur et legibus ejusdem alumnatus usitatis stricte utantur sicque absolutis divinis officiis in finem praedictum quotidie certis horis incumbant, quatenus sese ad conciones publicas qualificatos reddere ac postmodum ad parochias promoti animarum curae melius intendere valeant. Singulis diebus duo habebuntur missae sacrificia, quorum primum mane sub matutinis, alterum inter sextam et nonam more ordinario, bis vero in hebdomade pro fundatoribus et benefactoribus (adjunctis suo loco et tempore vigiliis mortuorum) eadem observabuntur. Per has vero constitutiones primissariae diebus festivis ante hac solitae nihil derogabitur, sed aeque bene is, cui hactenus incumbit, eam suo tempore servare tenebitur, prout nec alias laudabiles parochiales consuetudines, hucusque observatas, aut a praedecessoribus nostris fundatas, ullo modo hisce abrogare intendimus aut usquam abrogari volumus. Ut vero cultus divinus inter canendum eo decentius, perfectius et citra confusionem quovis tempore persolvatur, indulgemus, ut cantor saecularis expresse in illum finem suscipiatur, qui singulis horis et officiis ante inchoationem eorundem primus adesse et ultimus abire, chorum regere et juniores canonicos, nec non chorales ad cantum et chori ministeria instituere, ad omnia officia praecinere ac generaliter quaecunque ad cantum spectantia juxta decani ordinationem disponere ex juramento tenebitur et vicissim praesentiis ordinariis una cum frumenti et vini participatione gaudebit. Is vero si tardius ad officia venire aut se totaliter sine expressa licentia subtrahere tentaverit, similiter imo gravius in ipsum animadvertetur, prout superius de caeteris canonicis jam ante constitutum est. Indulgemus etiam, ut ludimagister sive magister scolae pro tempore existens ingressum chori quotidie habere et in matutinis, missae sacrificio et vesperis frumentum, vinum et pecunias juxta praescriptas nostras praesentias deservire valeat, in caeteris vero horis nihil deserviturus. Praeter quem

ludimagistrum quatuor insuper pueri chorales assumentur, qui omnibus officiis divinis intererunt et in cantu juvabunt, illisque victus et amictus necessarius in praefato alumnato nostro sumptibus collegii praefati subministrabitur. Quas quidem praesentias universales, quantum una cum aliis necessariis requiretur, nos per reddituarium nostrum, in domo collegiali Herdensi habitantem, ad manus destinati praesentiarii in singulos annos certo et indubie sine decani aut canonicorum sumptibus assignari curabimus, omnem superiorem jurisdictionem et administrationem super reliquis nobis plenarie reservantes. Decano vero id incumbet, ut praesentiae deservitae per deputatum fideliter dispensentur, laudabilis ordo in divinis habeatur, cuique suae functiones citra confusiones praescribantur et canonici omnes in boua vivendi norma, sedulo studio et virtutum zelo conserventur. Si quid contrarium a quovis committatur, decanus poenam seu mulctam juxta discretionem praefiget. Praesentiarius suorum receptorum et expositorum quotannis coram nobis vel nostris ad id delegatis, in praesentia tamen decani, fidelem reddet computum et omnia per syngraphas testificari studebit. Hanc igitur nostram translationem, ordinationem, constitutionem, dispositionem, et omnia et singula contenta in eadem, perpetuis futuris temporibus firmam et inviolatam haberi et permanere, nec non omnes et singulos canonicos aliosque ecclesiae praeinsertos ministros in praementionatum tenorem ejusdem ante suam susceptionem jurare ac nihilominus bis in anno capitulariter ipsis praelegi volumus atque mandamus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, jure quoque addendi, minuendi, corrigendi reliquisque omnibus nobis semper salvis. Adjicientes, quod circa hanc translationem authoritas et dispositio sacrae sedis apostolicae super eadem, nec non etiam super praepositura ejusdem collegiatae ecclesiae, quae inibi major dignitas semper antehac fuit, dum commode fieri poterit, pro majoris roboris firmitate ac praemissorum omnium confirmatione, nec non defectuum, si qui forsan intervenissent, suppletione quantocius implorabitur. In quorum omnium fidem et testimonium praesentes nostras literas jussimus et fecimus nostri sigilli appensione communiri. Datae in castro nostro Philippico die lunae post dominicam palmarum, die vicesima quarta mensis martii, anno millesimo sexcentesimo vicesimo quinto.

350. *Philipp Christoph erzbischof zu Trier und bischof zu Speyer stiftet und ordnet das clericalseminar zu Philippsburg. Coblenz, 1628 juli 12.*

Philippus Christophorus, Dei gratia archiepiscopus Trevirensis, sacri Romani imperii per Galliam et regnum Arelatense archicancellarius et princeps elector, episcopus Spirensis, administrator Prumiensis perpetuus ac praepositus Weissenburgensis. Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis desuper pastoralis officii debito, quatenus oves nobis concreditae populusque nostrae dioecesis Spirensis per exemplares parochos verbique Dei fideles ministros et praecones, qui vitae morumque probitate verbo et exemplo praebeant, pascatur ad omnemque pietatem inducatur, assidue intenti, nostros ad ea propensius dirigimus conatus, per quae plebaniis successu temporis hac in parte utiliter et salubriter provideatur. Hinc est, quod animo ruminantes hoc nostrum calamitosum saeculum, quo maxima, qualis non a multis retro saeculis visa, penuria plebanorum, qui gregi dominico doctrina et exemplo praefici possint, partim ob turbulenta tempora, quae aliquot ab hinc annis huc usque continuarunt, quibus studia hinc inde sepulta fuere, partim ob reformationem vicini palatinatus et marchionatus, ubi maxima sacerdotum copia necessaria fuit, sat superque ob oculos cernitur, indeque non raro fiat, ut parvuli petentes panem non habeant, qui frangat illis et secundum Domini edictum, messis quidem copiosa, operarii autem pauci, rogandusque dominus messis, ut operarios mittat. Porro nos ulterioribus dispendiis et incommodis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere et sollicite prospicere volentes, collegiatam ecclesiam et alumnatum in praetactum finem in castro nostro Philippico pro aliquot personis, tam actu in gradu presbyteratus existentibus, quam suo tempore ad sacerdotium promovendis, erigi et fundari fecimus, in quo seminario tamquam semina et plantulae novellae hinc inde per dioecesim nostram veluti fructuosissimae arbores, ubi excultae excreverint, suo tempore maximo cum fructu et salute animarum multarum transplantari et fructificari possent. Ac quatenus omnia ad majorem Dei gloriam nostramque praementionatam intentionem magis solide dirigantur, amodo constituimus et ordinamus, quatenus parochus ibidem existens, tam collegiatae ecclesiae decanus, quam ejusdem nostri seminarii rector, in communi refectorio, in mensa tamen separata, refectionem sumat, ad reliquos omnes tam sacerdotes, quam alumnos inspectionem habeat, ac quantum

ejus officium permittit, praesens nunc quilibet temporibus horisque statutis vocationi, ordinationi et officio suo satisfaciat, ocularem inspectionem habeat, cui etiam pro tempore, donec alius substituatur, praelectionis casuum conscientiae, quibus tam sacerdotes, quam alumnos interesse volumus, demandavimus, pro labore recompensam statuentes. Ac ut haec omnia officia debite exsequi valeat a minoribus et tempore occupationum a majoribus horis in choro psallendis, praetactum decanum nostrum eximimus et exemptum declaramus. Haec item omnia, ut facilius executioni mandarentur, nos in aedibus parochialibus, ubi spatium satis amplum, locus percommodus et horti, pro tempore aedificium commodum pro aliquot personis erigi et exaedificari — donec alias, si ita divino numini placuerit, aliter disponentes in ipsum castrum nostrum omnia transferamus — mandavimus. Et quia praecipuus noster scopus est hac nostra fundatione et ordinatione providere, quatenus oves nobis concreditae dioecesis nostrae per exemplares parochos, verbo et exemplo praelucentes, qui in hoc nostro seminario educentur et instituantur, pascantur: hinc quoque districte praecipimus et ordinamus, ut non solum decanus, tanquam parochus, ejusque capellanus concionibus ordinariis vacent, sed et reliqui omnes sacerdotes alternis vicibus sese continue in concionibus aliisque parochialibus ad mandatum decani, alumni vero in profitenda catechesi exerceant. Quoad regulas vero et distributionem temporis, ordinem domus et officiorum distributionem, hasce nostras subscriptas regulas, ordinationes et constitutiones districte in virtute sacrae obedientiae servari volumus et mandamus. — Regulae. — I. Fundatores et benefactores hujus ecclesiae et seminarii, prout et nostram personam, intentionem necessitatesque nostrae dioecesis Spirensis peculiariter in suis sacris sacrificiis et precibus assidue perpetuis futuris temporibus Deo commendabunt. II. Omnes, tam sacerdotes, quam alumni, decano legibusque, ab ipso praescriptis et praescribendis, sine contradictione obtemperent. III. Nemo sine facultate decani aut ejusdem substituti domo egrediatur ad alia loca, peculiariter aedes civium, nec foris nisi habita licentia pernoctet. IV. Per domum, studiorum praesertim tempore, nemo vagetur, nec unus alterum in studiis perturbetur. V. Vestes gestent talares et cum palliis, exeuntes in ipso residentiae loco sacerdotes, tunicellis ipsa genua nonnihil cooperientes, gestabunt, ubique maxime in publico, honestatis

et humilitatis memores, laicis bono exemplo praelucentes, sacerdotes singulis septimanis, alumni vero singulis ad minimum mensibus, confessario stabili, qui ipsis assignabitur, confitebuntur et communicabunt. VI. Horis omnibus in choro singulis diebus debite psallando et cantando sacerdotes, alumni vero duntaxat majoribus horis et sacrae missae officio, qua par est pietate et modestia, prout latius constitutiones Philippicastrum translatae Herdensis ecclesiae praescribunt, intererunt. VII. Ad subdiaconatus ordinem nemo admittendus sine praevia confessione generali de tota vita et sacro initiatus presbyterio ante primitias per hebdomadam exercitia spiritualia praemittat, quatenus sic ad tantum sacrificium et dignitatem debite praeparet. VIII. Ubi aliqua ob eorum errata iis fuerit mulcta aut poena a superioribus irrogata, ne sint in subeundo difficiles, sed potius animum mores suos corrigendi prae se ferant. — Dispositio temporis. — I. Mane hora quinta e somno excitati signo campanulae, compositis necessariis, omnes ad medium sextae cum silentio et modestia conferent sese ad mututinas. II. Ad septimam usque ad octavam praelectioni casuum conscientiae omnes, tam sacerdotes, quam alumni, intererunt. III. Prandii tempore ad medium undecimae, quod per tres circiter quadrantes durabit — exceptis diebus recreationum — curandum est, ut silentium, temperantia et modestia observetur ac cum corpus edendo reficitur, animus simul ex pii alicujus libelli lectione reficiatur. IV. Post prandium et coenam hora integra ad valitudinem fovendam pro recreatione dabitur, qua finita omnes sese in cantu exercebunt et exercitio communi musices intererunt, quo finito rursus ad studia se conferent. V. Tempus, quod superest a vesperis usque ad coenam — exceptis diebus recreationum — partim studiis et repetitionibus praelectionis casuum et contraversiarum, partim aliis piis exercitiis ad arbitrium regentis tribuent. VI. Hora octava lectis lytaniis pro benefactoribus seminarii et examinata conscientia, quibus omnibus unius horae quadrans tribuetur, dato signo omnes cum silentio et modestia cubitum discedant, nec ulli postea scribere aut legere aut lumen habere sine peculiari facultate decani licebit. — Officiorum distributio. — I. Officium decani. Decano id incumbit, ut omnes regulae suprascriptae, sicut et constitutiones ecclesiae Herdensis, Philippicastrum translatae, accurate serventur, laudabilis ordo in choro et domi habeatur, cuique functiones

suae citra confusionem praescribantur ac omnes, tam sacerdotes quam alumni, in praescripta bona vivendi norma contineantur, sedulo studio et virtutum zelo contra hasce regulas et constitutiones peccantes corrigere et mulctare. II. Officium procuratoris. Procurator praeter munia ecclesiastica, quae alias vigore regularum obire tenetur, omnia cum praescitu decani peraget; singulis item mensibus fidelem computum coram decano et quaestore, singulis vero annis coram nobis aut nostris ad id deputandis generalem rationem reddet; ordinem item praescriptum in omnibus accurate, cuique suum, nec plus, nec minus tribuendo, servabit; inventarium item omnium mobilium totiusque supellectilis, cum rationes fecerit, monstrabit. III. Officium cantoris et praesentarii. Praesentias deservitas singulis mensibus fideliter distribuet, suorum receptorum et expositorum quotannis coram nobis, aut nostris ad id delegatis, fidelem reddet computum; absentes in choro notabit ac singulis septimanis decano, quatenus praesentiae ipsis detrahantur, in scriptis tradet, chorum diriget praesesque erit musices ac ut omnes, tam sacerdotes, quam alumni, in utroque chorali et figurali instruantur, tam per se, quam per alios ad id deputatos fideliter curabit. — Officia hebdomadaria alumnorum a regente distribuenda. — I. Officium excitatoris. Hebdomadarius excitator mane quadrante ante alios surget et hora quinta signo campanulae, candelis accensis, reliquos omnes excitabit, aquam recentem in pelvim, prius bene mundatam, mittet, hypocaustum expurgatum mature in hyeme califaciens. II. Officium ministri mensae. Minister mensae curabit, ut refectorium, mappae, orbes, scbyphi omniaque ad mensam pertinentia sint munda et ut mensa ordinario tempore sit strata, cibum potumque reliquis munde ministrabit ac post mensam omnia rursus honeste componens, refectorium claudet. III. Officium lectoris. Lector singulis diebus hora statuta campanula signum dabit ad mensam et ante mensam benedictionem praemittet; finita lectione gratiarum actionem subjunget, signoque dato ad recreationem, cum ministro et coquo cibum capiet. IV. Officium coqui. Coquus curabit, ut omnia ad culinam spectantia et necessaria tempestive habeat ad manus, sintque munde et bene cocti cibi horaque ordinaria praeparati, ne ordo mensae ulla ratione interturbetur. V. Officium janitoris. Janitor neminem ignotum aut etiam notum, qui alias ad alumnatum non pertinet, sine praevia intimatione apud

decanum intromittat, nemini etiam vesperi sine facultate ejusdem januas aperiat, claves diligenter custodiat secumque ferat ac vesperi easdem regenti tradens, mane mature repetat. Has igitur nostras regulas, ordinationes, constitutiones, dispositiones et omnia et singula in eisdem contenta perpetuis futuris temporibus firma et inviolata haberi et permanere volumus, nec non omnes et singulos alumnos aliosque insertos alumnatus ministros in praementionatum tenorem respective supradictorum ante suam susceptionem jurare ac nichilominus singulis mensibus ad mensam praelegi volumus et mandamus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, jure quoque addendi, minuendi, corrigendi reliquisque nobis et nostris ad id deputatis aut deputandis semper salvis. In quorum omnium fidem et testimonium praesentes nostras literas jussimus et fecimus nostri sigilli appensione communiri. Datae in civitate nostra Confluentina die Mercurii post tertiam dominicam Trinitatis, duodecima mensis julii, anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo.

---

351. *Philipp Christoph bischof zu Speyer giebt den dortigen Minoriten die erlaubniss für die wiederherstellung ihres klosters beiträge sammeln zu dürfen. Speyer,* 1629 *juni* 25.

Philippus Christophorus, Dei gratia archiepiscopus Trevirensis etc. Universis et singulis fidelibus, tam ecclesiasticis, quam saecularibus, praelatis, comitibus, baronibus, praefectis, officialibus, archipresbyteris, pastoribus, burgimagistris, consulibus etc., praesentes literas inspecturis, lecturis seu legi audituris, salutem. In eam nobis praecipue curam incumbendum est, ut per dioeceses nostras omnia sacra aedificia, templa, monasteria, conventus etc. non solum sarta tecta maneant, sed et collapsa restaurentur, maxime vero religiosis nostris, qui assiduis laboribus in castris Christi militant ac diurnis nocturnisve vigiliis animarum lucro sedulo intendant, non minus de commoda habitatione, quam vivendi competentia auxilio et consilio provideamus. Cum autem tumultuosa ac cruenta anteactis temporibus Germaniae bella non patiantur, ut omnia ista vel per nosmet ipsos, etiam civitatis et dioecesis nostrae Spirensis incolas, multitudine et frequentia mendicantium obruti, praestare valeamus, ne per hoc monastica religiosorum nostrorum disciplina, cultusque divini splendor et magnificentia deficiat, non absque re

visum fuit ad instantiam patrum conventualium minorum, ordinis sancti Francisci, in antedicta civitate Spirensi, qui sub apostolicae paupertatis voto vitam traducentes pauperem, de solo patrimonio Christi sustentantur, extrema eos urgente necessitate, duos religiosos fratres ejusdem instituti professos, patrem Angelum Weinman et fratrem Didacum Franck, ad venerabiles, reverendos praelatos, comites, barones, praefectos, officiales, archipresbyteros, pastores, burgimagistros, consules caeterosque fautores et benefactores, elemosynarum ad restaurandum ruinosum tam templum, quam conventum, colligendarum gratia ablegare. Rogantes universos et singulos, quatenus eos benevolo et benigno hospicio excipere et subditis suis extremam eorundem necessitatem sollicite recommendare dignentur et charitativo succursu et affectu liberaliter per misericordiam Dei subveniant, amplissimam hujus beneficii mercedem a Deo optimo maximo, omnium bonorum in Christi pauperes profusorum liberalissimo ac munificentissimo remuneratore, aliquando remuneraturi. In quorum fidem, etc. Spirae die vigesima quinta junii, anno millesimo sexcentesimo vigesimo nono.

---

352. *Lothar Friedrich von Metternich wird zum bischofe zu Speyer gewählt. Speyer,* 1652 *april* 11.

In nomine Domini, amen. Cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate Domini nostri millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo, indictione quinta, sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii, divina providentia papae ejus nominis decimi, anno pontificatus ejus octavo, die Jovis, undecima aprilis, in cathedrali ecclesia Spirensi, post celebratam missam de Spiritu sancto per reverendissimum dominum decanum, cunctis capitularibus tradita et per eosdem accepta sacra synaxi, reverendissimi et praenobiles domini, Wildericus a Walderdorf, decanus, Gerhardus Lotharius de Buren, custos et senior, Arnoldus Reitz a Frentz, Georgius Antonius Waldpott a Bassenheim, cantor, Petrus Ernestus a Warsberg, scholasticus, tam suo, quam procuratorio nomine domini, domini Georgii Antonii, episcopi Wormatiensis et ecclesiarum Moguntinensis et Spirensis praepositi, Lotharius Fridericus a Metternich, Joannes Theodorus Reitz a Frentz, Joannes Philippus a Walderdorf, Wolfgangus Ernestus ab Oberstein et Adolphus Hund a

Saulheim, omnes ecclesiae Spirensis capitulares ad infrascriptam electionem novi episcopi Spirensis, sub die hac undecima mensis currentis aprilis praefixa capitulariter convocati et congregati, capitulum ejusdem ecclesiae facientes et repraesentantes, solenniter protestantes, quod pro hac vice non sit alius, neque sint plures capitulares, qui ad hunc actum electionis convocari aut in eodem interesse deberent, in praesentia nostrorum Georgii Philippi Amendt, Mingoltzheimensis dioecesis Spirensis, juris utriusque doctoris, imperialis camerae advocati et cathedralis ecclesiae Spirensis syndici, nec non Martini Schmidt, ecclesiae sancti Germani et Mauritii secretarii, Haigerlochensis dioecesis Constantiensis, sacra apostolica authoritate notariorum publicorum, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum personaliter constituti, per organum reverendissimi et praenobilis domini Wilderici a Walderdorf, decani praefati, palam et publice proponi fecerunt, prout et quemadmodum idem dominus decanus proposuit et allegavit, qualiter vacantibus episcopatu Spirensi et praepositura Weissenburgensi — quae per felicis recordationis Paulum, papam tertium, mensae episcopali Spirensi unita et incorporata esse dignoscitur — per obitum celebris memoriae reverendissimi domini, domini Philippi Chrîstophori de Soetern, ejusdem ecclesiae, dum vixit, episcopi, nec non ecclesiae collegiatae oppidi Weissenburgici, Spirensis dioecesis, praepositi, die septima mensis februarii in urbe Trevirensi hoc currente anno, altissimo disponente, viam universae carnis ingressi et de medio sublati, ibidemque more solito in ecclesia Trevirensi honorifice subhumati, et tam hic, quam ibi exequiis funeralibus peractis, ipsi domini decanus et capitulum, ne ecclesia ob hujusmodi vacationem et viduitatem incommoda et detrimenta, sive pericula, prout frequenter evenire solet, subire contingat, quantocius, quantum in eis esset, de digno praesule et pastore eligendo providere ac ad electionem futuri praesulis pastorisque hujusmodi procedere decreverint et concluserint. Quapropter idem dominus decanus ex commissione dominorum capitularium, in nostrorum notariorum ac testium subscriptorum praesentia, inprimis citationes in absentes, videlicet reverendissimum dominum praepositum Antonium a Rodenstein ac dominum Wolfgangum Ernestum ab Oberstein, canonicum suprafatum, literis nuntiisque factis perlegi curavit, exinde dictus dominus Wolfgangus Ernestus, prout praefertur, per-

sonaliter, ipse autem dominus praepositus — et episcopus Wormatiensis — per procuratorem, videlicet admodum reverendum dominum Petrum Ernestum a Warsperg, scholasticum, comparuit. . . . . Post haec saepe nominatus dominus decanus allegavit, quando quidem terminus electionis statutus in praesentès diem, locum et horam peremptus est, proinde nomine suo et totius capituli contumaciam accusavit omnium non comparentium, si qui forsan non essent praesentes, qui putarunt se habere eligendi potestatem. Secundo protestabatur solenniter, nomine dictorum dominorum capitularium, de non admittendis excommunicatis, suspensis vel interdictis, quodque de eorum intentione non sit cum aliquibus excommunicatis, suspensis et interdictis vel alias vocem eligendi in capitulo non habentibus eligere, aut alias ad electionem hujusmodi aliquo modo procedere, requirendo eosdem omnesque singulos et alios, si qui forsan essent, qui de jure vel de consuetudine non deberent in ipso electionis negotio interesse, quatenus recedant et alios eligere permittant, alioquin tales pro non receptis, eorumque vota, si quae dari contingeret, pro non admissis haberi, nullique suffragium sive impedimentum afferre deberent. Insuper dominus decanus movebat adhuc quaedam particularia, facta autem desuper contradictione, subsecutaque per omnes et singulos capitulares stipulata fide et promissione, quod sibi de semet ipsis, quam etiam aliis confratribus et capitularibus obstaculum seu impedimentum aliquod non constaret, ex tunc ipse decanus et reliqui capitulares, praemissis non attentis, ulterius processerunt. Tertio promiserunt singuli domini ad manus domini decani, et dominus decanus ad manus domini Petri Ernesti a Warrsberg, scholastici, tanquam procuratoris domini praepositi, juramento de hunc eligendo in episcopum, quem quisque crediderit et putaverit futurum ipsi ecclesiae in spiritualibus et temporalibus utiliorem et magis idoneum, nec illi dare votum, quem verisimiliter scirent promissionibus aut alicujus rei temporalis seu proprio commodo, per se vel interpositam personam aut alias qualitercunque directo vel indirecto modo, illicite pro se electionem procurasse, nec non quod quivis eorum velit habere ratum et gratum illumque edere vel venerari ut episcopum, qui per scrutatores et compromissarios forsan deputandos electus, pronuntiatus et publicatus fuerit. Quarto quoniam diversae sunt formae procedendi in electionis negotio, videlicet per inspirationem Spiritus sancti, per viam

scrutinii et per viam compromissi, ubi scilicet assumuntur tres vel plures, in quos fiat compromissum, in hac forma, ut hi tres scrutatores vel compromissarii, secrete et sigillatim voluntatibus omnibus inquisitis, illum, in quem omnes aut major et sanior pars capituli consenserit, eligere teneantur. Placuit itaque dominis capitularibus inquirere et (secedentibus notariis et testibus) deliberare, qua via seu forma electionis procedere velint, qua deliberatione praehibita, revocatis notariis et testibus, saepedictus dominus decanus dixit, dominos de capitulo elegisse viam mixtam scilicet scrutinii et compromissi, et propterea elegerunt et nominarunt in scrutatores et compromissarios reverendissimos et praenobiles dominos, Gerhardum Lotharium de Buren, custodem et seniorem, Arnoldum Reitz a Frentz et Adolphum Hundt a Saulheim, canonicos capitulares, praesentes et acceptantes, dantes eisdem potestatem et facultatem perscrutandi et inquirendi sigillatim, seorsim et ad partem tam suorum propria, quam omnium aliorum eligentium vota dilucide secundum ordinem, nec non illis habitis et inscriptis, per notarios redactis et collectis, inter ipsos visis, collatione facta, illum, in quem omnes aut major et sanior pars vota sua direxisse invenerint, eligendum seu postulandum et electum seu postulatum, in publico pronuntiandum. Quinto promiserunt juramento domini scrutatores, et quilibet eorum pro se ipso, de fideliter versando in hujusmodi scrutinio et faciendo. Forma juramenti sequitur per scrutatores praestiti. Ego N. in manus vestras juro et promitto omnipotenti Deo ac ejusdem gloriosissimae genitrici Mariae, patronae hujus insignis ecclesiae cathedralis Spirensis, et beato Stephano, ad cujus honorem haec ecclesia dedicata est, vigore potestatis, mihi et conscrutatoribus et cempromissariis meis traditae, eum eligere episcopum et Weissenburgensis ecclesiae praepositum, quem invenero scrutatis seu compromissis et perceptis tam nostris, quam deinde votis singulorum et omnium canonicorum, secundum ordinem a majore et saniore parte hujus capituli canonicam, in hoc casu potestatem eligendi habente, nominatum seu judicatum magis dignum seu idoneum, experientia, vitae integritate, doctrina a sacris canonibus requisita et bonorum morum exemplo, huicque ecclesiae in praesenti rerum statu, tam quoad spiritualia, quam temporalia utiliorem, nec illum eligere seu postulare, quem verisimiliter censuero censuris subjectum, seu alias inhabilem, aut minus aptum, vel prece per se aut

alios interposita, vel promissione aut donatione alicujus rei, seu favore consanguinitatis, aut alio quocunque mundano respectu, directe vel indirecte electionem procurasse aut adhuc procurare. Sic me Deus adjuvet etc. Quo facto praefatus dominus decanus ex incumbenti sibi officio, jussuque et commissione, quibus supra, commonuit et cohortatus est tam ipsos assumptos notarios, quam infrascriptos testes, ut in hoc electionis seu postulationis negotio debite et fideliter se gerant, omniumque ac singulorum praefatorum tam scrutatorum, quam etiam supranominatorum canonicorum vota seorsim scrutando eaque fideliter et diligenter in scriptis annotando, votaque ipsa cujuslibet secrete retinendo, neminique pandendo revelandoque. Pro quibus ita fideliter observandis omnes et singulos nos notarios et testes, quemlibet seorsim et sigillatim, prout quemvis praemissa respective concernerent, ad sancta Dei evangelia solenne juramentum praestare voluit, ne ex hujusmodi revelatione simultates, odia, contentiones oriantur, prout etiam notarii et testes praedicti juramenta ipsis delata in forma sequenti praestiterunt. Ego N. juro et promitto omnipotenti Deo ac ejusdem gloriosissimae genitrici, virgini Mariae, patronae hujus ecclesiae, sic, quod ex nunc et in antea, quoad vixero, ea quae in praesenti electione seu postulatione coram me tractata fuerint, extra requisitionem capituli et eligentium seu postulantium, vel eorum, quorum interest ac interierit, nemini communicabo seu pandam, ac omnes et singulos actus fideliter conscribam. Ita me Deus adjuvet et haec sancta evangelia. Juramentum testium: Ego N. juro et promitto omnipotenti Deo ac ejusdem gloriosissimae virgini Mariae, patronae hujus ecclesiae, quod ex nunc et in antea, quoad vixero, ea quae in praesenti electione seu postulatione coram me tractata fuerint, extra requisitionem capituli et eligentium seu postulantium, aut eorum, quorum interest et interierit, nemini communicabo seu pandam. Ita me Deus adjuvet etc. Quibus sic gestis nominati domini scrutatores et compromissarii ac notarii et testes ex loco capitulari solito ad aliud conclave ad hoc specialiter deputatum recedentes, ibi primum quidem domini scrutatores et compromissarii suorum ipsorum vota invicem scrutantes, deinde quemlibet dominorum canonicorum antedictorum ex ordine seorsim ad se vocantes, singulorum singula vota (ad quemlibet ipsorum suprapraestiti juramenti commonitione facta) diligenter scrutati atque om-

nes ac singulos hisce verbis adjurarunt: Ego adjuro et requiro vos per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per salutiferum sacrum, quod hodie sumpsistis, ac juramentum, quod praestitistis, quod eligatis, nominetis sive postuletis in episcopum Spirensem et praepositum Weissenburgensem personam, quam creditis sive speratis dictarum ecclesiarum in spiritualibus et temporalibus magis idoneum et utiliorem. Vota quoque per nos notarios suprascriptos fideliter et diligenter in scriptis annotari fecerunt, votisque sic, ut praemittitur, receptis ac in scriptis redactis ac per nos et per ipsos compromissarios et scrutatores diligenter visis et examinatis, factaque eorundem collatione solita ac de jure requisita, videlicet meriti ad meritum, numeri ad numerum, nec non zeli ad zelum, deinde scrutatores et compromissarii nobiscum notariis et testibus ad locum capitularem recepti sunt, atque omnibus supranominatis canonicis, adhuc ibidem praesentibus, volentibus, consentientibus et instantibus, supranominatus dominus Gerhardus Lotharius a Buren, custos et senior, unus ex compromissariis et scrutatoribus supradictis, in supradictorum dominorum omnium notariorum et testium praesentia elegit et electum episcopum et pastorem Spirensis et Weissenburgensis praepositum ecclesiarum pronuntiavit eo modo et forma, uti latius in schedula decreti sequitur: Ad laudem et gloriam omnipotentis ac ejusdem gloriosissimae virginis Mariae, patronae hujus insignis ecclesiae cathedralis, ego Gerhardus Lotharius a Buren, senior et custos ecclesiae Spirensis, unus ex compromissariis et scrutatoribus, meo et caeterorum scrutatorum nomine, juxta compromissionem et potestatem et facultatem, mihi et eisdem compromissariis per vos reverendos admodum praenobiles dominos, praepositum, decanum et capitulum hujus ecclesiae traditam, ita videlicet, ut scrutatis vestris et singulorum votis eligamus et postulemus electumque seu postulatum pronuntiemus in hujus ecclesiae episcopum et pastorem, nec non in ecclesiae Weissenburgensis praepositum, in quem omnes vel major pars capituli vota sua direxerint. Nos itaque juxta dictam facultatem omnium vestrum singulis votis receptis et diligenter per nos annotatis, comperimus majorem et saniorem partem capituli sua vota direxisse in reverendum admodum et praenobilem dominum Lotharium Fridericum a Metternich de Burscheidt, metropolitanarum et cathedralium Moguntinensis et Trevirensis, nec non Spirensis ecclesiarum

respective custodem et canonicum capitularem, de nobili et militari genere ex utroque parente legitime procreatum, in ordine diaconatus et anno aetatis supra trigesimum constitutum, de vitae honestate et morum constantia, gravitate et integritate, in rebus gerendis dexteritate et provida circumspectione et literarum scientia commendatum, quem ego tanquam habilem et idoneum, nominibus, quibus supra, in Spirensis et Weissenburgensis ecclesiarum, per obitum piae memoriae Philippi Christophori de Soetern nuper defuncti vacantium, respective episcopum et praepositum eligo electumque pronuntio, quam electionem sic factam ex nunc omnibus et singulis, quorum interest aut interesse poterit, insinuo, publico, declaro et pronuntio, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Quam quidem electionem sic factam et publicatam omnes et singuli praefati domini concorditer, nullo contradicente, melioribus modo et forma, quibus potuerunt, laudaverunt, approbaverunt et ratificaverunt, prout quilibet eorum acceptavit, laudavit, approbavit et ratificavit, praesente dicto domino Lothario Friderico electo, qui pro consensu in electionem de se factam praestando requisitus, ad supranominatos dominos capitulares in sequentem circiter modum se declaravit: Tametsi tantum onus satis grave et humeris suis formidandum judicet, attamen divinae nolens resistere voluntati, in electionem de se factam (salvo tamen sedis apostolicae beneplacito et consensu) in Dei nomine consensit, firmam tenens confidentiam, dominos supranominatos sibi in hoc arduo negotio opem laturos. Post haec inprimis ipse dominus decanus et senior, prout et reliqui singuli, nemine excepto, canonici omnes ex ordine eidem domino electo congratulati sunt, profectumque et salutem exoptarunt, ac insuper domini singuli bini et bini, quivis in suo ordine, de loco capitulari in chorum supradictae ecclesiae, in nostrum notariorum et infrascriptorum testium, atque cleri et populi inibi in copiosa multitudine congregati praesentia, praefatum dominum electum palam introduxerunt, eidemque clero et populo de sanctissimi domini nostri papae benigno consensu et confirmatione praestanda confisi, electionem ipsam factam alta et intelligibili voce per dominum custodem in materna et vulgari lingua, cunctis utriusque sexus hominibus asstantibus, exspectantibus et applaudentibus, publicari fecerunt et publicaverunt, ac eundem dominum electum reverendissimi ac praenobiles domini, Wildericus a Walderdorf, decanus,

et dominus Gerhardus Lotharius a Buren, custos et senior, supra summum altare, ut moris est, elevaverunt et collocaverunt humilesque omnipotenti Deo gratias dixerunt. Quibus actis cantores alta et sonora voce canticum laetitiae: Te Deum laudamus etc. usque ad finem cum campanarum cumpulsatione solenniter cum cordis jubilo cantantes, intereaque infra et post cantum praedicti singuli domini, dominus decanus scilicet primo, et deinde reliqui capitulares omnes gradatim et singulatim promiserunt eidem domino electo obedientiam et reverentias condignas more solito. Omnibus itaque solennitatibus rite et debite more solito, juxta antiquam et laudabilem consuetudinem peractis, domini decanus et custos ipsum dominum electum inter se in medio collocantes, ac singuli domini in praefato ordine procedentes, praecedentibus et sequentibus aulicis et consiliariis, perduxerunt eundem ad palatium seu aulam episcopalem, per medium ecclesiae transeuntes ac in palatio praenobiles, clarissimi et cunsultissimi viri domini, Conradus Esch, Joannes Adamus de Huls, Georgius Fridericus Mohr et Joannes Valentinus Faust a Stromberg, omnes imperialis camerae respective vicepraesides et assessores, nomine dictae camerae gratulando, summam laetitiam de electione feliciter in personam domini electi facta magnis affectibus contestantes, faustissima et felicissima omnia ad bene auspicatum regimen domino electo solenniter imprecati sunt, quibus cum dominus electus per cancellarium gratias cum decenti reoblatione egisset, domini capitulares cum eisdem dominis assessoribus, prout et diversis nobilibus, a domino electo ad prandium invitatis, reliquum diei in laetitia cum eodem domino electo transegerunt. Acta sunt haec Spirae in praefatae ecclesiae capitulari solito aliisque locis praedictis, sub indictione, anno, die, mense et pontificatu, quibus supra, praesentibus ibidem venerabilibus et perdoctis viris dominis, Nicolao Hunjer, praefatae ecclesiae Weissenburgensis decano, Batholomaeo Koch et Henrico Eucherat, ambobus memoratae ecclesiae Spirensis sexpraebendariis, testibus fide dignissimis et ad praemissa vocatis atque specialiter rogatis. In quorum fidem et testimonium praemissorum praesens electionis instrumentum sigillo reverendissimi capituli cathedralis munitum et per notarios infrascriptos, specialiter ad hoc rogatos et requisitos, subscriptum et signatum fuit, uti sequitur. — Et ego Georgius Philippus Amendt, juris utriusque doctor, imperialis camerae

advocatus et hujus cathedralis ecclesiae Spirensis syndicus, nec non sacra apostolica authoritate notarius, quia praedictis omnibus et singulis, dum sic fierent et agerentur, una cum connotario meo infrascripto et praenominatis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi, audivi et in notam sumpsi, idcirco hoc praesens publicum electionis instrumentum confeci et fideliter descriptum subscripsi manu mea propria, et in publicam formam redegi, signoque et sigillo, nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et requisitus. Georgius Philippus Amendt, utriusque juris doctor, qui supra. — Et ego Martinus Schmitt, sacris apostolica et caesarea authoritatibus publicus et in camera imperiali approbatus et immatriculatus notarius, quia omnibus et singulis, dum sic, uti praemittitur, fierent et agerentur, una cum supradicto domino Georgio Philippo Amendt, connotario meo et praenominatis testibus interfui, eaque, uti supra memoratum, sic fieri vidi et audivi ideoque hoc publicum electionis instrumentum, exinde in notam sumptum, manibus dicti domini Georgii Philippi connotarii subscriptum et sigillo signoque subsignatum, etiam subscripsi et sigillo signoque, nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi, in fidem praemissorum similiter rogatus et requisitus. Martinus Schmitt, notarius, qui supra.

---

353. *Lothar Friedrich bischof zu Speyer ersucht den generalvicar des capuzinerordens die errichtung eines klosters zu Bruchsal zu erwirken. Speyer,* 1670 *sept.* 9.

Lotharius Fridericus, Dei gratia episcopus et princeps Spirensis, praepositus Weissenburgensis et Odenheimensis etc. salutem in Domino. Reverende, devote nobis in Christo dilecte! Singularis erga restituendam catholicam pietatem et fidem zelus ac fervor, quo sacer sancti Francisci ordo capucinorum nuncupatus passim praefulget, etiam et in nostra nobis divinitus commissa, sed vere undequaque haereticis cincta dioecesi Spirensi, eximios fructus indefesso hactenus studio fecit: quo inflammati necessarium duximus, ut ditio nostra Brurhenana, incolis locuples, ejusdem sancti ordinis opera ac doctrina, quibus venerandi patres capucini jam ab anno 1619, ex loco distante, multis laboribus ac sudoribus ibidem insudarunt, quasi breviori via ac manu illustra-

retur. Ideo patres quosdam in urbem nostram, Bruchsalia nuncupatam, in forma missionis vocavimus ac domicilium eis ibidem fiximus. Sed cum perspectum habeamus, nec hos tantae incolarum multitudini sufficere, conventum et ecclesiam pro nostra et nostrorum devotione ac vicinorum haereticorum conversione in praetacta urbe erigere consultius existimavimus. Verum cum hoc absque speciali sanctae sedis apostolicae indulgentia fieri haut posse intelligamus, eapropter negotium hoc reverendae paternitati vestrae committere eamque obnixe erogare voluimus, ut necessariam hanc licentiam pro monasterio in dicto loco erigendo a sanctissimo patre et nobis et sancto ordini impetrare sicque catholicam religionem et pietatem promovere studeat, quo et noster erga sanctum ordinem affectus augebitur et Dominus, remunerator omnium, hunc lucrifaciendorum hominum amorem in ubertate remunerabit. Datae Spirae nona mensis septembris, anno MDCLXX. — Reverendissimo patri Bonaventurae Recanatensi, ordinis minimorum vicario generali.

---

354. *Clemens X. pabst genehmigt den bischofe zu Speyer die errichtung eines capuzinerklosters zu Bruchsal.* **Rom, 1671 aug. 1.**

Clemens papa decimus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Perlibenter indulsimus enixis fraternitatis tuae precibus necessariam ad novum in civitate Bruchsaliensi fratrum capucinorum erigendum conventum facultatem a nobis efflagitantibus. Ea nimirum est pietatis tuae praestantia, ut religiosis eorundem fratrum ad divini cultus amplificationem conatibus, praesto te usque futurum pro certo habeamus. Tuum igitur fuerit exspectationi nostrae eximie respondere, tibique sic magis in dies magisque pontificiam voluntatem conciliare. Solitum interim ejusdem pignus fraternitati tuae apostolicam benedictionem ex animo impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die prima augusti anno MDCLXXI., pontificatus nostri anno secundo. — Marius Spinola.

---

355. *Johann Hugo gewählter bischof zu Speyer ersucht den pabst Clemens X. um bestätigung seiner wahl.* **1675.**

Post devotissima sacrorum pedum oscula. Sanctissime in Christo pater ac domine, domine clementissime! Divini nu-

minis providentiae, vocantis ea, quae non sunt, ut confundat sapientes, placuit ordinare, ut sede episcopali Spirensi, per obitum Lotharii Friderici piae memoriae a tertia junii anni currentis vacante, pro successore deligendo, dies decima sexta julii dicta fuerit, ubi collegium cathedrale, in Spiritu sancto congregatum, concordibus votis me ad dictam episcopalem dignitatem, quantumvis immerentem, promovit, velut sua sanctitas ex relatione separatim facta intelliget, ad quam me refero. Quam vero haec functio difficillimis his temporibus ardua accidat, facile sua sanctitas intelliget, quando libuerit meminisse, per totum episcopatum ubique haeresim, cathedra pestilentiae erecta, fideles convertere, jura pervertere, turbare quietem, avitam religionem non tantum labefactare, sed ex diffuso pravorum dogmatum veneno penitus exstirpare, hactenus conatam esse. Quibus malis aliud non minimum accedit, provinciam bellorum injuriis esse prorsus exhaustam, oppida expilata, pagos incensos, patrimonium ecclesiae, ob alienas exactiones vicini praesidii gallici et palatini electoris, foede dissipatum, ut redditus proveniant nulli, qui vel episcopo sustentando sufficere queant. Haec tam calamitosa rerum facies et quod existimem me tam praeeminenti officio parem haut futurum jure merito ab ista praefectura absterrere possent, quia tamen in Domino confido, qui perficiet solidabitque, quod coepit et in suae sanctitatis indulgentia, qua huic electioni clementissime annuere et me filium obsequentissimum complecti, uberimam benedictionem ac potestatem huic muneri congruam largiri dignabitur, me ejus sanctae voluntati et ecclesiae nutui conformo, beatitatis suae sacris pedibus osculum humillime defigens. (Ex originali conceptu sine dato.)

---

356. *Huppenius dechant zu Hambach und bischöflicher richter untersagt dem Franz Balthasar Vomelius die pfarrlichen amtsverrichtungen zu Otterstadt. Kirrweiler*, 1700 *märz* 10.

Joannes Jacobus Huppenius, reverendissimi et eminentissimi principis ac domini, domini Joannis Hugonis, archiepiscopi et principis electoris Trevirensis, episcopi Spirensis, per episcopatum et dioecesin Spirensem vicariatus in spiritualibus generalis pro tempore constitutus commissarius ac judex, sedis ruralis Hambacensis decanus et parochus ibidem, caeterique consiliarii ecclesiastici et assessores consistoriales Spirenses.

Retulit nobis non ita pridem honorabilis in Christo nobis dilectus Fridericus Mulbius, capituli ruralis Deidesheimensis decanus et parochus in Koenigsbach, qualiter reverendus in Christo nobis dilectus Franciscus Balthasarus Vomelius, ecclesiae collegiatae sanctorum Joannis et Guidonis Spirae canonicus capitularis, non solum absque licentia in scriptis, seu etiam aliter obtenta, in parochia Otterstadtiensi, Spirensis dioecesis, capituli Deidesheimensis, sacramenta aliaque omnia munia parochialia hucusque administraverit, verum etiam hanc parochiam ejusque administratores ab omnibus et singulis oneribus capitularibus, ab juramento, eminentissimo domino nostro episcopo Spirensi ac etiam decano et capitulo rurali supradicto praestando, decretorumque ejusdem obsequio ac obedientia in summum jurisdictionis ordinariae statutorumque capituli Deidesheimensis praejudicium ac damnum, omnino eximere ac subtrahere praesumpserit ac in praesens usque praesumat. Cum vero nos obtenta supradicta notitia vi juramenti, altememoratae electorali eminentiae suae praestiti, ac ex incumbente officii nostri munere hujusmodi attentata ac in praejudicium et contemptum jurisdictionis altissimi ordinariatus vergentes, illicitas innovationes non concedere, minus tolerare possimus, sed omnibus, quibus valemus, viribus eo laborare, ut illa a quocunque illaesa conservetur, hinc authoritate nobis specialiter commissa supradicto Francisco Balthasaro Vomelio hisce omnem jurisdictionem parochialem sacramentorumque administrationem in supradicto loco Otterstadt, sub poena suspensionis eatenus interdicimus ac inhibemus, ut ab eadem, usque dum ad eandem parochiam legitime praesentatus, approbatus ac commendatus fuerit, sacris canonibus ac concilio Tridentino requisita, aliaque omnia seu de jure seu de consuetudine ac observantia a curatis et plebaniarum administratoribus praestanda praestiterit, prorsus abstinere debeat ac teneatur. In quorum fidem praesentes manu secretarii episcopalis subscriptas sigilli officii vicariatus nostri in spiritualibus generalis munitas dedimus. Kirrweiler in arce Marienburg die decima mensis martii, anni 1700.

---

357. *Heinrich Hartard von Rollingen generalvicar zu Speyer bestätiget und ordnet den capellengottesdienst zu Herzheimweyher. Speyer*, 1702 *mai* 5.

Henricus Hartardus, baro de Rollingen, metropolitanae Trevirensis et cathedralis Spirensis ecclesiarum respective de-

canus et archidiaconus etc. Universis et singulis praesentes literas nostras visuris, lecturis, legere audituris, salutem in Domino sempiternam. Cupientes pro nostri officii munere Christi fidelium animarum saluti, quantum cum Deo possumus, salubriter consulere, omniaque et singula ea promovere, quae ad divini cultus tendent augmentum, devotorumque ad pias fundationes ecclesiarumque dotationem incitant animos: cum itaque reverendus in Christo nobis dilectus Joannes Jos, decanus et parochus in Herxheim, Spirensis dioecesis, nobis debita cum reverentia retulerit, qualiter capellam illam, quam Ernestus Antoni in pago Herxheimweyher construxerit, non solum dotare, sed et in honorem sancti Antonii de Padua talem se cum consensu ac ratificatione nostris perpetuam velle instituere fundationem, ut nimirum primo de communitate modo dicti pagi aliquis huic capellae de triennio ad triennium praefigatur, qui eandem observere, redditus et proventus, item ceras colligere, annue termino lunae post pascham parocho et juratis ecclesiae Herxheimensis rationem et computum reddere et ratione laborum officii sui triginta crucigeros et redditibus dictae capellae seu annuo interesse de summa ducentorum florenorum, communitati dicti loci erga sufficientes hypothecas traditorum ac exsolutorum, retinere ac computui suo inserere; secundo festum sancti Antonii de Padua singulis annis solemniter celebrari ac in eo sacrificium missae et concio haberi et pro hac functione parocho unus florenus cum triginta crucigeris a dicto jurato tradi, et si hoc festum in dominicam seu festum corporis Christi inciderit, dicta divina officia alia die feriata proxime sequente peragi; tertio, ut prima die martis cujuslibet mensis in dicta capella in honorem sancti Antonii de Padua cum commemoratione benefactorum missa, si vero in hujusmodi diem martis festum aliquod inciderit seu funus aliquod fuerit, alia die statim sequente illa celebrari, ac pro lectione harum missarum singulis annis a mentionato jurato sex floreni parocho seu alteri sacerdoti, qui easdem legerit, solvi; quarto pro conservatione dictae capellae a redditibus dicti capitalis ducentorum florenorum florenus unus retineri; quinto magistro scholarum praeter unum florenum, quem saepedictus juratus eidem exsolvet, omnes oblationes, quae in frumentis, pane et ovis, pro laboribus suis cedent; sexto ut omnes oblationes, quae in pecunia ad altare seu acerram fiant, a dicto jurato capellae recipi et computari ac ex iisdem ornamenta

pro dicta capella procurari et emi, ad acerram autem seu repositorium oblationum claves nonnisi jurati ecclesiae parochialis in Herxheim habere et conservare debeant atque teneantur: juncta humillima sua petitione ac precibus, quatenus praedictam suam fundationem cum omnibus suis punctis et articulis praescriptis, pro ipsius et eorundem perpetua subsistentia, authoritate nostra ordinaria ratificare ac confirmare ac pro majori populi devotione augenda indulgentiis aliquibus fulcire non dedignaremur. Nos Henricus Hartardus, baro de Rollingen, ecclesiae cathedralis Spirensis decanus, praepositus Odenheimensis ac vicarius in spiritualibus generalis suprafatus, dicti decani et parochi Joannis Jos pium ac perquam laudabile propositum considerantes, ejusdemque supplicationi libenter annuentes, antedictam ordinationem et fundationem suam ratam et gratam habentes, eamque in et cum omnibus et singulis punctis et articulis suprascriptis, pro horum perpetua subsistentia, authoritate reverendissimi et eminentissimi principis ac domini nostri, domini Joannis Hugonis, archiepiscopi et electoris Trevirensis, episcopi Spirensis, ordinaria, qua fungimur in hac parte, confirmandam, approbandam et corroborandam duximus, prout in Domino confirmamus, approbamus et corroboramus, praesentisque scripti patrocinio communivimus. Ac nihilominus cum, quanto frequentius fidelium mentes ad opera devotionis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti consulimus, de omnipotentis Dei misericordia ejusque gloriosissimae virginis ac matris Mariae omniumque sanctorum meritis confisi, omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere poenitentibus et confessis, qui in festo sancti Antonii de Padua, omnique die martis cujuslibet mensis dictam capellam in Herxheimweyher devote visitaverint ac missae sacrificio, dum, quando et quoties peragitur, interfuerint, ibique pias ad Deum preces pro felici statu sanctae matris ecclesiae, haeresum exstirpatione et pace inter christianos principes effuderint, quadraginta dies de injunctis eis seu quomodolibet debitis poenitentiis harum serie misericorditer in Domino in forma ecclesiae consueta remittimus atque relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. In quorum fidem praesentes manu secretarii episcopalis subscriptas sigillo officii vicariatus nostri in spiritualibus generalis communiri fecimus, die quinta mensis maji anno Domini millesimo septingentesimo secundo.

358. *Johann Hugo erzbischof zu Trier bestätiget als bischof zu Speyer den capucinern einen bauplatz zu Grünstadt. Ehrenbreitstein,* 1709 *oct.* 17.

Wir Johann Hugo von Gottes gnadten ertzbischoff zu Trier, des heiligen Romischen reichs durch Gallien vnd das konigreich Arelaten, ertzcantzler vnd churfurst, bischoff zu Speyer, administrator zu Prumb vnd propst zu Weyssenburg etc. Thun kunt vnd bekennen hiemit, nach dermahlen von denen P. P. capucineren Rheinischer provintz, vermog anno 1699 in damahligem provincialcapitel erfolgten conclusi, in der graffschafft Leiningen, von vnserer propstey Weissenburg lehnrichigem orth Grunstadt, auff dem von vnserem aftervasallen, dem von Mertz zu Quirnheim, ihnen freywillig eingeraumbt, in dasiger vorstatt gelegenen platz, eine ordenskirch vnd convent sambt garten auff vnd zugerichtet, sie nachgehens auch von vnserem damahligen immediatvasallo graffen Philips Ludwigen von Leiningen seelig in selbsteygener person in den wurklichen besitz obgedachten platzs sambt zugehor, vermog daruber ad perpetuam rei memoriam auffgerichten instrumenti publici, immittirt vnd bestettiget, fort auch wir als dominus directus von bemelten patribus vmb dessen genehmhaltungh vnderthenigst belangt worden, vnd dan bey nechst voriger belehnung deren gebruderen graffen Christoph Christian vnd Gorgen von Leiningen vnd Westerburg vermog deren von sich gestelten schrifftlichen reversales per expressum stipulirt vnd bedungen worden, mehr gemelte patres zu gedachtem Grunstadt in statu religionis et elemosynae vnd sonsten ihrens grafflichen beytrags ohnturbit zu lassen, wir dieselbe auch darbey fur vns vnd vnsere successoren krafftigst zu manuteniren vns schuldig befinden, dass wir qua dominus directus solche vnseres respective immediat vnd afftervasallens gethane immission, vbertrag vnd einrammung obbemelten platzes ratificirt vnd gutt geheissen haben, thun es auch hiemit vnd in krafft dieses, vmb so bestandiger, als mehr, wir allbereyts in eingangs bemeltem 1699ten jahr darzu vnseren consens vnd bewilligung mundtlich ertheilt haben, vrkundt vnserer eigenhandiger subsignatur vnd beygetruckten cantzeley secret insigels. Geben zu Ehrenbreitstein, den 17ten october 1709.
† Joann Hugo, A. E. T.

359. *Clemens XI. pabst ermuntert den bischof Heinrich Hartard zu Speyer zur beisteuer gegen die Türken. Rom,* 1715 *mai* 4.

Clemens papa undecimus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Solicitos nos et anxios majorem in modum habentes, quum nefarius Turcarum tyrannus multis christianis provinciis hoc tempore minitatur gravissima detrimenta, pro muneris autem nostri debito nichil intentatum relinquentes, quo tempestati jamjam ingruenti occurramus, subsidia imprimis ad immanes barbarorum conatus retundendos opportuna undique colligere satagimus. Dubitare profecto non possumus, quin fraternitas tua in aliquam tanti meriti partem libenter ventura sit, id enim egregia opinio, quam de singulari pietate zeloque tuo gerimus, nobis omnino pollicetur. Quamobrem illud a te petimus, ut quidquid pro tam necessaria causa tuenda suppeditare decreveris, prompte ac propere suppedites, tuumque exemplum caeteris Germaniae praesulibus incitamenta esse velis. Praeclaro hoc facto propensam jamdudum voluntatem erga te nostram magis etiam tibi conciliabis, venerabilis frater, cui interim apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta maji MDCCXV., pontificatus nostri anno decimo quinto. — H. Battelus. — Venerabili fratri episcopo Spirensi.

---

360. *Heinrich Hartard bischof zu Speyer empfiehlt die missionäre den geistlichen im Badischen antheile seiner diöcese. Bruchsal,* 1717 *juni* 15.

Henricius Hartardus, Dei gratia episcopus Spirensis etc. Cum reverendi patres missionarii apostolici ex societate Jesu post absolutam missionem de nostro clementissimo consensu ad requisitionem ab utroque et defuncto pientissimae memoriae et moderno serenissimo electore palatino, in ejusdem terris nostrae spirituali jurisdictioni subjectis, cum insigni fervore et fructu habitam, eam modo translaturi sint in marchiam Badensem et loca nostrae dioecesis, ita desiderante serenissima marchionissa: volumus et monemus omnes et singulos decanos rurales, parochos et religiosos in marchia constitutos, a nobis approbatos nostraeque spirituali jurisdictioni subjectos, ut praedictis patribus missionariis in tam sacra functione sedulam et indefessam navent operam suisque spiritualibus obsequiis et officiis, ad quae fuerint requisiti,

omni, quo poterunt, studio et fervore tam sanctum opus promovere et ad salutem animarum cooperari conentur. In quem finem parem iis, quam in locis palatinis nostrae dioecesis ad requisitionem serenissimorum electorum elargiti fuerimus, facultatem motu proprio clementissime concedimus, ut videlicet quoscunque nostrae dioecesis poenitentes, qui confessionis gratia ad eos confugerint, ab omnibus et singulis casibus nobis alias reservatis, durante solum sacrae hujus missionis tempore, non extra illud, absolvere possint. Datum Bruchsaliae die 15. junii 1717. † Henricus Hartardus.

---

361. *Gustav Samuel Leopold herzog von Zweibrücken ordnet die religionsübung der katholiken in seinem herzogthume Zweibrücken.* 1719 *mai* 23.

Von Gottes gnaden, wir Gustav Samuel Leopold, pfaltzgraff bei Rhein in Bayern, zu Gulich, Clev vnd Berg herzog, furst zu Morss, graf zu Veldenz, Sponheim, der mark Ravenspurg vnd Rixingen, herr zu Ravenstein. Ob wir schon gerne sehen mogen, dass zu besserer vnterhalt vnd stiftung guter harmonie vnd verstandniss zwischen vnseren getreuen vnterthanen hiesigen herzogthums ohne vnterschied der religion, das simultaneum exercitium der katholischen religion an den orthen, wo selbige kleine absonderliche kirchen oder ihren ordentlichen gottesdienst nicht hergebracht haben, auf die von vns gegebene gnedigste versicherung, durchgehends eingefuhret werde, alldieweilen aber solcher aus ublem begrief des gemeinen volkes noch zur zeit nicht bewerkstelliget werden konnen, indessen aber vnsere katholische geistlichen vnd vnterthanen sich hochlich beschwehren, dass sie auch an denjenigen orthen, wo sie vermog des Rysswickischen friedensschlusses zu ihrem exercitio religionis berechtiget, von vormaliger allhiesigen Schwedischen regierung beeintrachtiget vnd vertrieben worden: alss ergehet hiermit an sammtliche oberamter vnseres hiesigen herzogthums vnd in specie ans oberamt Bergzabern vnser nachmahliger, ernstlicher befehl, allen ihres oberamts angehorigen gemeinden vnd vnterthanen sogleich nachdrucklich zu bedeuten vnd aufzuerlegen, dass sie bei vermeidung nachdrucklichen hinsehens, vnsere katholischen vnterthanen bei ihrem vermoge gedachten friedensschlusses zukommenden exercitio nicht weiter beeintrachtigen, sondern als eines

herrn vnterthanen friedlich vnd vertraulich mit einander leben. Vnd weilen aber aus der neulich von denen anhero deputirten reformirten inspektoren vnd pfarrern vnd diesfalls vbergebenen, copialiter hierbei kommenden vnterthanigsten erklarung vnd beigefugtem verzeichnuss zu ersehen, an welchen orthen vnd kirchen die katholischen ihren ordentlichen gottesdienst vnd casualien vnstreitig zu verrichten haben: alss hat gedachte, grundliche examination sich darnach zu richten. Vnd weilen vnsere katholischen geistlichen vnd vnterthanen sich beschwehren, dass ihnen an denen orthen, wo sie fur die casualien zu verrichten, die mess zugleich dabey zu halten bis dahero verwehrt werden wollen, in vnseren katholischen kirchen aber also brauchlich, dass bei copulationen, taufen oder begrabnussen auch die mess zugleich gehalten wird: alss ist vnser gnadigster befehl, dass bei solchen casualien solches gleichfalls zu thun nicht weiter verhindert werde, jedoch dass sie vnsere katholischen geistlichen vnd vnterthanen solchenfalls vm die reformirten nicht zu verhindern vnd zur verhuthung aller inconvenienzien vnd desordre, die ornamenta jedesmahlen wieder aus der kirche tragen, oder in einem absonderlichen in die mauer machenden verschlossenen schrank verwahren sollen. Es sollen auch vnsere katholischen vnterthanen nicht verhindert werden benothigte schulmeister von ihrer religion anzunehmen, jedoch dass solches ohne praejudiz vnd ohnabbruchig der reformirten schulen vnd auf ihr der katholischen selbsteigne kosten geschehe. Vnd demnach wir auch missfallig vernehmen mussen, dass unterm 12. dieses wegen der bey vnserer katholischen religion annoch ublichen processionen ergangenen generalverordnung, nicht gebuhrend nachgelebet, auch solche theils ubel verstanden worden vnd dadurch leichtlich allerhand gefahrliche thatlichkeiten entstehen konnen, vnsere gnadigste intension aber gar nicht dahin gangen, dass solche processionen durchgehends ohne vnterschied, in allen kirchen, sondern nur in denjenigen, wo katholische ihren ordentlichen gottesdienst vnd casualien hergebracht, gehalten werden sollen: alss wird solche vnsere gnadigste intension denen sammtlichen oberamtern vnseres hiesigen herzogthums hiemit ebenfalls wissend gemacht, mit befehl solches den katholischen sowohl, als den reformirten, wie auch denen Lutherischen im amte Katharinenburg sogleich zu publiciren, damit sie

deme also bei nachst bevorstehendem frohnleichnamstag sowohl, als kunftig hin gehorsamlich nachleben vnd kein theil den andern, bei vermeidung nachdrucklicher bestrafung, es seye mit worten oder wercken, im geringsten nicht molestiren sollen. Vnd damit die vnterthanen vm so mehr in ihrer devotion vnd schuldigen gehorsame erhalten werden, seyend sie dessen mit zuziehung der geistlichen von beiden religionen aufs nachdrucklichste zu erinnern, vm ihnen zu bedeuten, dass sie sich nicht gelusten lassen sollen, sich vnserer ordres gewaltthatiger weiss zu widersetzen, sondern als gehorsame vnterthanen zu verweisen, dessen wir vns vm so mehr versehen, alss vnser absehen vnd meinung gantz nicht ist, ihnen in ihren religionen einigen eintrag zu thun, noch sie im geringsten zu kranken, sondern nur vnsere katholische religion in den stand, wie solche vor diesem bey dem Ryswickischen friedensschluss gewesen, restituiret vnd gelassen werden sollen, welches alles vnsere oberamter in execution zu setzen vnd sich, so lieb ihnen ist vnsere furstliche hulde vnd gnaden zu conserviren vnd bey verlust ihrer dienste ein fur allemahl darnach zu richten. Zweybrucken den 23. may 1719. Gustavus, pfalzgraff.

---

362. *Benedikt XIII. pabst empfiehlt die bedrängten katholiken in Minden und Halberstadt dem schutze des bischofes Damian Hugo zu Speyer. Rom,* 1727 *märz* 7.

Benedictus papa decimus tertius. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Quae irrogantur ecclesiasticis et catholicis viris in dioecesi Mindensi et Halberstadiensi sub temporali marchionis Brandenburgensis dominio degentibus detrimenta, non possunt a nobis sine ingenti dolore commemorari. Nam laicae heterodoxae potestatis licentia contra superioris temporis ac regiminis morem ecclesiae immunitas et orthodoxae religionis libertas opprimitur. Quoniam autem tibi, quem ordinis claritas et sollicitudo pastoralis tantopere commendat, adeo cordi esse rationes ecclesiae et catholici hominis necessitates compertum habemus, ut caeteris curis ac studiis jure anteponas, te vehementer hortamur et rogamus, ut conatus auctoritatis ac zeli tui omnes intendas ad vim propulsandam, quae sanctuario Dei et ecclesiasticis juribus infertur. Nos quidem officio apostolastus nostri deesse videremur, si operam tuam ad praesidium domus

Dei advocare negligeremus; ipse autem, dilecte fili noster, virtuti ac ministerio tuo tum demum pro debito ac dignitate respondebis, si de avertendis orthodoxae professionis incommodis sollicitus, pristinam divini cultus exercendaeque religionis disciplinam, quacunque poteris ope, tueberis atque a catholicae ecclesiae filiis minas aerumnasque propulsare contendes. Hoc necessarium fortitudinis et vigilantiae tuae subsidium, quod divini honoris causa deposcit, a te paternis votis expetimus, ac tibi, dilecte fili noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die septima martii MDCCXXVII., pontificatus nostri anno tertio. — Carolus archiepiscopus Emissenus. — Dilecto filio nostro Daminano Hugoni, titulo sanctae Mariae de pace presbytero, S. R. E. cardinali de Schoenborn nuncupato.

---

363. *Benedikt XIII. pabst schreibt sein beileid dem bischofe Damian Hugo zu Speyer wegen absterbens des Lothar Franz erzbischofes zu Mainz. Rom,* 1729 *märz* 11.

Benedictus papa decimus tertius. Dilecte fili noster! salutem et apostolicam benedictionem. Non tibi uni dolendum est laudatissimi antistitis Lotharii Francisci archiepiscopi Moguntini et S. R. J. principis electoris interitus, in quo non modo praeclara domus tua, sed publica etiam commoda et Moguntina praesertim ecclesia ingentem jacturam fecerunt, nobis certe tristissimus accidit, qui sacerdotium et principatum ad ecclesiasticae disciplinae et catholicae religionis incrementum insigni cum sapientiae laude ab eo administrari gerique laetabamur. Haec ipsa tamen, quae nunquam intercidet, virtutum ejus illustris memoria et vigilantiae prudentiaeque merita, quae nobis sublata dolemus, nondum luctui nostro ponere debent atque ad praemia exhausti laboris evocatum esse sperantibus consolationem afferre veram et perjucundam. Precibus interea votisque susceptis apud divinam clementiam suffragari defuncto non omittemus, tibi vero coeleste solatium a Deo totius consolationis deposcentes atque ad domus tuae rationes studiosa paternaque voluntate propensi apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XI. martii MDCCXXIX., pontificatus nostri anno quinto. — Carolus archiepiscopus Emissenus. — Dilecto filio

nostro Damiano Hugoni, titulo sanctae Mariae de pace presbytero, S. R. E. cardinali de Schoenborn nuncupato.

---

364. *Benedikt XIII. pabst danket dem bischofe Damian Hugo zu Speyer für dessen glückwünsche. Rom,* 1730 *jan.* 5.

Benedictus papa decimus tertius. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Virtuti ac dignitati tuae, quae amplissimo hujus sanctae sedis ministerio et animarum saluti strenuam zeli tui et sapientiae operam devovit, non assiduis modo laboribus curisque satisfacere pergis et conceptis etiam pro nostra infirmitate precibus et votis mirifice respondes. Intelligis enim, quanti intersit catholicae ecclesiae et quam salutare ovibus Christi futurum sit coeleste praesidium, quod sollicitudini et humilitati nostrae supplex imploras. Nos itaque insignem in tua ista filiali pietate fiduciam reponentes, gratiam, quam tibi plane singularem habemus, etiam referre vehementer optamus ac tibi, dilecte fili noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum, sùb annulo piscatoris, die quinta januarii MDCCXXX., pontificatus nostri anno sexto. — Carolus archiepiscopus Emissenus. — Dilecto filio nostro Damiano Hugoni, titulo sanctae Mariae de pace presbytero, S. R. E. cardinali de Schoenborn nuncupato.

---

365. *Schreiben der congregation zur erklärung des concils von Trient an Damian Hugo bischof zu Speyer. Rom,* 1731 *märz* 31.

Eminentissime et reverendissime, domine observandissime. Magnam sui exspectationem concitaverat eminentia tua, cum perillustrem simul ac difficilem Spirensis ecclesiae provinciam gubernandam susceperat; nemo siquidem ignarus erat, quae te ornarent amplissimo huic muneri consentaneae virtutes, quaeque tibi adesset eas exercendi facultas. At enim vero factam spem rebus gestis non modo exaequasse, sed longe superasse videris. Testimonio sunt eminentiae tuae luculentissimae literae, quibus distincte, dilucide accuratissimeque statum commissi gregis apostolicae sedi retulisti, et ubi quicquid pro ejus salute gestum a te fuit, spectandum proponitur. Quod enim est episcopalis officii genus, quo tua dioecesis ad sui tutelam aut sanitatem non indigeret, idque in ipsam non contuleris? Horret animus cogitando immodice istic, cum te pri-

mum dioecesis excepit, depravatam cleri disciplinam, incuriosos parochos, reluctantes canonicos, moniales non adeo cultas, plerosque religiosae familiae alumnos plus quam decet liberiores, sordidam saepius sacram supellectilem, templa squallida, ecclesiastica jura violata. Ad hanc profecto tantam malorum colluvionem haud quaquam despondisti animum, sed ex ipsa difficultate virtutem exacuens, non tibi requiem dedisti, nisi restituto, si non penitus, at magna ex parte ecclesiae tuae decore, etenim sanctissimis institutis sacrum ordinem parochosque doctrina, pietate, solertia imbuere potuisti, et quae iis acquirendis impedimento erant, socordiam, obium vivendi licentiam deturbare, moralis scientiae scholas instituisti, novos candidatos non ita facile, et nisi data sui spe cooptandos recipis, seminarium, saluberrimum sane opus, de integro ac penitus aere tuo constituisti; aegrotantium valetudo, constructo dotatoque nosocomio, curae tibi fuit; te curatore divina sacrificia splendidius in posterum peragentur, assignata peccunia, qua sacerdotales vestes, ubicunque sit opus, collisaque vasa reparentur. Quid vero dicam de regularibus ad bonam frugem redactis, qui non pauci deerrabant? quid de revocata in monialium coenobia vivendi severitate? quid de grege diligentius instructo? nullus esset epistolae modus, omnia si persequi dicendo vellem, quae ab eminentia tua incredibili sagacitate, prudentia, sedulitate perfecta sunt, quae adversus contumacissimas contentiones extorquenda fuerint, quodque sanctissimae nostrae religioni, tot illa absurda in haereticorum conspectu patrata, atrocissimum vulnus infligebant. Ne reputet eminentia tua, quicquid adhuc de tuis eximiis laudibus delibavi, ex mea tantum sententia fuisse delibatum. Ita sane pontifex maximus cum hac sacra congregatione, Tridentinarum legum custode, dum de tuis literis pro suo more sermonem cum ipso faceret, est collocutus, eique ipsa plausit tanto omnium assensu, ut vere de tuis praeclaris virtutibus maximisque in gregem meritis laetari pateret. Indoluere simul ad eorum perversitatem, qui eminentiam tuam ab excindendis malorum reliquiis tardare conantur, ac praesertim ad tui cathedralis templi canonicorum pervicatiam, episcopalem jurisdictionem ab se penitus abdicantium, quod e sanctissimi patris dicto tolerari nequit, tibique assentitur, ut aliquo remedio deleatur. At cujusmodi sit adhibendum, jussit sacram hanc congregationem perscrutari. Cum tuarum Romae rerum curatore de re idcirco

sum collocutus, in idque mentem adjecimus, verum non facile suppetit, quid prudenter et non irrito conatu fieri queat. Aliquid tamen eminentia tua praecipue subjiciente in mentem veniet; non enim hujusmodi negotium obrui silentio debet. Ipse quo es invicto animi robore atque eximio in catholicam religionem studio, perge susceptum iter, memor: comitem virtutis non minus laborem, quam gloriam esse. Haec sanctissimi patris ac sacrae congregationis nomine ad tuas literas ego eminentiae tuae manus humillime exosculor. Datum Romae die 31. martii **MDCCXXXI**.

---

366. ***Damian Hugo bischof zu Speyer ertheilt dem dortigen weihbischofe Peter Cornel von Beywegh nachsicht im abstinenzgebote. Bruchsal. 1733 febr. 14.***

Nos Damianus Hugo, Dei gratia sacrae Romanae ecclesiae titulo sanctae Mariae de pace presbyter cardinalis, episcopus Spirensis etc. Ad instantiam domini suffraganei nostri Petri Cornelii de Beywegh pro tempore instantis quadragesimae, juxta tenorem bullae papae Innocentii decimi tertii et facultatem nobis in ea concessam et declaratam, taliter in esu carnium cum eo in Domino dispensamus, onerantes ipsius conscientiam, et si preces veritate nitantur, ut diebus dominicis, Lunae, Martis et Jovis, usque ad dominicam Passionis exclusive, carnem comedere possit. Hortamur autem eum in Domino, ut defunctum hujus jejunii aliis bonis operibus, utpote oratione, elemosyna etc. compensare non omittat. Dabantur in palatio nostro ad sanctum Damianum et Hugonem in civitate nostra Bruchsaliensi die 14. februarii **MDCCXXXIII**.

---

367. ***Clemens XII. pabst ermahnt den bischof zu Speyer Damian Hugo wegen der Salzburger irrgläubigen auf der huth zu seyn. Rom. 1733 märz 28.***

Clemens papa duodecimus. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Quanquam curis nostris pro ecclesiae catholicae securitate et ovium tibi creditarum salute insigne oboritur a tua vigilantia zeloque solatium, nostrae tamen sollicitudinis officium ad virtutis tuae stimulos libenter adjungimus, ubi religionis pericula pastoralem custodiam impensius requirunt. Quoniam igitur non immerito veremur, ne heterodoxi e montanis latebris dioecesis Salisburgensis ex-

trusi, contagione perfidiae ac pravis defectionis exemplis haereticos Spirensem dioecesim incolentes ad turbas novasque res moliendas impellant: te, dilecte fili noster, vehementer hortamur et petimus, ut tanti momenti discrimen advertere et cavere opportunis tuae providentiae consiliis ac remediis studeas; et quod hactenus egregia cum tuae sapientiae laude praestitisti, animarum salutem et catholici divinique nominis gloriam cunctis rationibus anteponas. Id autem cum animi tui sacerdotalis fortitudo nobis certo polliceatur, omnipotentem Deum supplices poscimus, ut fiduciam nostram tuamque pastoralem caritatem confirmet et augeat, ad cujus voti auspicium tibi, dilecte fili noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die 28. martii MDCCXXXIII., pontificatus nostri anno tertio. — Carolus archiepiscopus Emissenus. — Dilecto filio nostro Damiano Hugoni, titulo sanctae Mariae de pace presbytero, S. R. E. cardinali de Schoenborn nuncupato.

---

368. *Clemens XII. empfiehlt den bischof zu Speyer Damian Hugo dem besonderen schutze des königs Ludwig von Frankreich*
Rom, 1733 *aug.* 22.

Clemens papa duodecimus. Carissime in Christo fili noster, salutem. De animarum salute et catholicae religionis securitate sollicitus dilectus filius noster Hugo Damianus cardinalis de Schoenborn, episcopus Spirensis, nostrae apud majestatem tuam commendationis officium postulavit, ut, si forte populo sibi credito bellum inferri contingat, quod ex dissipatis rumoribus magnopere veretur, a sua ecclesia recedere minime cogatur. Quanta enim Spirensi dioecesi ab acatholicis circumseptae pericula et detrimenta impendeant, dolenter admodum reputat; cum superioris belli vulnera catholicae ecclesiae per haereticorum audaciam inflicta vix diuturno labore hactenus obducta sint. Nos igitur, qui divini honoris et sacrosanctae religionis rationes omni ope tueri debemus, et de majestatis tuae zelo egregie sentimus et praeclare speramus, optimi cardinalis sacerdotalem vigilantiam et sollicitudinem meritis laudibus prosequentes, te majorem in modum rogamus et poscimus, ut in funesto illo, quem Deus pacis avertat, perturbatae concordiae eventu copiarum tuarum ducibus et praefectis injungas, ut sedulo curent, ne

laudatus cardinalis eo adigatur, ut in ecclesia sua residere et spiritualibus gregis sui necessitatibus praesens adesse ac prospicere non possit. Quam autem majestati tuae commendamus catholicae religionis causam, ipsa tibi christianissimi regis et avitae pietatis claritas satis commendat. Ac tibi, carissime in Christo fili noster, apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae die 22. augusti MDCCXXXIII. — Carissimo in Christo filio nostro Ludovico, Francorum regi christianissimo.

---

369. *Clemens XII. pabst ertheilt dem bischofe zu Speyer Damian Hugo nachsicht für den subdiacon und markgrafen August von Baden sich verehelichen zu dürfen. Rom,* 1734 *sept.* 6.

Clemens papa duodecimus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Augustus, marchio Baadensis-Baaden, subdiaconus Spirensis dioecesis, quod marchionatus Baadensis ad tractum Rheni superioris situs priscis temporibus Lutheranismo per totum addictus eundemque publice professus fuerat, nunc vero divina cooperante gratia ope et auxilio ejusdem Augusti majorum ex toto ad fidem catholicam redactus est, marchionatus vero hujusmodi in duas dividitur lineas, unam videlicet Baadene-Baadensem, praefatam fidem catholicam ad praesens, ut praefertur, profitentem, alteram vero Baadene-Durlacensem respective nuncupatas, Lutheri sectam pertinaciter sequentem, quarum quaelibet suum separatum principatum et territorium possidet et quoad primodictam lineam, paucissimis locis exceptis, quae protestantes seu heterodoxi una cum catholicis simul incolunt, omnes illius subditi sanctae Romanae ecclesiae fideles reperiuntur, quodque primodictae lineae catholicae princeps, dilectus filius, nobilis vir, Ludovicus Georgius Bernadus Simpertus, sacri Romani imperii marchio Baadensis-Baaden, praefati Augusti frater germanus, non nisi unicum descendentem ejus natum, in sexto circiter suae aetatis anno constitutum, complexionis non robustae variisque periculis et infirmitatibus expositum, ad praesens vita functum nuper habebat, ejusdemque Ludovici Georgii Bernardi Simperti marchionis conjux, quamvis vigesimum sextum suae aetatis annum vix superaverit, pluribus ab hinc annis infaustos semper patitur abortus, ita ut vere nulla spes ulterioris successionis masculinae affulgeat, quapropter, nisi

mature prospiciatur, contingere facile poterit, ut totus principatus Baadene-Baadensis cum omnibus ejus subditis catholicis in potestatem alterius lineae Baadene-Durlacensis heterodoxae redigatur, ad quem infelicem casum avertendum et pro bono catholicae religionis idem Augustus a vinculo sacri subdiaconatus ordinis per eum rite suscepti, ad effectum matrimonium cum quavis muliere catholica sibi bene visa, nullo tamen sibi jure prohibita vel ex dispensatione apostolica permissa, contrahendi per nos et sedem apostolicam ut infra absolvi, secumque desuper etiam ut infra dispensari plurimum desiderat, ut per propriam liberorum Deo dante procreationem in supradicto marchionatu et reliquis appartinentibus, comitatibus et dominiis successio catholica futuris temporibus stabiliatur et roboretur, neve post obitum dicti Ludovici Georgii Bernardi Simperti marchionis absque descendentibus masculinis, quos in futurum adesse posse valde ex supradictis dubitandum est, praefati marchionatus subditi, nunc zelose catholici, a marchione Baadene-Durlacensi, proximo tam Augusti quam Ludovici Georgii Bernardi Simperti marchionis praefatorum agnato, Lutheranismum, ut praefertur, profitente et tuente, ad quem in casu deficientiae masculorum lineae Baadensis-Baaden indubie marchionatus praefatus cum omnibus ejus dependentiis et pertinentiis devolveretur, ab orthodoxa fide ad priorem haeresim reducantur, prout de his omnibus fraternitas tua testatur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, non immerito sperandum sit, si hujus stirpis posteritas propagetur, semper apud illam firmissimum piis et catholicis juris praesidium et adjumentum ac refugium atque adversus haereticos perpetuum propugnaculum, prout hactenus fuit, et in posterum paratum fore, sin autem econtra primodictam lineam seu Baadensem-Baaden familiam extingui contigerit, timendum sit, ne publica inibi jactura et commune damnum iis, qui orthodoxae fidei studiosi sunt, subsequatur atque ad id ipsum bonis omnibus tali auxilio destitutis plurimum meritis plurimum detrimenti afferre valeat, haeretici vero et impii homines majores sibi exinde spiritus sumant et quasi hoc metu liberati ejusdem marchionatus dominia et loca omnia opprimere gravioraque in dies facinora perpetrare audeant. Ideo nobis humiliter supplicari fecit Augustus praefatus, quatenus catholicae religionis in illis partibus conservationi opportune consulere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Augustum ad pre-

ces etiam dicti Ludovici Georgii Bernardi Simperti marchionis specialis gratiae favore prosequi volentes, nec non a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tam consequentium harum serie absolventes et absolutum fore censentes, certam tamen de praemissis notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, frater episcope, per praesentes committimus et mandamus, quatenus eundem Augustum a vinculo dicti sacri subdiaconatus ordinis, quo tenetur, etiam si in illo in altaris ministerio ministraverit, auctoritate nostra absolvas et totaliter liberes secumque, utpote qui vere et proprie tanquam laica et saecularis persona in omnibus et per omnia in posterum esse et censeri ac reputari debeat, ut susceptione per eum dicti sacri subdiaconatus ordinis non obstante, matrimonium cum quavis muliere, ut praefertur, catholica, nullo alias sibi jure prohibita seu ex dispensatione apostolica permissa, alias rite, servata forma concilii Tridentini, etiam pluries, successive tamen et legitime contrahere, illudque in facie ecclesiae solemnizare ac in eo postmodum remanere libere et licite valeat, dicta auctoritate nostra dispenses, prolem suscipiendam ex inde legitimam fore decernendo, nec dictum Augustum desuper a quoquam quovis praetextu, colore vel ingenio super praemissis molestari, impediri vel inquietari posse seu debere, sicque et non alias per quoscunque judices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores ac sanctae Romanae ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos dictaeque sedis nuntios judicari et definiri debere, irritum quoque et inane decernas, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, non obstante dicto sacro subdiaconatus ordine, per Augustum praefatum, ut praefertur, suscepto ac quibusvis, tam in provincialibus, quam synodalibus, generalibus universalibusque concilii editis vel edendis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, quibus omnibus et singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores,

etiam si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata, inserti forent praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum latissime et plenissime ac specialiter et expresse hac vice duntaxat derogamus caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die 6. septembris MDCCXXXIV., pontificatus nostri anno quinto. — Pro r. p. D. magistro brevium J. Ritozzius substitutus. . . . . C. Bruner. . . . . Venerabili fratri episcopo Spirensi.

---

370. *Clemens XII. pabst beglückwünscht den bischof Damian Hugo zu Speyer wegen dessen rückkehr und einer anderen mittheilung. Rom,* 1737 *juni* 18.

Clemens papa duodecimus. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Gregi tuo te restitutum ac tandem libere tuae genti dominari posse, vehementer gavisi sumus. Nec leve gaudii nostri additamentum fuit, id abs te percepisse, obsequii addictique benignissimi animi erga nos tui documento. Si vero inde maximus accessit cumulus, quod, cum per belli tempus ac militarem licentiam, schismaticam haereticamque luem impudentius agitatam, ibi non parum detrimenti sanctissimae religioni obvenisse compereris, ipse magnis animis magnisque virtutibus ad id sarciendum aggressus fueris, praesertim cum certam nobis felicis eventus spem faciat eximia tua virtus ac exploratum jam diu nobis singulare verae tuendae fidei studium. Non tibi stimulos admovemus, ut in rem adeo necessariam omni prudentiae, sagacitatis, doctrinae ac pastoralis sollicitudinis conatu incumbas. Satis nobis est, ut insitam animo tuo sapientiam audias ac secum perpendas, nichil hoc eximie gesto confectoque negotio dioecesi tuae finitimisque populis utilius fore, nichil quod majori gloriae foenore nomen tuum sit ad posteros propagaturum. Quidquid a nobis et a Romana sede auxilii in rem tanti momenti praestare possit, cave dubites non illico praesto fore. Te interim pro nostra summa jam pridem inita benevolentia, nunc etiam hoc novo merito aucta et quod vere te plurimi facimus, paterno sinu complectimur et in prosperi eventus expectationem tibi, dilecte fili noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die

decima octava junii MDCCXXXVII., pontificatus nostri anno septimo. — Pro archiepiscopo Emisseno, J. Vincentius Lucchesivius. — Dilecto filio nostro Damiano Hugoni, titulo s. Mariae de pace presbytero, S. R. E. cardinali de Schoenborn nuncupato.

---

371. *Benedict XIV. pabst fordert den bischof Damian Hugo zu Speyer zum schutze des katholischen glaubens in dem von den Brandenburgern bekämpften Schlesien auf. Rom,* 1741 *jan.* 25.

Benedictus papa decimus quartus. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi dubitare non possumus, quin Silesia, repente Brandenburgensium armis tentata atque in discrimen adducta, te vehementer solicitet mecum, ne ibi sacrosancta religio sub acatholico principe (quod omen Deus avertat) detrimentum faceret: hoc tamen periculo commoti adeo sumus, ut paternus animus noster conquiescere nequeat, nisi te cum caeteris inclitae Germaniae episcopis admoneamus atque exhortemur, ut sedulo caveas, ne quid hujusmodi accidat, omnibusque officiis, consiliis, viribus, pecunia, et si tantum sit opus, sanguine quoque fortiter alacriterque insurgas ad religionis defensionem. Non te fugit, quid timendum sit a Brandenburgensi principe, armorum potente atque adeo catholicae religionis inimico, ut hoc praecipue nomine ab omnium sectarum cultoribus sibi gratiam atque obsequium conciliet. Sunt in conspectu vestro inflicta per Germaniam, eo maxime annitente, fideli gregi vulnera, nec obliti eritis, quae majora curaverit inferre, si potuisset. Ei proinde res novas iterum atque apertius molienti, objiciatis oportet, quidquid in vobis sit virium consiliique, cum praesertim imminens religioni malum, si in ejus ditionem Silesia veniret, proprius absit a vestris dietis, si statim inita inter vos societate de communi studio contendatis, ut Brandenburgensis ad quietis consilia se revocet. Praecipue vero danda vobis est opera, ut perpurgato a vitiis grege nichil sit, quod ei divinam opem retardare queat. Haec te admonere non modo supremi apostolici officii nostri esse duximus, verum ad sedandam animi aegritudinem, qua sane gravissima de hujusmodi negotio percellimur, nichil salubrius invenimus. Scimus tua te pietate ac religionis amore vehementer ad hujus praesidium excitari. Id tamen alacrius perficies, nostris etiam monitis exstimulatus certiorque redditus, stu-

dium omne nostrum, curas cogitationis, vitam ipsam, si eam devovere necesse sit, te quidquid Romana sedes auctoritatis habet, in rem tanti momenti impensum iri. Nos enim vehementer urget caritas immaculatae sponsae, tenuitati nostrae in tutelam datae, ne, nobis illam custodientibus, aliqua percelli injuria permittamus. Tibi interim, dilecte fili noster, ut nobiscum in id ipsum conspires, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die vigesima quinta januarii MDCCXLI., pontificatus nostri anno primo. — Jo. Vincentius Lucchesivius. — Dilecto filio nostro Damiano Hugoni, tit. sanctae Mariae de pace presbytero, S. R. E. cardinali de Schoenborn nuncupato.

---

372. *Butzfeld rector der jesuiten zu Neustadt berichtet über das dortige collegium. Neustadt,* 1741 *febr.* 28.

Ad nutum jam pridem clementissimo eminentissimae et reverendissimae celsitudinis vestrae decreto, quo jubeor docere, quis fundator fuerit domus patrum societatis Jesu Neostadii ad Haardam, obsecutus fuissem, si antiquiora statim ad manus fuissent documenta: his Moguntia modo acceptis humillime significo, patres societatis Jesu ad vineam Domini Neostadiensem, ab haereticis omnino devastatam, iterum excolendam primo vocatos fuisse anno 1622 a caesareo et hispano milite, imperium Romanum tum gubernante augustissimo imperatore Ferdinando II., qui in partem fundationis dederat gymnasium sive seminarium Calvinianorum studiosorum, dictum Casimirianum, cum omnibus proventibus, ex quibus potuissent ali patres viginti et plures. Anno 1650 vero ereptis iterum omnibus cum maximo detrimento rei catholicae ejecti fuerunt dicti patres, revocati autem anno 1700 a serenissimo electore Palatino Joanne Wilhelmo, qui loco perditae primae fundationis interim dedit varia bona ecclesiastica tum temporis adhuc saecularizata, et quidem pro tot personis, quot ex redditibus ali poterunt: quot autem determinari necdum potest, tum quia multa adhuc bona ad fundationem pertinentia sunt in manibus saecularium, tum quia adhuc multa aguntur in judiciis cum victoria dubia, hactenus sustentati sunt plerumque octo. (Datum Neostadii die 28. februarii 1741. P. Butzfeld, rector S. J.)

---

373. *Benedict XIV. pabst bestätiget die wahl des bischofes Franz Christoph zu Speyer. Rom,* 1743 *febr.* 3.

Benedictus episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio Francisco Christophoro ab Hutten in Stoltzenberg, electo Spirensi, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus officium meritis licet imparibus nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini divina dispositione praesidemus, utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes, solliciti corde reddimur et solertes, ut cum de ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores praeficere studeamus, qui populum suae curae commissum sciant non solum doctrina verbi, sed et exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare. Sane ecclesia Spirensis, cui bonae memoriae Damianus Hugo, dum viveret, S. R. E. cardinalis de Schoenborn nuncupatus, ultimus ipsius ecclesiae Spirensis ex dispensatione apostolica praesul, dum viveret, praesidebat, per obitum dicti Damiani Hugonis cardinalis et praesulis, qui extra Romanam curiam debitum naturae persolvit, pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum et canonici ejusdem ecclesiae Spirensis, ad quos, dum ipsa ecclesia Spirensis pro tempore vacat, electio personae idoneae de gremio capituli hujusmodi desumendae per Romanum pontificem pro tempore existentem, eidem ecclesiae Spirensi ad electionem hujusmodi praeficiendae, dum ecclesia ipsa etiam pro tempore vacat, juxta concordata dudum inter sedem apostolicam et inclitam nationem Germanicam inita, spectare dignoscitur, pro futuri episcopi Spirensis electione celebranda, vocatis omnibus, qui voluerunt et debuerunt electioni hujusmodi credere interesse, die ad eligendum praefixa, ut moris est, convenientes in unum, te dictae ecclesiae Spirensis canonicum de legitimo matrimonio ex catholicis nobilibusque parentibus in dioecesi Herbipolensi ortum, in trigesimo septimo et ultra tuae aetatis anno et in sacro subdiaconatus ordine constitutum, concorditer et canonice in eorum et dictae ecclesiae Spirensis episcopum elegissent tuque electioni de te factae illiusque tibi praesentato decreto consensisses et deinde electionis hujusmodi negotium in particulari congregatione rebus consistorialibus praepositae, ad quam nos discutiendum remiseramus, proponi fecisses, petens ipsam electionem apostolica auctoritate confirmari, ipsaque congre-

gatio illam uti canonice celebratam confirmandam esse censuisset: nos sperantes, quod tu, qui fidem catholicam juxta articulos jam pridem a sede apostolica propositos expresse professus es et de cujus generis nobilitate, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, eidem ecclesiae Spirensi esse poteris plurimum utilis ac etiam fructuosus, electionem hujusmodi de venerabilium fratrum nostrorum, ejusdem sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio, dicta apostolica auctoritate, tenore praesentium juxta decretum in eadem congregatione factum confirmantes et approbantes, ac omnem et quoscunque defectus etiam substantiales, si qui quomodolibet in eadem electione intervenerint, supplentes, eidem ecclesiae Spirensi de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providemus teque illi in episcopum praeficimus et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae ecclesiae Spirensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias et largitur praemia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos praedicta ecclesia Spirensis sub tuo felici regimine regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem praedictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, quod ecclesia ipsa Spirensis gubernatori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque praeter aeternae retributionis praemium nostram et dictae sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis, caeterum sperantes, quod tu licet doctor ac in sacro presbyteratus ordine constitutus non existas, quia tamen prudentia et sufficienti doctrina praeditus et ad alios docendum aptus existis, aliaque sibi affutura suffragia eidem ecclesiae Spirensi esse poteris multipliciter fructuosus, tecum ut eidem ecclesiae Spirensi in episcopum praefici illique praeesse ac dictam ecclesiam Spirensem regere et gubernare libere et licite valeas, gradus et presbyteratus ordinis hujusmodi defectibus ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac praedictae ecclesiae Spirensis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus

caeterisque continentiis nequaquam obstantibus, dicta apostolica auctoritate earundem tenore praesentium de specialis dono gratiae dispensamus. Volumus autem, quod canonicatus et praebenda dictae ecclesiae Spirensis, quos ad praesens obtines, per hujusmodi provisionem et praefectionem vacent eo ipso, quodque ecclesiae cathedralis reparationi et domus episcopalis perfectioni pro viribus incumbas, theologalem et poenitentiariam praebendas instituas, montemque pietatis erigi cures, conscientiam tuam super his onerantes. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, anno incarnationis dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, tertio nonas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

---

374. *Franz Georg erzbischof zu Trier und bischof zu Worms stiftet eine frühmesse zu Dirmstein. Ehrenbreitstein,* 1743 *juni* 16.

In nomine sanctissimae et individuae Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus sancti. Amen. Nos Franciscus Georgius, Dei gratia archiepiscopus Trevirensis, sacri Romani imperii per Galliam et regnum Arelatense archicancellarius et princeps elector, episcopus Wormatiensis, praepositus princeps ac dominus Elvacensis, administrator Prumiensis perpetuus etc., universis, ad quos praesentes literae pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Felicitati nostrae et saluti salubriter consulimus et consulere speramus, dum piae matris ecclesiae profectibus augmentandis jugiter insudamus. Hinc est, quod animarum nobis in episcopatu Wormatiensi concreditarum necessitatibus providentes et specialiter oppidum nostrum Dirmsteinense, in quo — Deo sint laudes immortales — non a multis ab hinc annis fidem salvificam reflorescere numerumque fidelium augeri non sine intimo cordis nostri gaudio comperimus, speciali favore prosequi volentes, primissariam vel capellaniam ibidem in parochi sublevamen et parochianorum solatium erigere atque pro perpetuis futuris temporibus fundare proposuerimus, prout fundamus et erigimus per praesentes sub conditionibus, quas ordine subsequenti annectimus. Primo erit sacellania illa in perpetuum, quoties vacatio contigerit, collationi nostrae et successorum in episcopatu subjecta. Secundo sacellanus a nobis vel vicariatu nostro generali Wormatiensi sic nominatus substabit parocho loci atque cum illo in hujus aedibus morabitur et

victum sumet, concionando, catechizando et universim in functionibus parochialibus parocho assistendo. Ne autem hic plus quam decet oneris ipsi imponat, immo quae sibi incumbunt agenda, commoditatis suae causa in solum devolvat primissarium, vicariatus nostri erit diffinire, quid parochus et quid sacellanus, quoad munus pastorale, agere habeant. Tertio cum ob excrescentem numerum catholicorum observatum fuerit, una missa, quae diebus dominicis et festivis lecta hucusque fuit, parochianos singulos praecepto ecclesiae satisfacere non potuisse, hinc sacellanus ille singulis dominicis et festivis per hyemem a festo sanctorum usque ad pascha hora septima, reliquo vero tempore praecise hora sexta sacrum missae officium celebret. Adeoque his diebus infallibiliter duae missae pro solatio parochianorum habeantur, illa vero a sacellano legatur ad intentionem nostram atque successorum nostrorum. De caetero per septimanam inter parochum et sacellanum ita componenda, ut si non duae, saltem una missa singulis diebus habeatur et sic devotio fidelis populi nutriatur. Quarto sacellanus ille erit ad nutum nostrum et vicariatus nostri amovibilis, in casum vero, quod sua, prout speramus, strenue agat, in collatione vacantium parochiarum prae aliis ipsius rationem habebimus. Quinto ad dictam sacellaniam prima vice nominamus Casparum Ritter, clericum dioecesis nostrae, quoad mores, scientiam et pietatem nobis apprime laudatum. Sexto camera nostra episcopalis, cui desuper per dioeceseos redditus nobis aliunde et absque detrimento aerarii nostri obvenientes satisfecimus, huic sacellano pro salario annuo quinquaginta florenos, ad sexaginta crucigeros unumquemque computatos, parocho vero pro victu, hypocausto, eoque per hyemem calido, lecto, lumine et reliquis ad necessitatem pertinentibus similiter centum florenos exsolvet, fietque solutio bis in anno, tempore cum camera nostra componenda regulari. Septimo demum volumus et ordinamus, ut in casum, quo oppidum hocce nostrum Dirmstein a fide catholica deficeret vel superiori acatholico subjiceretur, fundatio haec nostra penitus debeat esse sublata et camera nostra Wormatiensis ab onere praestandi annuos illos centum imperiales plane iterum liberata. Quae omnia supradicta, ut firma et inconcussa in aeternum stent et ad posteros transeant, hasce literas desuper confici et propriae manus subscriptione sigilloque nostro secretiori firmatas, tam inter literas oppidi Dirmstein, quam in archivo

vicariatus nostri Wormatiensis sedulo asservari mandavimus, in arce nostra Ehrenbreitstein anno millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, die decima sexta mensis junii. — G. F. archiepiscopus et elector.

---

375. *Franz Christoph bischof zu Speyer bittet den pabst Benedict XIV. um bestätigung seiner wahl und um beibehaltung seiner pfründe. Speyer*, 1743 *nov.* 15.

Beatissime pater! Post humillima mea obsequia et devotissima pedum oscula expono sanctitati vestrae, quod ego cathedralis Spirensis, collegiatarum ad sanctum Nicolaum in Comburg, dioecesis Herbipolensis et ad sanctum Albanum Moguntiae canonicus capitularis, inscrutabilis divini consilii altitudine et providentia, nullis praecedentibus meritis, a concapitularibus meis cathedralis Spirensis, sede episcopali a die decima nona augusti anni currentis vacante, ad episcopatum eique incorporatam praeposituram Weissenburgensem et principatum die decima quarta anni et mensis currentis fuerim canonice electus, eo major post peractum et publicatum ultimum scrutinium formido invasit omnia ossa mea, quo minus tantam dignitaten anhelabam aut ullis votis expetebam. Providebam enim funestis hisce belli temporibus regimen cleri et populi per dioecesim et principatum Spirensem, si unquam, nunc praecipue angelicis humeris formidabile esse, sed concapitularium meorum, cleri plebisque, summorum atque infirmorum votis facturis satis et omnipotentis Dei me vocantis aeternaeque providentiae non refragaturus, electionem in me factam acceptavi, flexis Deum genibus nunc incessanter exorans, ut de thesauro infinitae bonitatis et misericordiae suae gratiam ad tantum onus sufferendum michi elargiatur. Incredibile statim hausi solatium, quod me inter discipulos vestrae sanctitatis quondam sapientissimi doctoris, nunc beatissimi patris numerare audeam atque ita duplici vinculo obstrictum, ut servum et discipulum me spes erigat in Domino ad tenorem sanctitati vestrae submissime praesentandarum literarum credentialium et exhibendi instrumenti electionis summam pontificiam confirmationem cum gratia et benedictione apostolica consequendi. Caeteroquin eminentissimi antecessoris mei cardinalis de Schoenborn piae memoriae, cujus praeclarissima pro bono religionis catholicae merita, fidelissima erga summam sedem observantia, pietas

et subjectio abunde constant, cujus familiam speciali amicitia colo, vestigiis inhaerendo, pacem, subjectionem, observantiam, pietatem et fidelitatem erga apostolicam sedem et sanctam matrem ecclesiam hisce contestor, assecuro et appromitto. Cum autem subditorum per tractum dioecesis et principatus Spirensis hoc tempore, quo exercitus Gallicus, Anglicus, Austriacus, Hollandicus ex utraque parte Rheni vix non per totam aestatem territorium Spirense occuparunt et devastarunt, frugibus et mobilibus ex magna parte spoliatorum et sic ad incitas redactorum misserrima sit conditio, neque ulla spes pacis affulgeat, ut ita calamitioso hoc tempore, nesciam in quo loco tutum fixurus sim pedem et forte ex ipsa dioecesi et principatu alibi residere cogendus sim, humillime supplico, ut sanctitas vestra de plenitudine apostolicae potestatis primo praedictam electionem a me acceptam confirmare, ratificare et roborare, secundo ut praebendam et canonicatum ecclesiae collegiatae ad sanctum Nicolaum in Comburg, dioecesis Herbipolensis et canonicatum et praebendam ecclesiae collegiatae ad sanctum Albanum Moguntiae, quos omnes perpetuam residentiam non exigentes, hucusque pacifice et quiete possedi retinere valeam, mecum dispensare gratiosissime dignetur. Qui itendidem sanctitatis vestrae pedes humillime oxosculor et profundissimo cum respectu permaneo. Spirae decima quinta mensis novembris anno millesimo septingentesimo quadragesimo tertio.

---

376. *Ignaz erzbischof von Cäsarea, nuntius zu Cöln, beauftragt den weihbischof zu Speyer dem dortigen bischofe das glaubensbekenntniss abzunehmen. Cöln,* 1743 *dec.* 5.

Ignatius, Dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopus Caesariensis, sanctissimi domini nostri Benedicti divina providentia papae decimus quartus, pontificio solio assistens ejusdemque ac dictae sanctae sedis ad tractum Rheni aliasque inferioris Germaniae partes cum potestate legati de latere nuntius, dilecto nobis in Christo reverendissimo et perillustri domino Petro Cornelio, episcopo Methonensi et suffraganeo Spirensi, seu cuivis alteri personae in dignitate ecclesiastica constitutae, ad infrascripta specialiter eligendae, salutem in Domino sempiternam. Cum illustrissimus et reverendissimus dominus Franciscus Christophorus, baro de Hutten, electus episcopus Spirensis S. R. J. princeps, ad praescriptum sacri

concilii Tridentini professionem fidei catholicae juxta articulos pridem a sancta sede apostolica propositos in manibus nostris aut personae a nobis deputandae emittere debeat: hinc nos attenta locorum distantia majori illius opportunitati consulere specialique eundem favore prosequi volentes, reverendissimae et perillustri dominationi vestrae tenore praesentium committimus, ut vice et auctoritate nostra a praetacto illustrissimo et reverendissimo domino Francisco Christophoro, barone de Hutten, electo Spirensi professionem fidei juxta formulam hic annexam recipiat, eandemque in fronte et in fine manu ejusdem illustrissimi et reverendissimi domini profitentis signatam et sigillo ejus, uti et subscriptione ac sigillatione reverendissimae et perillustris dominationis vestrae munitam una cum instrumento, per notarium apostolicum cum duobus testibus assumendum desuper expedito, ad nos quam primum in duplo transmittat, nostras quascunque vices et facultates super praemissis reverendissimae et perillustri dominationi vestrae subdelegantes. Datum Coloniae die quinta decembris MDCCXLIII., pontificatus sanctissimi domini nostri anno quarto.

---

377. *Benedict XIV. pabst bestätiget die wahl des bischofes zu Speyer Franz Christoph von Hutten. Rom,* 1744 *febr.*

Benedictus episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio Francisco Christophoro ab Hutten in Stolzenberg, electo Spirensi, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus officium meritis licet imparibus nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini divina dispositione praesidemus, utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes, solliciti corde reddimur et solertes, ut cum de ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores praeficere studeamus, qui populum suae curae commissum sciant non solum doctrina verbi, sed et exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare. Sane ecclesia Spirensis, cui bonae memoriae Damianus Hugo, dum viveret, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis de Schoenborn nuncupatus, ultimus ipsius ecclesiae Spirensis ex dispensatione apostolica praesul, dum viveret, praesidebat, per obitum dicti Damiani Hugonis cardinalis et praesulis, qui extra Romanam curiam debitum

naturae persolvit, pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum et canonici ejusdem ecclesiae Spirensis, ad quos, dum ipsa ecclesia Spirensis pro tempore vacat, electio personae idoneae de cremio capituli hujusmodi desumendae, per Romanum pontificem pro tempore existentem eidem ecclesiae Spirensi ad electionem hujusmodi praeficiendae, dum ecclesia ipsa etiam pro tempore vacat, juxta concordata dudum inter sedem apostolicam et inclitam nationem Germanicam inita spectare dignoscitur, pro futuri episcopi Spirensis electione celebranda, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt et debuerunt electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum praefixa, ut moris est, convenientes in unum, te dictae ecclesiae Spirensis concanonicum, de legitimo matrimonio ex catholicis nobilibusque parentibus in dioecesi Herbipolensi ortum, in trigesimo septimo et ultra tuae aetatis anno et in sacro subdiaconatus ordine constitutum, concorditer et canonice in eorum et dictae ecclesiae Spirensis episcopum elegissent, tuque electioni de te factae, illiusque tibi praesentato decreto consensisses et deinde electioni hujusmodi negotium in particulari congregatione rebus consistorialibus praepositae, ad quam nos discutiendum remiseramus, proponi fecisses, petens ipsam electionem apostolica auctoritate confirmari, ipsaque congregatio illam uti canonice celebratam confirmandam esse censuisset: nos sperantes, quod tu, qui fidem catholicam juxta articulos jam pridem a sede apostolica propositos expresse professus es et de cujus generis nobilitate, vitae innocentia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, eidem ecclesiae Spirensi esse poteris plurimum utilis ac etiam fructuosus, electionem hujusmodi de venerabilium fratrum nostrorum ejusdem sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio, dicta apostolica auctoritate tenore praesentium, juxta decretum in eadem congregatione factum, confirmantes et approbantes ac omnes et quoscunque defectus etiam substantiales, si qui quomodolibet in eadem electione intervenerint, supplentes, eidem ecclesiae Spirensi de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris, ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate, providemus teque illi in episcopum praeficimus et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae ecclesiae Spirensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie

committendo, in illo, qui dat gratiam et largitur praemia, confitentes, quod dirigente Domino actus tuos ecclesia praedicta Spirensis sub tuo felici regimine regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem praedictas sic exercere studeas, solliciteque, fideliter et prudenter, quod ecclesia ipsa Spirensis gubernatori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque praeter aeternae retributionis praemium, nostram et dictae sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Caeterum sperantes, quod tu, licet doctor ac in sacro presbyteratus ordine constitutus non existas, quia tamen prudentia et sufficienti doctrina praeditus et ad alios docendum aptus existis, aliasque sibi affutura suffragia eidem ecclesiae Spirensi esse poteris multipliciter fructuosus, tecum ut eidem ecclesiae Spirensi in episcopum praefici illique praeesse ac dictam ecclesiam Spirensem regere et gubernare libere et licite valeas, gradus et presbyteratus ordinis hujusmodi defectibus ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac praedictae ecclesiae Spirensis etiam juramento, confirmationae apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, dicta apostolica auctoritate earundem praesentium de specialis dono gratiae dispensamus. Volumus autem, quod canonicatus et praebenda praedictae ecclesiae Spirensis, quos ad praesens obtines, per hujusmodi provisionem et praefectionem vacent eo ipso, quodque ecclesiae cathedralis reparationi et domus episcopalis perfectioni pro viribus incumbas, theologalem et poenitentiariam praebendas instituas, montemque pietatis erigi cures, conscientiam tuam super his onerantes. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, anno incarnationis dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, tertio nonas februarii, pontificatas nostri anno quarto.

378. *Benedict XIV. pabst gestattet dem bischofe Franz Christoph zu Speyer den fortbesitz zweier anderer pfründen. Rom.* 1744 *febr.* 3.

Benedictus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Francisco Christophoro ab Hutten in Stolzenberg, electo Spirensi, salutem et apostolicam benedictionem. Personam tuam

nobis et apostolicae sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benevolentia prosequentes, illa tibi favorabiliter concedimus, quae tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque nos hodie electionem, de tui persona per dilectos filios capitulum et canonicos ecclesiae Spirensis, ecclesia ipsa certo tunc expresso modo pastoris solatio destituta, canonice celebratam, juxta decretum particularis congregationis rebus consistorialibus praepositae, de venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio apostolica auctoritate confirmantes et approbantes, eidem ecclesiae Spirensi de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de consilio et auctoritate similibus duxerimus providendum praeficiendo te illi in episcopum et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae ecclesiae Spirensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris desuper confectis literis plenius continetur et sicut accepimus, tu tempore confirmationis, approbationis et provisionis ac praefectionis praedictarum unum et unam Camburgi Herbipolensis dioecesis ac alterum et alteram canonicatum et praebendam sancti Albani Moguntinensis, respective saecularium et forsan insignium et equestrium collegiatarum ecclesiarum ex dispensatione apostolica obtinens, prout adhuc obtines de praesenti: nos tibi, ut statum tuum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, de alicujus subventionis auxilio providere teque praemissorum meritorum tuorum intuitu gratioso favore prosequi volentes et a quibusvis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, modo proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate tecum, ut et postquam in vim confirmationis, approbationis, praefectionis praedictarum pacificam possessionem, seu quasi reiminis et administrationis dictae ecclesiae Spirensis ac illius bonorum seu majoris partis eorum assecutus fueris et munus consecrationis susceperis, canonicatum et praebendam praememoratos, quorum et illis forsan annexorum fructus, redditus et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera seu eorum aestimationem valorem annuum, ut et jam accepimus,

non excedunt et eam una cum dicta ecclesia Spirensi, ut prius, quoad vixeris et quamdiu illi praefueris, retinere libere et licite possis et valeas, generalis concilii aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictae Spirensis, nec non praememoratarum collegiatarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, motu et auctoritate similibus earundem tenore praesentium de specialis gratiae dono dispensamus, decernentes propterea canonicatum et praebendam praememoratos non vacare ac irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Volumus tamen, quod ecclesia Spirensis praedicta ac canonicatus et praebenda praememorati debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed ejus et eorum congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam vestrae absolutionis, dispensationis, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, tertio nonas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

---

379. *Benedict XIV. pabst gestattet dem bischofe Franz Christoph zu Speyer, sich von einem beliebigen bischofe weihen zu lassen. Rom,* 1744 *febr.* 7.

Benedictus papa decimus quartus. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Personam tuam nobis et apostolicae sedi devotam, tuis ita exigentibus meritis, paterna benevolentia prosequentes, illa tibi favorabiliter concedimus, quae ad tuae commoditatis augmentum cedere possunt. Cum itaque nos nuper ecclesiae Spirensi certo tunc expresso haberi volumus pastoris solatio destitutae de persona tua nobis et venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica provideremus, teque eidem ecclesiae Spirensi in episcopum praefecerimus et pastorem, curam, regimen et administrationem ipsius ecclesiae tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo et alias,

prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Verum sicut pro parte tua nobis subinde expositum fuit, tot episcopi in illis partibus, ob praesentium temporum necessitates, sine gravi dispendio et incommodo convenire nequeant, quot pro impendendo tibi munere consecrationis juxta sacrorum canonum dispositionem requiruntur, cupiasque propterea opportune tibi in praemissis a nobis provideri et ut infra indulgeri, nos commoditati tuae paterno affectu consulere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiae sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, ut adhibitis omnibus diligentiis pro accessu tot episcoporum, quot pro impendendo munere hujusmodi requiruntur, postquam compereris maximas intercedere difficultates, super quo conscientiam tuam oneramus, a quocunque, quem malueris, catholico antistite gratiam et communionem sedis apostolicae habente, accitis et in hoc tibi assistentibus loco episcoporum duobus abbatibus, usum mytrae et baculi ac similes gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis praedictum recipere ipsique antistiti, ut illud tibi sic impendere, servata alias necessariarum super eodem munere tibi impendendo concessarum literarum forma et dispositione, libere et licite valeatis, auctoritate praefata tenore praesentium concedimus et indulgemus, non obstantibus quoad ea, quae praesentibus sunt contraria, praesentibus nostris literis, nec non apostolicis ac in conciliis etiam universalibus editis generalibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die septima februarii MDCCXLIV. pontificatus nostri anno quarto.

---

380. *Benedict XIV. pabst gestattet dem bischofe Franz Christoph zu Speyer die verleihung der fünf nächsten in päbstlichen monaten erledigten pfründen am stifte Weissenburg. Rom,* 1751 *juli* 19.

Benedictus papa decimus quartus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Egregia tua in nos et

apostolicam sedem merita poscunt, ut te specialibus favoribus et gratiis decoremus, eaque tibi favorabiliter concedamus, per quae erga personas istarum partium tibi gratas et acceptas te beneficum exhibere possis et liberalem. Motu itaque proprio ac ex certa scientia nostra tibi, ut quinque duntaxat collegiatae ecclesiae de Weissenburgo istius Spirensis dioecesis canonicatus et praebendas, quos in mensibus nostrae et dictae sedis dispositioni reservatis per obitum tamen illos obtinentium primo vacare contigerit, quibusvis personis tibi, sicut praemittitur, gratis et acceptis, quae imprimis in catholica fide constantes sint, auctoritate nostra apostolica conferre et de illis etiam providere ipsasque personas vel earum procuratores earum nomine in corporalem possessionem canonicatuum et praebendarum hujusmodi, per te vigore praesentium illis conferendorum, juriumque et pertinentiarum suorum quorumcunque inducere et inductas defendere ac quoscunque illicitos detentores ab illis amovere, ipsisque provisis de illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus integre responderi aliaque in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna facere, nec non contradictores quoslibet per censuras et poenas ecclesiasticas aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescere libere et licite possis et valeas, facultatem eadem auctoritate tenore praesentium concedimus et impertimur, decernentes collationes et provisiones per te de dictis quinque canonicatibus et praebendis, ut praefertur, faciendas perinde validas, firmas et efficaces existere et fore in omnibus et per omnia perinde, ac si a nobismet ipsis factae fuerint, sicque et non aliter per quoscunque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definiri debere ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac cancellariae apostolicae regulis dictaeque collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate apostolica alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut, si contingat aliquem canonicatum vigore praesentium a te jam collatum iterum seu pluries de mense reservato, ut praefertur, vacare, antequam alter canonicatus de praedicto mense, sicut praemittitur, vacet, illum de novo toties quoties conferre valeas, sed colla-

tiones hujusmodi in numero quinque collationum per praesentes tibi concessarum semper computentur, ac si de aliis quinque distinctis canonicatibus factae fuissent, ita ut post quinque duntaxat collationes vigore praesentium a te factas indultum hujusmodi tibi amplius non suffragetur, sed illud cessat eo ipso. Volumus quoque, ut ii, quibus canonicatus et praebendas hujusmodi contuleris, intra sex menses a die illorum collationis et provisionis computandos novas provisiones super illis a nobis et apostolica sede praedicta impetrare et literas apostolicas sub plumbo expedire juraque cancellariae et camerae apostolicae ac aliis propterea debita persolvere omnino teneantur, alioquin elapsis dictis sex mensibus canonicatus et praebendae hujusmodi vacare censeantur eo ipso, possintque aliis per nos aut Romanum pontificem pro tempore existentem duntaxat libere conferri, nisi provisi legitimo impedimento coram datario nostro constare fecerint, vel ipsis petentibus novas provisiones et protestantibus, quos per eos non stat, contigerit illas eis denegari. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die decima nona julii MDCCLI. pontificatus nostri anno undecimo. B. cardinalis Passioneus.

---

381. *Franz Christoph bischof zu Speyer bestätiget die trennung der pfarrei Birkenhördt von Pleisweiler. Bruchsal,* 1751 *aug.* 11.

Nos Franciscus Christophorus, Dei gratia episcopus Spirensis, ecclesiae principalis Weissenburgensis praepositus, sacri Romani imperii princeps etc. Ad perpetuam memoriam. Ex quo episcopalem Spirensem cathedram Deo adjuvante conscendimus, illuc praeprimis pastoralem vigilantiam nostram direximus, quatenus opportunis remediis subjecto nobis gregi levamina praestarentur et semotis periculis cura animarum in dies magis atque magis felicius haberet incrementum. Quapropter cum nobis relatum fuisset, quod ex parte serenissimi domini electoris Palatini facta fuerit dispositio, ut parochia in Pleischweyler, cui hactenus pagi Oberhoffen, Birckenherd, Blanckenborn et Bellenborn tanquam filiales connexi fuerant, ab invicem taliter separari possint, ut in loco Birckenherd specialis institueretur parochus, qui praedictum locum una cum Blanckenborn et Bellenborn in spiritualibus deserviret, relicto ad parochiam in Pleischweyler pago Oberhoffen, quod quidem eo facilius fieri queat, cum divisis us-

que huc salariis praestitis et competentia parochiali ex aerario Palatino adaucta commodam et sufficientem uterque parochorum subsistentiam comperiat; nos praecipue ad instantiam desuper nobis specialiter factam illico per deputatum commissarium motiva et causas ejusmodi faciendae separationis indagari et rectorem praefatae parochiae desuper constitui et singula in scriptis redigi fecimus, cumque praevia desuper nobis facta relatione praedicta motiva et rationes ob excessivam locorum distantiam atque inde emergens animarum periculum omnino verificata fuissent, et consensus praefati rectoris etiam accessisset, praetactum pagum Birckenherd cum locis Blanckenborn et Bellenborn in separatam parochiam erigere, dividere et separare duximus, quemadmodum per praesens documentum auctoritate ordinaria et respective delegata erigimus, dividimus et separamus, salvo per omnia jure patronatus, quod ad serenissimam domum Palatinam, prout in antea, ita et nunc pertinere dignoscitur. In quorum omnium fidem praesentes propria manu subscripsimus et sigilli nostri episcopalis appressione corroboravimus. Bruchsaliae die undecima augusti 1751. Franciscus Christophorus, episcopus Spirensis.

---

382. *Franz Christoph bischof zu Speyer vereiniget mit der domfabrik daselbst neunzehen erledigte pfründen. Bruchsal,* 1754 *febr.* 25.

Nos Franciscus Christophorus, Dei gratia episcopus Spirensis, principalis ecclesiae Weissenburgensis praepositus, sacri Romani imperii princeps etc. Ad perpetuam rei memoriam. Ad exequendum pastoralis officii debitum sollicitis studiis intendentes, ad ea libenter partes nostri officii interponimus, per quae ecclesiae et illarum fabricae in esse conservari aut jam depauperatae et indigentes in primum aut minus meliorem in statum redigi atque earum necessitati indigentiisque consuli queat, jacto jam primum ecclesiastici nostri gubernii lapide miserrimum sane et deplorabilem ecclesiae nostrae statum ejusque fabricae maximam indigentiam et paupertatem diligenti cura, quaque nos praeterea ut fidelem et diligentem sponsum et superiorem decet, sollicitudine ob mentis oculos habuimus, verum tamen, dum opportuno hucusque remedio, quantum etiam nobis cordi fuerit, huic succurrere non valuimus, suadente et urgente sana et naturali ratione viribus omnibus prius, prout nos jamjam fecisse in infinita Dei

misericordia confidimus, allaborandum esse, ut ecclesiae nostrae sponsae status atque conditio melior decensque redderetur. Memoria vero nobis subministraverat in eadem nostra cathedrali diversa beneficia inibi fundata, nunc vero in libris capitularibus sub rubricis — vacantia beneficia — adnotata jam a centum et pluribus annis vacasse, nullosque rectores seu beneficiatos habuisse, quippe quod redditus eorundem plurima ex parte ob notissimas graves temporum injurias bellorumque calamitates deperiere, imo ex quo aliquorum literae fundationis, adhibito licet omni possibili eas perquirendi labore, nusquam amplius reperiri queant, proindeque nec de horum spirituali onere quidquam sciri valeat, atque jam eo tempore, quo nos in eadem ecclesia canonicali praebenda gaudebamus et capitularibus negotiis intereramus, eorundem beneficiorum residui fructus et redditus in diversos alios usus finesque licet alioquin utiles et necessarios impensi conversive fuerint. Idcirco ad succurrendum dictae fabricae eamque sublevandam, quo vix hodie amplius levia ecclesiae quotidie occurrentia onera, ne quidquam dicamus de gravioribus rarius licet sustinendis, supportare par est, de eorundem sic dictorum vacantium beneficiorum unione et incorporatione opportune cogitavimus et sicut declarata nuper hac nostra intentione capitulum ecclesiae nostrae cathedralis nedum eam approbavit et laudavit, sed et nobis humiliter pro complenda hac salutari piaque re supplicavit. Nos examinato denuo mature negotio, habitisque consultationibus pluribus cum viris scientia et pietate vitae probatis, repertoque ulterius opportuno medio, quo oneri spirituali per suffragia missarum in refrigerium animarum pie defunctorum benefactorum seu fundatorum eorundem beneficiorum uberrime satisfieri possit, si nimirum missae a quolibet beneficiato singulis per annum septimanis ob notabilem distributionem quotidianarum seu praesentiarum ex providentia atque bonitate supremi numinis habitam retro augmentationem hucusque generaliter pro ulteriori benedictione coelesti, conservatione et incremento capituli applicatae, in futurum quandocunque specialiter et in bonum animarum jam dictorum fundatorum devote legerentur. Perpendentes denique ex una parte necessitatem gravemque saepius dictae fabricae indigentiam, cui subveniamus, tam ecclesiae utilitas, quam necessitas suadet, ex altera etiam parte probe agnoscentes numerum quadraginta quinque personarum tam illustrium, quam aliarum cul-

tum divinum in choro peragentium non modo sufficientem, sed et, ut par est, decentem sollemnemque esse, ac provide non minus decentiam ecclesiae, quam necessitatem chori exigere, ut per erectionem seu resuscitationem unius aut alterius beneficii, collatis, ut necesse esset, singulorum sic dictorum vacantium beneficiorum residuis omnibus fructibus et reditus numerus beneficiatorum in ecclesia augeatur vel maxime attentis praeprimis circumstantiis, quod temporibus belli hacce in regione et vicina, pro dolor! minime raris pro moderno chori numero competentia vivendi vix aut ne vix unquam remaneat, auctoritate nostra et sedis apostolicae vigore sacri concilii Tridentini nobis delegata ac omni alio meliori modo, quo possumus, sic dicta et in libris capitularibus sic rubricata — vacantia beneficia nominatim: vicariae duae sancti Laurentii, vicariae quatuor seu quartarii nuncupatae, vicaria sancti Michaelis, vicariae duae sanctorum Simonis et Judae, vicaria sanctae Marthae, vicariae duae decem millium martyrum, vicaria sancti Pauli, vicaria sancti Blasii, vicaria sic dicta laudum, vicaria sanctae Magdalenae, vicaria duae sancti Egidii et vicaria in nova capella beatae Mariae virginis, cum omnibus et singulis residuis eorum redditibus, emolumentis, juribus, pertinentiis et obventionibus eidem fabricae ecclesiae nostrae cathedralis, accedente, ut supra, nostri capituli consensu, universis, ex causis praeallegatis et expressis tenore praesentium perpetuo unimus et incorporamus, illorumque fructus, redditus et proventus dictae fabricae ejusdem ecclesiae majoris perpetuo applicamus et appropriamus. Volumus tamen et ordinamus, decanum et capitulum adhortamur, ut pro oneribus et officiis spiritualibus, ipsis beneficiis a nobis ita unitis et incorporatis, annexis a quolibet beneficiato dictae nostrae cathedralis singulis septimanis per annum in solatium spirituale pie defunctorum benefactorum eorumque beneficiorum fundatorum iisdem modo et forma supra latius expressis missa applicetur. In quorum omnium et singulorum fidem majoremque firmitatem duo instrumenta, quorum unum in archivum nostrum et alterum in archivum capituli reponendum, propria manu nostra subscripta sub sigillo nostro episcopali expediri jussimus. Bruchsaliae hac die vigesima quinta mensis februarii, anno millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto. Franciscus Christophorus, epis. Spirensis.

383. *Benedict XIV. pabst gestattet dem bischofe zu Speyer Franz Christoph sich in peinliche verhandlungen einzumischen. Rom,* 1754 *märz* 7.

Benedictus papa decimus quartus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuae in nos et apostolicam sedem merita poscunt, ut conscientiae tuae securitati, quantum cum Deo possumus, benigne consulamus. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecisti, tibi, qui ecclesiae Spirensi praeesse dignosceris, jurisdictio temporalis in tuos ratione ecclesiae hujusmodi subditos et vasallos competat, teque ratione jurisdictionis hujusmodi negotiis et causis criminalibus immiscere oporteat, tu vero id licite et absque ullo censurarum et poenarum ecclesiasticarum incursu facere posse desideres, nos specialiter tibi gratiam facere volentes et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium tantum consequendarum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi ut ad quinquennium proximum tantum ratione jurisdictionis temporalis tibi, ut praefertur, competentis, illiusque occasione duntaxat negotiis et causis criminalibus quibuscunque, quoties opus fuerit, te immiscere ac in eis consilium, mandata et jussiones tam verbo, quam in scriptis dare et debitae executioni demandare seu demandari facere, etiamsi sanguinis effusio membrorumque mutilatio seu etiam mors inde sequatur, libere et licite ac absque ullo conscientiae scrupulo possis ac valeas, dummodo tamen a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die septima martii MDCCLIV. pontificatus nostri anno decimo quarto. — B. cardinalis Passioneus.

384. *Benedict XIV. pabst fordert den bischof Franz Christoph zu Speyer auf, den katholisch gewordenen erbprinzen Friedrich von Hessen-Cassel auf dem reichstage zu schützen. Rom,* 1755 *feb.* 20.

Benedictus papa decimus quartus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi perspecta satis est atque a nobis saepissime commendata pastoralis animi tui virtus et integritas et pro catholica religione studium, vigilantia et zelus singularis, nulla tamen re et occasione luculentius fraternitas tua probare et praestare poterit, quam in hac aspera temporum acerbitate. Tibi enim, venerabilis frater, magis prae caeteris compertum exploratumque est, quibus, postquam dilectus filius, nobilis vir Fridericus, haereditarius princeps Hassiae-Cassel, ejuratis Lutheranis erroribus, sinceram catholicae fidei professionem emiserat, acatholicos omnes protestantes atque inprimis ejus genitorem conatibus pro virili parte hactenus adnixos fuisse, ut pium principem a suscepto colendae orthodoxae fidei consilio et constantia removerent. Porro nos, qui supremum catholicae ecclesiae regimen per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam plane immerentes gerimus ejusque ecclesiae caput et omnium Christi fidelium pater nominamur et sumus, de illius ad amatissimum catholicae fidei sinum conversione edocti, non omisimus ipsum pro paterna apostolica charitate apud quam plurimos ac praesertim apud carissimum in Christo filium nostrum Franciscum, Lotharingiae et Barri ducem, nec non Etruriae sibi subjectae magnum ducem, in Romanorum imperatorem electum, et carissimam in Christo filiam nostram, Mariam Theresiam, Hungariae et Bohemiae reginam illustrem, in imperatricem electam, laudare et commendare, ut laudatum principem potentissimo patrocinio fovere tuerique et quibus possent auxiliis consentaneis et opportunis adjuvare studerent. Nec alia ratione, quam ne ulla quidem in gravissimo hujusmodi negotio pontificiae nostrae sollicitudinis subsidia ac studia desiderari pateremur, dum in Domino eapropter gratulabamur. Interea conceptam inde laetitiam multum decerpsit funestissimus nuntius, qui ad aures nostros accidit, nimirum a quam pluribus protestantium supremarum potestatum ministris Ratisbonae congregatis ipsarumque protestantium potestatum facultate munitis quoddam conclusum editum publicique juris factum fuisse. Illud vero quam absonum, quam orthodoxae religioni injuriosum, perniciosum sit, fraternitas

tua satis intelligit. Proinde te, venerabilis frater, in cujus potenti religiosaque auctoritate omnem fiduciam nostram collocamus, majorem in modum hortamur et vehementer rogamus, ut quacunque potes ope, consilio, sedulitate ac dexteritate, satagas et adnitaris una cum aliis invicem venerabilibus fratribus, antistitibus ac dilectis filiis, nobilibus viris orthodoxae fidei cultoribus, te tanquam murum opponere pro domo Dei atque eam viam rationemque inire ac momenta adhibere ac fidei nostrae induere arma, quibus utilibus, aptis, idoneis et consentaneis judicaveris, obviam ire iniquis injustisque cogitatibus per acatholicos in ipso concluso intentis, ac potissimum avertere et prohibere, ne cogitatus actusque antedicti vel in dieta confirmentur, vel aliquo decreto sive rescripto dietali fulciantur. Dignas igitur catholica religione pastoralique zelo tuo partes te, venerabilis frater, procul dubio amplius pro votis precibusque nostris exsoluturum non dubitamus, ac dum ingentem sollicitudinis nostrae molestiam hac spe consolamur, fraternitati tuae coelestis praesidii auspicem et studiosae voluntatis pignus apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die vigesima februarii MDCCLV., pontificatus nostri anno decimo quinto. — Cajetanus Amatus. — Venerabili fratri Francisco Christophoro, episcopo Spirensi.

---

385. *Benedict XIV. pabst dankt dem bischofe zu Speyer Franz Christoph für dessen glückwünsche auf das weihnachtsfest. Rom,* 1757 *jan.* 14.

Benedictus papa decimus quartus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. In hac aspera perturbataque in Germania praesertim temporum rerumque conditione, quae pontificium animum nostrum de totius dominici gregis periculis assidue trepidantem vehementer sollicitat et angit, nihil nobis opportunius, nihil optatius accidere potest, quam omnium Christi fidelium ac potissimum fraternitatis tuae preces, tum pro nostra imbecillitate, tum pro catholicae ecclesiae necessitatibus misericordiarum patri oblatae atque porrectae. Satis proinde intelligis, venerabilis frater, quam jucunde grateque nobis obvenerint literae tuae recurrentibus dominicae nativitatis gaudiis ad nos datae, quae, sicut observantiam in nos tuam mirifice repraesentarunt, ita tuum eximium pro vera religione studium ac zelum magis magisque

comprobarunt. Eapropter dum tibi vicissim, venerabilis frater, diuturnam incolumitatem et prospera cuncta non solum ad amplissimae ecclesiae tibi creditae, verum totius Germaniae bonum ab omnipotenti Deo precamur, apostolicam benedictionem fraternitati tuae peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die decima quarta januarii MDCCLVII., pontificatus nostri anno decimo septimo. Cajetanus Amatus.

---

386. *Franz Christoph bischof zu Speyer trennt Niederkirchen von der pfarrei Deidesheim. Bruchsal*, 1757 *april* 25.

Nos Franciscus Christophorus, Dei gratia episcopus Spirensis, principalis ecclesiae Weissenburgensis praepositus, sacri Romani imperii princeps etc. Omnibus et singulis, quorum interest, salutem in Domino sempiternam. Ad augendum divini honoris cultum et promovendam concrediti nobis gregis curam sollicite intenti, eo quam maxime vigilias usque huc nostras direximus, quatenus opportuno tempore et locis singulis quibusvis dioeceseos nostrae communitatibus de speciali proprio et vigilanti pastore provideretur. Ad quem sane nobilissimum finem consequendum non una vice singularem plane et concordem finitimorum etiamnum principum pietatem et assistentiam pro maximo animi nostri solatio experti et complexi sumus: quapropter cum principatus nostri pagus Niederdeidesheim aut, uti vocant, Niederkirchen jamdudum per odiosam et novissimis etiam pontificiis constitutionibus proscriptam binationem a parocho civitatis nostrae Deidesheimensis propter aliam adhuc filialem in sacris deserviri deberet, incunctanter post insecutam antiqui rectoris mortem de praevio interessentium et praeprimis capituli nostri cathedralis, qua patroni et condecimatoris consensu, interimisticum parochiae administratorem in persona clerici ad hoc nobis specialiter ab eodem capitulo nostro cathedrali commendati constituimus, eumque dehinc per exactam motivorum separationis disquisitionem de utilitate et necessitate ejusdem affatim constaret, neque quidquam in contrarium ab auditis desuper partibus opponi posset, unica tandem extitit difficultas, ratione noviter exaedificandae pastoralis curiae, cujus area quasi deserta hodiernum adhuc in diem existens, indubium insuper antiquioris et propriae parochiae testimonium facit, adeo, ut vix non plenam sibi fidem vindicent dioeceseos

nostrae antiqui visitationum libri, qui restaurandarum aedium quaest. incumbentium praememorato capitulo nostro cathedrali ob sedem parochiae in praetactam civitatem nostram Deidesheim antiquitus, ut ajunt, translatam adscribunt, ubi indisputabiliter idem parochialem curiam absque ullo eorundem totius utriusque loci districtus condecimatorum concursu privative curare habet. Quemadmodum autem saepe fatum capitulum nostrum cathedrale obligationem ejusmodi penitus usque huc detrectavit, varie tandem et scriptim, longo admodum tempore cum reliquis condecimatoribus nimirum fisco principalis camerae nostrae et capitulo collegiatae ad sanctum Guidonem Spirae, super concurrentia ad aedificium quaest. disceptatum est, ita, ut interea communitas, salvo adversus partem succumbentem regressu, pro restituto parochiae administratore locarium erogare cogeretur. Nos igitur bene perpensis singulis cujuslibet partium fundamentis, praememoratam ecclesiam filialem in Niederkirch in veram et propriam parochialem, ordinaria, qua in hac parte pollemus, authoritate erigimus et per praesentes a parochia Deidesheimensi separamus, fructus et redditus quoscunque de speciali mandato nostro jam tum separatos cuilibet noviter assignando et incorporando, deinde saepe fatum capitulum nostrum cathedrale, quod notanter occasione prohibitae disquisitionis ex donatione quadam Conradi p. m. quondam praedecessoris nostri exclusive et privative universas in locis decimas praetendit provisorie ad reaedificandam noviter parochialem curiam, salvo eidem per omnia jure patronatus, atque insuper ad indemnisationem communitati ratione hucusque praestiti locarii congrue praestandam condemnamus et ratione privative praetensarum decimarum ad separatum remittimus, quemadmodum rejecta quacumvis appellatione separamus, condemnamus et remittimus, omnia prout de jure. Bruchsaliae, 25. aprilis 1757. Franciscus Christophorus, episcopus Spirensis.

---

387. *Benedict XIV. pabst dankt dem bischofe Franz Christoph zu Speyer auf dessen glückwünsche zur wiedergenesung. Rom,* 1757 *febr.* 10.

Benedictus papa decimus quartus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Misericordiae Domini. quia non sumus consumti, quia non defecerunt miserationes ejus in gravissima diuturnaque infirmitate nostra, ex qua per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam non meritorum nos-

trorum, quae nulla sunt, intuitu, sed assiduis ferventioribusque obsecrationum ac precum apud supremum vitae et mortis Dominum pro nobis a Christi fidelibus oblatarum suffragiis sensim convalescere et confirmari coepimus. Etsi autem in hac molestissima conditione nobis perjucunda obveniunt praeclara a caeteris ad nos perlata officia, illa tamen, venerabilis frater, persuasum esse cupimus accidere gratiora, quae a venerabilibus fratribus ecclesiarum antistitibus, ac praesertim a fraternitate tua in humanissimis literis consignata sunt. Quemadmodum vero maximopere laetamur fraternitatem tuam pro singulari erga nos pietate et observantia sine intermissione misericordiarum patrem et totius consolationis Deum tam tuis privatis, quam aliorum etiam istius amplissimae dioecesis tuae Christi fidelium precibus ac sacris exorare pro nostra incolumitate non omittere, ita nostram studiosam obstrictamque ad tibi, venerabilis frater, opportune gratificandum voluntatem magis magisque profitemur. Interim coelestis praesidii auspicem et grati devinctique animi nostri pignus apostolicam benedictionem uberrima cum divinorum charismatum copia conjunctam, quam nostro etiam nomine Christi fidelibus tuae pastorali curae creditis impertiaris, fraternitati tuae peramanter elargimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die decima februarii MDCCLVII., pontificatus nostri anno decimo septimo. Cajetanus Amatus.

---

388. *Franz Christoph bischof zu Speyer beruft die jesuiten nach Bruchsal. Bruchsal,* 1757 *juli* 30.

Nos Franciscus Christophorus, Dei gratia episcopus Spirensis, principalis ecclesiae Weissenburgensis praepositus, sacri Romani imperii princeps etc. Prima die, qua divina dispositione humeris nostris impositum est regimen episcopalis muneris, omnes vires, curam et sollicitudinem pro bono, commodo, salute et utilitate dioecesanorum et subditorum dioecesis nostrae Spirensis omni possibili modo impendimus. Considerantes, quanta nobis incumbat necessitas, ut religio vera romana-catholica, virtutes christianae, pietas morumque puritas, Dei sanctorumque cultus in dioecesi nostra non solum conservetur, in dies augeatur, sed perpetua successione firmiter stabiliatur, assiduoque animo volventes, quo meliori modo subditi et dioecesani nostri principaliter ad finem, ad quem creati sunt, dirigi, excoli, juventusque dioecesis nostrae,

cujus pars non minima docente experientia praeclaris a Deo talentis donata, a teneris annis, antequam vitiorum habitu corrumpatur, recte institui et in liberalibus disciplinis, pietate bonisque moribus informari posset, deliberatione habita cum capitulo ecclesiae nostrae cathedralis Spirensis, religiosos ordinis clericorum regularium societatis Jesu provinciae Rhenanae superioris, qui operam indefessam, diligentiam et experientiam suam in erudienda adolescentium aetate, ut in omnibus mundi partibus, ita etiam variis in locis dioecesis nostrae comprobarunt, ad residentiam nostram repetitis instantissimis precibus magistratus et totius civitatis Bruchsaliensis, ut ejus juventus sat numerosa domi et sub oculis parentum id addiscere possit, quod hucusque ex defectu mediorum vel omittere vel magnis sumptibus apud exteros discere debuit, vocavimus cum intentione gymnasium consistens in superiore duobus patribus, rhetoricam, poeticam et syntaxin docentibus, et magistro pro infima et secunda, fratreque laico pro domestica cura, fundandi, prout per praesentes perpetuo et irrevocabiliter fundamus et pro sustentatione uniuscujusque supradictarum personarum ducentos florenos Rhenanos singulis annis assignamus, primo ex censibus et proventibus quindecim millium florenorum Rhenanorum, quos magistratus et civitas supradicta Bruchsaliensis ad hanc fundationem obtulit; secundo ex censibus quindecim millium florenorum ex cassa sic dicta incerta, ab antecessore nostro in utilitatem dioecesis erecta, specialiter autem (uti ex ipsius ore, dum adhuc in vivis esset, habemus) animo ex ea fundandi publicas scholas, reservata sibi successoribusque dispositione; tertio ex donationibus ab anno 1752 ad hanc fundationem factis, quae omnia in numero primo, secundo et tertio ascendunt ad summam capitalem triginta octo millium florenorum mutuo datam in territorio nostro ad literas obligatoricas et hypothecas; quarto ex redditibus et censibus beneficiorum sanctae crucis, Margarethae et Michaelis, ab antecessoribus nostris jamdudum pro scholis et instructoribus juventutis assignatorum et applicatorum, quos per praesentes huic fundationi pro perpetuis temporibus omni meliori modo et forma incorporamus. Sunt autem census et bona dictorum beneficiorum sequentia: primo capitale ducentorum triginta florenorum; secundo annuus census quatuor florenorum, quatuordecim crucigerorum et unius hallensis; tertio annuus census faris trium maldrorum, quatuor simmrorum, duorum

immelorum et duorum messelorum et dimidium; quarto annuus census speltae octo simmrorum, secundorum immelorum et unius et quartalis messeli; quinto annuus census avenae ejusdem quantitatis; sexto annuus census trium omarum vini; septimo viginti septem jugera et quartale agrorum et octavo quinque jugera pratorum. Mandantes autem, ut detracta summa a nobis determinata pro sustentatione supranominatorum religiosorum, reliquum pro fundo a nobis determinando et aedificatione ecclesiae et habitationis conservetur in loco a nobis assignando et suo tempore impendatur, reservata nobis successoribusque nostris facultate in hunc finem desuper disponendi et ordinandi numerumque patrum pro temporum et rerum circumstantiis et exigentia augmentandi, ab ipsa vero societate patreque provinciali provinciae superioris Rheni ac generali totius ordinis requirentes et volentes reservales, quod nos nostrosque successores ac pro parte civitatem Bruchsaliensem pro fundatoribus agnoscere, pias ad Deum preces et sanctissima sacrificia pro nobis, successoribus et universa patria perpetuo offerre, subditosque nostros sincero semper amore prosequi, ordinationibus nostris nostrorumque successorum, in quantum pro dioecesis ac boni publici utilitate et regimine prospicuum visum fuerit, se accommodare et subjicere, infimam, secundam, syntaxim, poeticam et rhetoricam docere, religiosos zelo, pietate, doctrina conspicuos et pro usu hodierno receptae docendi methodi peritos huc mittere, ab omnibus functionibus parochialibus abstinere, nullo praetextu aut titulo bona immobilia sine nostro nostrorumque successorum consensu sub poena nullitatis acquirere, obtento autem consensu onera realia ordinaria et extraordinaria de illis praestare ac numerum religiosorum absque expressa nostra licentia augmentare velint, confidentes in Domino, quod societas Jesu nulli labori parcet, quo nostra sincera intentio, quae solam Dei gloriam ac subditorum nostrorum salutem spectat, impleatur. Ut autem haec nostra fundatio fixa, firma et inconcussa semper permaneat, nec ullis temporibus quomodolibet infringatur aut violetur, praesens fundationis instrumentum manu propria subscripsimus et sigillo episcopali nostro communiri jussimus, factaque prius communicatione cum capitulo ecclesiae nostrae cathedralis Spirensis, ab ipso quoque subscriptum et sigillo majori capitulari roboratum fuit. Acta haec sunt die trigesima mensis julii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi sep-

timi. Bruchsaliae in residentia nostra episcopali ad sanctum Damianum. Franciscus Christophorus, episcopus Spirensis. (L. S.) Ex mandato reverendissimi et illustrissimi capituli. J. F. Bauer, celsissimi Spirensis consiliarius aulicus, reverendissimi capituli syndicus et secretarius. (L. S.)

---

389. *Benedict XIV. pabst dankt dem bischofe zu Speyer Franz Christoph für dessen glückwünsche zum weihnachtsfeste. Rom,* 1758 *jan.* 12.

Benedictus papa decimus quartus. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Quae adventantibus natalitiis redemptoris nostri gaudiis fraternitas tua pro nostra valetudine tot apostolicis in hac aspera temporum conditione curis et morbis affecta renovare studet, vota et obsecrationum suffragia praeclaram nostram de pastoralis animi tui zelo opinionem rebus ipsis probatam amplius confirmant, cum ad majorem sanctae ecclesiae felicitatem, precum etiam tuarum subsidium conferre non praetermittas. Itaque pontificiis gratisque sensibus excepimus humanissima observantiae tuae officia, nec non meritis laudibus prosequimur dignam sacerdotali ordine tuo et amplissimo ministerio studiosae voluntatis alacritatem. Coelestium interea datorem munerum supplices poscimus, ut te, venerabilis frater, diuturne servet incolumem et per longam annorum seriem tribuat fraternitati tuae iisdem natalitiis gaudiis perfrui, dum nos apostolicam benedictionem grati obstrictique pontificii animi nostri testem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die XII. januarii MDCCLVIII., pontificatus nostri anno decimo octavo. Cajetanus Amatus.

---

390. *Clemens XIII. pabst dankt dem bischofe zu Speyer Franz Christoph für dessen glückwünsche. Rom,* 1758 *sept.* 11.

Clemens papa decimus tertius. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Quo magis, venerabilis frater, praesentium rerum ac temporum in Germania potissimum calamitates consideramus, eo magis renovatur dolor, quem ex summo pontificatu nobis plane immerentibus collato maximum suscepimus. Propterea ipsa gratulationis officia, quae laetandi materiem nobis praebere deberent, uberiorem potius

luctus tristitiaeque segetem suppeditare videntur. Verum acceptis humanissimis fraternitatis tuae literis, quas nobis reddidit dilectus filius Antonius de Augustinis, negotiorum tuorum gestor pontificiaeque caritati nostrae inprimis gratus, non una fuit causa, cur laetaremur. Nam suavissimam praeteriti temporis memoriam nobis in mentem revocarunt, cum te, in hac alma urbe nostra praeclaram assiduamque ecclesiasticis disciplinis operam dantem, cognoscere atque adeo tuas insignes virtutes nobis admirari datum fuit. Praeterea vota et preces, quos pro felici nostrae apostolicae servitutis successu fundere polliceris, animum nostrum mirifice exhilararunt, quippe qui satis nostrae infirmitatis conscii, quantumque illa distet ab egregiis tuis judiciis, sola spe divini auxilii et obsecrationum suffragiis sustentamur. Caeterum tibi, venerabilis frater, memorem pro tuis pristinis in nos studiis et gratum pro officiis recentibus animum nostrum profitentes, fraternitati tuae persuasum esse cupimus, eandem rationem fore nos habituros pro meritis, dotibus ac obsequiis tuis huic sacrae sedi exhibitis, quam habuit felicis recordationis Benedictus XIV. praedecessor noster, in cujus locum, virtutibus longe imparibus, successimus et apostolicam benedictionem in universum populum curae tuae creditum redundaturam fraternitati tuae peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die undecima septembris MDCCLVIII., pontificatus nostri anno primo. Cajetanus Amatus.

---

391. *Clemens XIII. pabst dankt dem bischofe Franz Christoph zu Speyer für dessen glückwünsche zum weihnachtsfeste. Rom,* 1759 *jan.* 12.

Clemens papa decimus tertius. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Cuncta quae a te proficiscuntur officia, egregias animi tui dotes praeferunt, nec ad nos sine peculiari pontificiae caritatis gaudio pervenire possunt. Vota igitur a fraternitate tua pro nostra incolumitate per sacros nascentis Domini nostri dies concepta ita excepimus, ut simul nova singularis humanitatis tuae et insignis erga nos observantiae testimonia complecteremur ac de tua in nos studiosissima voluntate multas haberemus consolationis causas, argumenta laetitiae. Persuasum igitur fraternitati tuae esse cupimus, nos pastorales virtutes tuas plurimi facere magnoque in honore habere. Interim fausta tibi omnia ap-

precantes, grati animi nostri testem apostolicam benedictionem fraternitati tuae peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die XII. januarii MDCCLIX., pontificatus nostri anno primo. Cajetanus Amatus.

---

392. *Clemens XIII. pabst antwortet dem cardinal-bischofe Franz Christoph zu Speyer auf dessen dankschreiben wegen des purpurs. Rom.* 1762 *jan.* 2.

Clemens papa decimus tertius. Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Grati animi significationes ob sacrae purpurae decus, nuperrime tibi collatum, praeclaram, quam de eximiis tuis virtutibus gerebamus, opinionem amplius confirmarunt. Ea enim est egregiae probitatis conditio, ut nimirum demereri magis, quam sublimes honores assequi studeat. Tibi ergo amplissimi loci et ordinis dignitatem eo maxime gratulamur, quod uberiori cum fructu in ista potissimum Germanica ecclesia, quam haeretici undique circumstant et opprimere student, impendere possis, ad catholicae religionis sacraeque disciplinae incrementum atque hujus sanctae sedis ministerium et obsequium, insignes dotes, authoritatem et reliqua ornamenta, quibus te divina clementia hactenus cumulavit, hos enim fructus certo nobis pollicetur dignitas et prudentia tua plane digna, cui ex caesareae majestatis commendatione testimonium accesserit ad claritatem, gaudentes demum, quod simul satisfecerimus officio nostri apostolatus sanctaeque Romanae ecclesiae rationibus, meritisque tuis studiosae voluntatis testem, tibi, dilecte fili noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris, die II. januarii MDCCLXII., pontificatus nostri anno quarto. Thomas Emaldus. Dilecto filio nostro Francisco S. R. E. presbytero cardinali de Hutten, episcopo Spirensi.

---

393. *Alexander von Sickingen domprobst zu Speyer erbaut und begabt die St. Lucien capelle beim dome. Trier,* 1768 *jan.* 13.

In nomine sanctissimae et individuae Trinitatis. Nos Alexander Joannes Henricus, sacri Romani imperii liber baro de et in Sickingen, ecclesiae cathedralis Spirensis praepositus et archidiaconus, ecclesiae metropolitanae Trevirensis custos, notum facimus per praesentes et publice profitemur, qualiter

ab initio statim post adeptam divina favente gratia dignitatem praeposituraе cathedralis ecclesiae Spirensis animum serio illuc intendimus, ut sacellum ad sanctam Luciam, ibidem in horto curiae nostrae situm, sed per fatale civitatis Spirensis incendium aliasque temporum injurias profanatum, dirutum ac primaeva sua fundatione et redditibus penitus orbatum, cultui divino restituatur insuperque necessaria quadam dote eidem noviter prospiciatur. Memores itaque saluberrimi illius moniti salvatoris nostri, Luc. XII. 33: Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in coelis, quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit, propriis nostris sumptibus dictum sacellum sanctae Luciae in structura sua, tam exteriore, quam interiore reparari curavimus, ita ut nunc sacrum missae officium in eodem debita cum reverentia ac devotione commode celebrari queat, neque deerimus, quamdiu Deus ter optimus maximus vitam nobis benignissime concedet, de paramentis, candelis, vino aliisque ad rem divinam rite peragendam necessariis ac requisitis sufficienter adeo prospicere, ne opus sit curam praematurius gerere de novis paramentis acquirendis, excluso tamen casu plane extraordinario ac improviso, quem Deus clementer avertat. Destinavimus insuper summam bis centum florenorum Rhenensium pro nova dote et fundo hujus sacelli, quam summam elocavimus erga annuam pensionem quatuor pro centum computandam, secundum tenorem in instrumento originali praesentibus nostris literis fundationis annexo latius expressum, eminentissimum cardinalem episcopum et principem Spirensem humillime implorantes, ut quemadmodum sua eminentia praefatam summam bis centum florenorum pro dote sufficientem reputare non dedignabitur, considerata praesertim notabili illa circumstantia, quod nos ad dies vitae de omnibus necessariis paramentis aliisque ad cultum divinum requisitis sedule procurandis obstricti esse velimus ac debeamus, ita etiam permissionem consecrandi hoc sacellum et in eo publice celebrandi subinde per hebdomadam, praesertim vero diebus dominicis ac festivis sacrum missae officium, non tantum gratiosissime annuendo concedere, sed et summa sua authoritate ordinaria piam hanc intentionem suffulcire, praesentesque fundationis nostrae literas pro majori securitate in archivo reverendissimi capituli cathedralis Spirensis cum gratioso illius permissu deponendas ibidemque asservandas ad perpetuam earundum validitatem ac majus

robur clementissime confirmare velit. In cujus rei fidem hasce manu propria subscripsimus sigilloque nostro gentilitio communivimus. Augustae Trevirorum die decima tertia mensis januarii, anno millesimo septingentesimo sexagesimo octavo. (L. S.) Alexander Joannes Henricus, liber baro de et in Sickingen.

---

394. *August bischof zu Speyer erstattet bericht an den pabst über seine diöcese. Bruchsal,* 1773 *aug.* 3.

Sanctitati vestrae ex instrumentis ante aliquot annos a me Romam transmissis indubie adhuc mihi compertum erit, quod post mortem eminentissimi domini cardinalis de Hutten, piissimae recordationis praedecessoris mei, unanimi capitularium suffragio electus fuerim episcopus Spirensis, die 29. mensis maji anno 1770 ac 16. septembris ejusdem anni, postquam clementissima sanctae sedis confirmatio dictae electioni accessit, consecratus ab episcopo S. R. E. principe Hildesiensi, assistentibus duobus episcopis suffraganeis Wormatiensi et Spirensi. Ratio officii et debita erga sanctam sedem reverentia sane postulasset, statim in primo consecrationis anno sanctitati vestrae referre in scriptis super statu episcopatus mihi commissi, quod etiam promptissime praestitissem, nisi necessitas exegisset ante omnia cogitare de bono ecclesiae cathedralis mihi desponsatae, ac dein per memet ipsum prius exactam capere informationem super reliquo episcopatus mei statu, antequam alio desuper referre potuerim. Prima dein muneris episcopalis mei cura erat, serio meditari reaedificationem ecclesiae meae cathedralis, quae jam ab annis octoginta quatuor, nempe anno 1689 fatali incendio bellico, ex quo civitas Spirensis cum caeteris regionibus vicinis lugubrem faciem induit, in cineres redacta ac vix non penitus solo aequata jacuit, quam praeter omnium exspectationem, eo quod nemo antecessorum meorum vastuosum hoc onus restructionis in se suscipere ausus fuerit, expensis sumptuosissimis anno priori incepi ac Deo adjuvante intra spatium aliquot annorum perficere seu consummare firmiter statui. Secunda pastoralis officii sollicitudo eo tendebat, ut ante omnia ecclesias mihi concreditas, tam collegiatas, quam parochiales visitarem, specialiter autem vitam, capacitatem ac indolem parochorum, utpote meorum in sollicitudine parochiali adjutorum, eaque finita pro rei exigentia tam monitis paternis, quam congruis ordinationibus clerum praesertim cu-

ratum debite ordinarem sicque sanctae sedi perfectam dare possem super statu interiori et vero dioeceseos meae informationem. Capta nunc plena informatione, omnibusque tam pro augmento religionis, quam bono cleri in ordinem bene dispositis, editis hunc in finem literis pastoralibus copialiter hic adjunctis, nec non instructione pro patribus missionariis erecta quoque hic apposita, sanctitatem vestram nunc plene instructus accedo ac statim episcopatus mei in scriptis articulatim et exacte erectum una cum mox dictis ordinationibus per agentem meum in curia Romana, Antonium d'Augustinis, consiliarium meum ecclesiasticum intimum, ad hoc specialiter constitutum, manibus sacratissimis hisce offero, simulque ut eandem super toto dioecesis meae complexu plenissime informem, catalogum animarum meae curae concreditarum hic appono, tremula certe manu, animo maturiori volvens, quanta requiratur prudentia, vigilantia, animi fortitudo ac discretio tantam populi copiam ad scopum salutis bene regendi, quamque grave sit super his omnibus supremo judici tandem respondere. Hinc est, quod sanctitatem vestram enixissime rogem, quatenus paternis suis consiliis et auxiliis mihi assistere et cum laborando ecclesiae meae particulari, simul etiam bono ecclesiae universalis allaborem, manum suam, sin opus praeponderet, fortiter supponere, praesertim vero, ut in tantis laboribus viros egregios, in dandis consiliis maturos ac in promovenda fide orthodoxa indefessos, semper ad latus habeam, canonicatus et praebendas in dioecesi mea in mensibus reservatis vacantes nonnisi talibus, quos bene eruditos, ecclesiae maxime proficuos, ad tractandas dijudicandasque in vicariatu meo causas ecclesiasticas idoneos et expertos, nec non probatae virtutis fide mea episcopali recommendavero, clementissime conferre dignetur. Quod attinet clerum regularem in meo episcopatu subsistentem, non paucos eosque graves tempore regiminis mei animadverti excessus, quos usque huc ad conservandam ejusdem in publico existimationem summa cum discretione pertractavi, vel paterne monendo, vel communicando cum eorum patribus, provincialibus, iisque inquisitionem ulteriorem committendo, sperans me scopum intentum mediis ejusmodi lenioribus assecuturum. Referam autem sanctitati vestrae super hoc suo tempore peculiarius, aperiendo sensa mea ac media proponendo, quibus disciplina regularis multum collapsa et vix amplius primaevae institutioni similis, pro honore

ecclesiae, augmento religionis, uti et bono ipsomet monasteriorum absque strepitu aut ulla diminutione existimationis dicti cleri ad primaevum statum restitui possit. Caeterum pro feliciore incremento laborum meorum paternam benedictionem filialiter mihi exorans, inviolabili erga sacratissimam sanctitatis vestrae personam devotione perenno.

Lex et consuetudo relationum de statu ecclesiarum particularium summae sedi singulis quinquenniis aut primo inde ab obtenta consecratione anno exhibendarum formam ita determinavit, ut primo status ecclesiae materialis, deinde formalis sit exponendus; eidem proinde normae convenienter his secuturis repraesentatur status episcopatus Spirensis.

I. Status materialis ecclesiae Spirensis. — 1. Origo episcopatus Spirensis. — Origo hujus episcopatus ad remotissima a pluribus historicis rejicitur tempora, temporibus Childerici Franciae regis episcopo secundo civitatem fuisse donatam, profitentur quidam annales et eruditi de Jessio quodam, Nemetum jam saeculo quarto episcopo, varia referunt laude digna; verum haec obscura, minus probata nostraeque expositionis scopo parum sunt congrua. Ex probatioribus documentis constat, quod Conradus II., Henricus III. et Henricus IV. imperatores eundem episcopatum instaurarint variisque adjectis ditionibus et bonis locupletarint. 2. Situs et confinia. Tractui Rheni superioris ultro citroque adjacet hic episcopatus. Confines sibi habet Wormatiensem, Metensem, Argentinensem, Herbipolensem, Constantiensem et Augustanum; territoria, per quae se diffundit, sunt proprium Spirense, Palatinum, ducatus Bipontinus, Wurtenbergensis, marchionatus Badensis, variique adhuc comitatus et dinastiae minores, per quae se vel omnino diffundit, aut in quae saltim ex parte aliqua se porrigit, quorum, excepto tamen territorio Spirensi, incolae vel omnes vel sat multi modernorum Germaniae protestantium placita sequuntur. — 3. Privilegia et praerogativae episcopatus Spirensis. — Cum caeteris Germaniae episcopis haec habet communia episcopus Spirensis, ut jura territorialia per tractum terrarum ad se tanquam provasallum nomine feudi imperii pertinentium exerceat, in negotia tum circularia ad Rhenum superiorem, tum comitialia Ratisbonae tractanda influat et quidem eatenus propter unionem principalis praepositurae Weissenburgensis cum sua ecclesia perpetuam duplici suffragii jure (quod quidem in Germania tam frequens haud est) gaudeat. Inter reliquos episcopatus, qui sedem Moguntinam

tanquam metropolim suspiciunt, ecclesia Spirensis dignitate priorem habet nullam praeter Herbipolensem et Wormatiensem. — 4. **Numerus civitatum, oppidorum et pagorum ejusdem episcopatus.** — Sedes episcopalis est civitas Spirensis vetustissimis Germaniae urbibus coaeva, atque jam a caesare Cornelio Strabone Nemeti nomine celebrata, quanquam multis gravibusque de causis, annuente summa sede, per eminentissimum cardinalem de Schoenborn contigerit, ut episcopus Spirensis per majorem anni partem Bruchsaliae, ubi propterea conveniens etiam condidit ille palatium, commoretur. Plerique cives, uti et totus magistratus Spirensis, modernorum protestantium erroribus sunt dediti, rebusque ac studiis catholicorum maxime infesti, et cum magistratus ille jurisdictionem saecularem per civitatem fundosque illi proximos ac insuper jura liberae civitatis imperii exerceat, ei vix unquam deest occasio sua minus amica erga rem catholicam cogitata opere ipso comprobandi. Reliquae civitates, oppida et pagi, per quos jurisdictio ecclesiastica episcopi Spirensis se explicare posset, sunt plures ac quingenti; at cum ducatus Wurtembergicus ex omni, Bipontinus ex maxima, marchionatus Badensis ex media propemodum parte, a protestantibus, in Palatinatu vero quaecunque urbs aut pagus, tum a catholicis, tum a protestantibus sit inhabitatus, eadem jurisdictio secundum normam pacis Westphalicae admodum est suspensa et vix per ducenta loca in omnes incolas exerceri potest. — 5. **Status ecclesiae cathedralis.** — Ecclesia cathedralis a Conrado II. et Henrico III. imperatoribus e fundamentis erecta et ab Henrico IV. sculptili opere variisque ornamentis adeo fuit completa, ut, teste authore vitae ejusdem imperatoris, hoc opus super omnia regum antiquorum opera laude et admiratione dignum sit ac vix credi possit, qualem etiam ornatum ex auro, argento, lapidibus praetiosis et sericis vestibus illi ecclesiae contulerit, nisi cui contigit et videre. Interea circa finem prioris saeculi haec ecclesia subiit fata non satis deploranda, dum anno 1689 flammis bellicis vix non solo aequata praeter chorum et valde exiguam partem navis nihil retinuit, ac insuper augustis octo imperatorum mausoleis violatis expilata, diruta et fere penitus eversa est. Sub regimine antecessoris mei emin. cardinalis de Hutten eatenus ex legatis Schoenbornianis, nempe Francisci Georgii, electoris Trev, et Damiani Hugonis S. R. E. cardinalis ac episcopi et principis Spirensis tempore, quo eram decanus, non abs-

que maximis sumtibus, in circa ad 60—70 millia florenorum ac summo labore et periculo fuit reparata, ut pars illa, cui flammae bellicae pepercerunt, hucusque satis decenter cultui divino potuerit inservire; reliqua pars navis, quae per tres et octoginta annos diruta jacuit, me authore inde jam ab anno e suis ruinis exsurgere coepit, impensas licet praegranti huic operi minime suffecturas, tamen caeteroquin satis amplas, legarunt gemini mei avunculi de Schoenborn, emin. alter S. R. E. cardinalis et episcopus Spirensis, alter Trevirorum archiepiscopus et elector, reliquas annuente coelo supperaddet mea manus, et si mensuram meae fiduciae impleverit Dei benedictio intra annos quatuor vel quinque rem totam conficiet. In eadem ecclesia visenda est B. M. V. statua multum apud vicinos ex eo celebrata, quod divum Bernardum, qui anno 1147 Spirenses invisit et beatissimam quotidie per illam antiphonam: Salve regina, salutavit, per verba reciproca: Salve Bernarde! teste fama salutaverit et quod specialiter hic addendum, inter flammas totam basilicam devastantes haec imago intacta et incombusta permansit. — 6. **Personarum cathedralis ecclesiae numerus.** — Canonici ecclesiae cathedralis sunt octo et viginti, omnes probata nobilitate antiqua illustres, neque prius, quam hanc docuerint, admissi, neque deinceps secundum statuta omnibus Germaniae ecclesiis cathedralibus communia admittendi. Quindecim eorum sunt capitulures, reliqui domicellares, qui uti jure percipiendi fructus sunt destituti, ita nec ad residendum sunt obligati; inter illos praepositus et decanus jure dignitatum, scholasticus autem, cantor et custos personatuum jure eminent. Praeter hos canonicos adhuc octo et viginti eadem ecclesia numerat praebendatos et vicarios, horum numerum augent quatuor adhuc praebendati laici, qui eandem quotidie ecclesiam frequentant, horarum canonicarum loco ad persolvendas preces alias sibi suoque statui convenientes obligati. Secundum leges fundationis originariae numerus personarum officium divinum in hac ecclesia peragentium ascenderet ad centum et quatuor, ast injuriae temporum Spirae nonnisi memoriam largissimam ejusmodi fundationum, earum vero bona in manibus vicinorum principum et magnatum reliquere. — 7. **Officium divinum in cathedrali sequentibus absolvitur.** — 1. Singulis diebus totum officium cum summo sacro decantatur; 2. ab hora quinta matutina ad undecimam usque, quovis horae medio, sacrificia missae celebrantur; 3. diebus dominicis et

festivis bis populo catholico, tum Spirae commoranti, tum ex vicinioribus pagis accedenti, verbum Dei praedicatur. 4. Singulis diebus dominicis rudimenta fidei publice exponuntur juventuti. 5. Circa tempus vespertinum omni die decantatur antiphona Salve regina, et huic divini numinis ejusque sanctissimae matris cultui semper interest juventus studiosa, singulari lege ad id officii genus obstricta. 6. Denique in cathedrali hac etiam administrantur functiones parochiales paucioribus illis catholicis, qui intra limites ejusdem parochiae subsistunt, et propterea ibidem etiam baptisterium ad usus sacros est constitutum et inter vicarios unus munia curati sibi habet demandata. — **8. Status ecclesiarum collegiatarum in civitate Spirensi.** — Harum tres Spira numerat. Primaria ss. Germano et Mauritio sacra tristem suam, quam incendia Gallica illi dedere, adhuc exhibet faciem; chorus ecclesiae et turris stat adhuc erecta, navis autem nihil ostendat quam rudera. Canonicatus sive praebendas numerat decem ac insuper praeposituram. Altera, ss. Joanni evangelistae et Guidoni inscripta, nuper a suis ruderibus surrexit, decem pariter canonicatus ac praeposituram eidem destinavit antiquitas. Tertia, ss. Trinitati et omnibus sanctis dedicata, sordidam faciem, quam inde ab incendio Gallico contraxit, pariter mutavit cum nova; octo habet praebendas et praeposituram. Quaelibet harum trium collegiatarum gaudet jure parochiali intra certos civitatis limites olim valde dubios, nunc autem interventu cognitionis judicialis sat fixos et determinatos. — **9. Status collegiatarum extra civitatem Spirensem.** — Una et praecipua collegiata sita est in civitate Weissenburgensi sanctis Petro et Paulo apostolis et protomartyri Stephano sacra et ex jure suffragandi, quod inter reliquos imperii principes in comitiis ejusdem praepositus habet, sat celebrata. Canonicos cum custode et decano habet decem, insuper tres vicarios et ejus praepositura inde ab anno 1546 auctoritate summae sedis cum cathedra Spirensi est unita. Altera equestris in civitate Bruchsaliensi b. Mariae virgini et ss. apostolis Petro et Paulo sacra existit. Praeter undecim canonicos habet praepositum inter reliquos praelatos Rhenanos jure suffragandi in comitiis gaudentem, ad decem canonicatus non admittuntur nisi ex antiquis Germanorum nobilium familiis nati, undecimum possidet sacrae scripturae aut sacrorum canonum doctor, illique cohaeret obligatio singulis diebus dominicis et festivis e suggestu dicendi. Praeter hos

canonicos decem adhuc destinati sunt vicarii ad decantandum divinum officium idonei. Tertia collegiata in civitate Badensi est constituta. Eidem inserviunt praepositus, decanus, cantor, custos, adhuc tres canonici, quorum duorum praebendae non ita pridem fuerunt resuscitatae, et quatuor vicarii. Quarta collegiata extra Spiram in civitate Landaviensi est visenda. Habet illa decanum, canonicum curatum, duos alios canonicos totidemque vicarios; eo ex capite, quod civitas ista juribus majestaticis regis christianissimi fuerit subjecta, subinde nonnulla prodierunt impedimenta authoritatem episcopalem satis accommodata ad bonum hujus ecclesiae interponendi et recentiori aetate ita tamen res composita fuit, ut mihi saltem meaeque jurisdictionis exercitio nulla hucusque remora se opposuerit. — 10. **Status ecclesiarum parochialium.** — 1. In civitate Spirensi parochiae numerantur octo; at ratio temporis et subsecuta his in terris mutatio religionis ita tulit, ut his parochiis nec redditus, nec parochiani, ac proinde ultra nomen vix aliquid supersit. 2. Extra civitatem Spirensem ad eundem episcopatum pertinent parochiae 360, in duodecim archipresbyteratus divisae. His totidem praesunt archipresbyteri forenses, quorum munia eo praecipue spectant, ut defectus parochorum explorentur, ut si denunciati fuerint, authoritatis episcopalis interventu canonice corrigantur. Status plurium parochiarum ex eo, quod ultra mediam proventuum partem potissimum in Palatinatu sibi addixerint protestantes, sat est tenuis atque ita redactus ad incitas, ut si quandoque calix, ciborium, casula sit comparanda, aut subinde afflicto parocho vicarius adjungendus, summa cum difficultate saepius sit colluctandum. — 11. **Numerus monasteriorum in dioecesi Spirensi.** — In dioecesi Spirensi unum extat monasterium (Alba dominarum dicitur) ante reliqua omnia memorandum. Continet hoc quatuordecim illustres feminas religioso voto Deo sacratas atque ductu unius abbatissae sub regula s. Benedicti viventes. Adjacet territorio seren. marchionis Badensis, qui cum extincta nuper stirpe Badeno-Badensi sibi ad possessionem tempore anni normalis a praedecessoribus habitam ejusdem abbatiae bona sibi restituenda putet, atque ex aliis etiam principiis jura domini territorialis in ejusdem terras vindicare sibi contendat, periculosa hujus monasterii res subjicit aleae et vix non supremo fato, nisi augustissima imperii tribunalia proprioribus sententiis afflictae sancti Benedicti familiae opem ferant, quae

diu invasionibus Badensibus violentissimis saepe repetitis cedere debuisset, nisi protectione episcoporum Spirensium defensa et usque huc salva mansisset. Praeter hoc quinque adhuc exstant in hac dioecesi domicilia patrum societatis Jesu. Hii ubique in erudienda juventute informandisque moribus ita sunt occupati, prout amata ab his patribus agendi ratio ferre solet. Patres capucini in eadem dioecesi monasteria incolunt quatuor et septem residentias. Franciscani strictioris observantiae duo et fratres minores s. Francisci unum. Augustiniani quatuor; dominicani et carmelitae unum; patres piarum scholarum, qui prima eruditionis docent elementa, collegium habent unum. Porro monasteria monialium praeter id, cujus mentio primo loco injecta fuit, exstant quinque, quorum unum non ita pridem ante mortem serenissimi marchionis Badeno-Badensis suum cepit initium Rastadii. Ante infausta deformatae religionis tempora insignes adhuc existere tum abbatiae, tum alia inferiora virorum ac mulierum monasteria, at modo sola eorum superest memoria, nonnisi in antiquioribus documentis et scrutantibus ea animis conservata, redditus vero ad manus abeunt protestantium et in usus nonnisi profanos convertuntur. — 12. **Seminarium episcopale in dioecesi Spirensi.** — E sapientissima patrum Tridentinorum sanctione de instituendis seminariis similis fructus etiam succrevit dioecesi Spirensi. Parentem satis liberalem hujus seminarium habuit in eminentissimo cardinali de Schoenborn. Illud non conservare modo, sed etiam augere mihi hucusque curae cordique fuit. Illud modo complectitur alumnos sex et decem, qui ubi necessarii sibi notitia imbuti fuerint, subinde tanquam vicarii aliis curatis adjunguntur. — 13. **Numerus hospitalium.** — In territorio Spirensi tria sunt hospitalia, et quidem in residentia episcopali duo, quorum unum eminentissimus de Schoenborn sat largis fundavit impensis, mea manus additis aliquot florenorum millibus nuper auxit et pia defuncti suffraganei Adami Buckel voluntas legalis novem millibus florenorum anno priori amplificavit. Alterum pro civitate Bruchsaliensi et ejus incolis. Tertium vero in Deidesheim civitate ad principatum meum cis Rhenum pertinente satis large fundatum pro incolis dicti loci et duorum vicinorum pagorum Forst et Niederkirchen. Extra territorium mihi subjectum plura adhuc in dioecesi reperiuntur hospitalia, at in iis nequidquam meae cognitioni aut dispositioni est relictum. — 14. **Mons pietatis, aerarium pro alendis viduis**

destinatum aliaeque fundationes in pauperum usus designatae. — Mons pietatis his in terris in usu non est; leges imperii, quae pravitatem usurariam satis coercent, aliaeque piae largitiones, quae ejusdem vires facile supplent, ei locum haud reliquere. His ductus rationum momentis, nuper insignem pecuniarum vim se modo ad summam triginta millium florenorum extendentem ad usus viduarum designavi, cui quidem si ex norma praescripta accessiones quaedam fient, miserabilis hujus generis personae semper prompta habebunt subsidia. Praeter haec satis ampla tum a piis benefactoribus, tum et quidem principaliter ab eminentissimo domino cardinali de Schoenborn per erectionem diversarum cassarum utpote hospitalis pro patria, ulterius pro educatione filiorum et filiarum pauperum, nec non alterioris pro egenis et aegrotis peregrinantibus relicta fuere patrimonia, unde et egentibus subditis et aegrotantibus peregrinis parari possunt auxilia. — 15. Domus correctionis. — Haec cum jamdudum antecessores mei optarent ac sat longo intervallo praemeditati fuerint, suam in ipso regiminis mei exordio obtinuit perfectionem. In ea plectuntur facinorosi, docentur ignorantes, atque sic ecclesiae et reipublicae bono illa consulitur via, quae unice certorum hominum classi est accommodata. — 16. Confraternitates. — Harum jam plures vigent in ecclesiis praesertim parochialibus dioeceseos, atque eo potissimum collimant, ut vel memoria patientis Christi inter fideles excitetur, vel Deo eucharistico debitus latriae cultus conjunctioribus animis deferatur.

II. Status formalis ecclesiae Spirensis.

Hic quemadmodum varia, tum episcopi referentis officium pastorale, tum cleri utriusque eidem subjecti functiones, item et populi mores concernentia complectitur, ita per totidem distincta quasi capitula repraesentabitur. — Cap. I. Episcopum referentem concernentia. — 1. Residentia episcopi. — Hujus legibus hucusque una sede episcopali contentus ex asse satisfeci, cum per illud temporis intervallum, inde a quo pastorale officium suscepi, extra dioecesim nunquam pernoctarim. Interea non in civitate Spirensi et apud ecclesiam cathedralem, sed Bruchsaliae potius, quae pleno jure ad episcopatum pertinet, residere mihi datum est, cum ibidem sedes episcopo conveniens cepta quidem, non tamen absoluta hucusque fuerit. Quanquam saepius excursione improvisa Spiram pervenire ibique meis inspectionibus tum ecclesiae cathedralis e

suis ruinis surrecturae celeriorem progressum, tum cleri mores promovere soleam. — 2. Visitatio dioecesis Spirensis. — Ipse per breve tempus, quo cura hujus episcopatus mihi fuit commissa, gravioribus negotiis in loco residentiae a me peragendis impeditus eundem nondum visitavi, interea eas inivi rationes ac vias, per quas vix continget, aliquid ad officii mei partes pertinens notitiam meam effugere. Archipresbyteri forenses districtus sibi assignatos visitant singulis annis et de statu ecclesiarum parochialium mihi referunt in scriptis. Commissarios ad loca et personas, quibus ita expedire visum est, inspectionis ergo emitto, cuique parocho ac dioecesano ad me perscribendi aut mecum colloquendi ansam aperio, ac praeterea visitationem totius dioeceseos specialem et per commissarios conficiendam animo destinatam habeo. — 3. Functiones episcopales. — Has inde ab eo tempore, quo tanquam episcopus Spirensium solenni consecratione inauguratus fui, peregi omnes, quotquot in dioecesi mea peragi poterant; sacros ordines contuli, sacramentum confirmationis pluribus hominum millibus administravi, sacram communionem singulis fere diebus dominicis aut festivis distribui, sanctissimum altaris sacramentum in publicis solennibus processionibus portavi, etiam suffraganeum meum hoc anno a me nominatum et a sancta sede confirmatum solenni ritu consecravi et solam ordinationem ultimam suffraganeo meo apostolicae sedis authoritate mihi in adjutorium concesso reliqui. — 4. Synodus dioecesana. — Haec a me coacta hucusque non fuit, interea ejus vices singulis annis supplentur hac ratione: omnes parochi conveniunt in capitulo, quod sub directorio illius archipresbyteri celebratur, cui sunt adscripti. Fiunt deliberationes de iis, quae statum cujusque capituli et parochiae concernunt, defectus indicantur, modus emendandi proponitur, mihi meaeque dispositioni singula in scriptis subjiciuntur. Quaeque demum hac aliave ratione comperire potui atque reformanda putavi, abrupta omni mora ad eum reduxi statum, qui scopo ecclesiae ac saluti animarum convenientior videbatur. Verbo denique et exemplo data occasione saniora docere, gratia Dei, in quantum fragilitas humana patitur, hucusque contendebam. — 5. Mulctae pecuniariae. — Ita neque aliter in hac dioecesi sunt destinatae, ut inde piis fundationibus fiat accessio, ac proinde nonnisi ad salutem publicam ac levamen egenorum impenduntur. — 6. Impedimenta jurisdictionis ecclesiasticae. — Impedimenta jurisdictionis eccle-

siasticae sicuti in quovis alio fere regno, ita etiam in partibus Germaniae ac potissimum in episcopatu Spirensi sese exerunt sequentibus modis. — *A.* Generatim. — In omnibus negotiis religionem concernentibus, siquidem ullum caeteroquin remotum cum scopo civitatis videantur habere nexum, cognitionem vel solitariam, vel (quod extra suos limites tolerandum adhuc foret) communem sibi vindicant magistratus saeculares, atque in casu collisionis exceptionem ita faciunt, ut salus reipublicae neglecto ecclesiae statu obtineatur. Hinc 1. in causis sponsalitiis et matrimonialibus partes ad simplicem citationem se minus sistunt judicio ecclesiastico, sed prius desuper requiri volunt magistratus saeculares. 2. Ludimagistri, aeditui aliique ecclesiae ministri saeculares admittuntur, examinantur, rejiciuntur a dominis territorialibus, eorumque dicasteriis ac severioribus insuper mandatis cohibentur, ne quam vicariatus Spirensis depositionem eatenus agnoscant aut revereantur. 3. Bona a defuncto parocho relicta suae dispositioni qualicunque itidem subjiciunt; judices saeculares inventaria conficiunt, causas debitorum examinant et commissarium ad eadem negotia a vicariatu submissum vel omnino non admittunt, vel longe inferiorem post se relinquunt. — *B.* Speciatim vero non ita pridem ministri regis christianissimi et serenissimus marchio Badensis mihi meaeque jurisdictionis exercitio haec objecerunt impedimenta: 1. Illi causas beneficiarias, ubi quidem agitur de possessorio sub specioso hoc praetextu possessionis, quae nudum factum videtur respicere, ad suum evocant tribunal, et cum in rebus beneficiariis possessio sine titulo locum non habeat, simul de eo, quod hanc concernit cognitionem, sibi sumunt atque hac ratione nihil penitus cognitioni episcopali discutiendum relinquunt, quae quidem cogitandi ratio uti primo obtutu satis onerosa, ita etiam in causa Joannis Georgii Gelin contra parochum meum et archipresbyterum dioecesanum Theobaldum Faigle in Hatzenbuehl et Hayna hucusque mihi vix toleranda fuit. Via sub- et obreptionis obtinuit ille Romae bullam, qua ei parochia in Hayna ex jure devolutionis collata fuit; huic se opposuit parochus in Hatzenbuhl ejusdem parochiae cum Hatzenbuhlensi unitae legitimus possessor, ejusque titulus ibi examinatus, communitati multa expensarum millia hucusque erant solvenda. Causa vertitur adhuc inter partes litigantes et vix aliter suum habitura est finem, quam cum insigni diminutione potestatis episcopalis et cum ever-

sione totius disciplinae ecclesiasticae, quae hucusque circa rem beneficiariam in illis terris locum habuit. Huic malo medela satis feliciter fuisset parata, si prius ab episcopo peti maluisset informatio, quam bulla fuerit concessa, quam ad mandata sanctae sedis ante expeditionem bullae quantocius ad sanctitatem vestram in scriptis fideliter deferre sincerissime appromitto. — 2. Idem regis christianissimi ministri illi fuere authores, ut nuper exactione 24 millium librarum gravaret clerum Spirensem, in territorio meo Galliarum tamen juribus majestaticis subjecto constitutum. Pecuniae vis sane tanta, ut eam pauculi earum terrarum parochi et caeteri adhuc beneficiati conferre neutiquam possint. 3. Denique serenissimus marchio Badensis acerba ecclesiae Spirensi infligit vulnera, hac ratione: subditos abbatiae, quam Albam dominarum vocant, excitat adversus jura ab illa hucusque exercita simulque eo impellit, ut etiam episcopi potestatem, quam quidem protestantes marchionis Badensis ministri causae suae minus propitiam fore autumant, in sacris declinent, unde nuper contigit, ut duae partes sibi desponsatae, quanquam ad judicium meum ecclesiasticum fuerint citatae, suum consensum matrimonialem non coram parocho suo ordinario, sed coram ministro protestantico fuerint contestatae, quae in tali nulliter contracto matrimonio peccata peccatis cumulando sine dubio convivere perennissent, si non vivis ordinariatus mei monitis excitati et permoti remedia sacramentalia tandem arripuissent et de more ecclesiae a parocho eorum proprio et vero noviter intronizari petiissent. — Cap. II. Clerus saecularis. — 1. Officium divinum canonicum. — Ad hoc debite persolvendum sat moventes providentia majorum pro hac dioecesi determinavit rationes; at has non modo confirmare, sed majoribus additis stimulis adhuc perficere mearum duxi esse partium. Eum in finem suffraganeo meo nunc Spirae commoranti in mandatis dedi, ut statuta ecclesiarum collegiatarum ab emin. antecessore meo quidem concepta, ad vim tamen legalem haud producta, cummunicato cum singulis collegiatarum ecclesiarum capitulis consilio, ad novum examen revocet, quaeque in eis mutanda aut limatius ponenda esse videantur, mihi proponat; non populari, sed severiori trutina denique rem examinabo, ipse et Deo dante figam leges ecclesiarum collegiatarum statui bonosque cleri Spirensis in aeternum profuturas. — 2. Missa conventualis ejusque applicatio. — Haec tum in cathedrali mea

ecclesia, tum in collegiatis rite celebratur et ad finem fundatorum intentionem, quantum scio, debite applicatur. — 3. **Praebenda theologi et poenitentiarii.** — Nostra aetate nec theologi, nec poenitentiarii praebenda in ecclesiis cathedralibus ad Moenum et Rhenum superiorem est cognita. In Spirensi sex numerantur praebendae, quae olim doctoribus mancipatae fuisse videntur, at haec praebendarum determinatio, quatenus quidem doctorum qualitatem requirit, inde jam ab immemoriali tempore nullo usu confirmata fuit et hinc tam facile resuscitanda haud videtur. Quae praebendam doctoralem equestris ecclesiae Bruchsaliensis concernunt, uberius exposui supra. — 4. **Parochorum officium.** — Residentia eorum legibus Tridentini convenienter per constitutiones dioecesanas specialius ita est determinata, ut ne per unam quidem noctem a suis parochiis abesse possint. Ad breve tempus et quidem ad tres tantum dies a loco sui beneficii discedere possunt licentia archipresbyteri. Si quis per longius tempus parochiam relinquere voluerit, licentia ei non ab alio, quam a me ipso concedenda erit. Singuli curati quinque sibi habere debeant libros. Primus nomina matrimonio copulatorum, alter baptizatorum, tertius confirmatorum, quartus defunctorum, quintus ordinationes et mandata episcopalia continere debet. Per literas pastorales brevi post consecrationem meam ad parochos datas iisdem distinctius proposui, qua ratione verbum Dei vere, perspicue, solide, complete debeant praedicare, quaque cum respectu et circumspectione se erga potestates saeculares, quibus parochiani sibi commissi in temporalibus subsunt, praesertim in terris protestantium gerere, quaque methodo concreditas sibi parochianorum animas ad aeternam salutem perducere debeant, uti latius videre est ex adjuncta epistola pastorali, tum ad parochos, tum ad PP. missionarios meae dioecesis emanata. Nunc vero etiam clerum meum specialius instruam, secundum quas regulas ille tenellam juventutem aliosque rudes prima doctrinae christianae elementa edocere debeat, et quidem rem sequentibus absolvam capitibus, ut is intelligere possit, 1. qua praxi etiam pueros aliosque rudes certos reddere debeat existentia religionis revelatae; 2. de existentia verbi traditi, ut hoc demum modo veri semina contra deismi aliosque protestantium errores etiam tenerioribus juvenum animis inserantur; 3. quibus uti debeat principiis ad evertendum regnum probabilitatis atque genuinam ideam obligationis,

quam Christus inculcat his verbis: Perfecti estote etc. animis informandum. Demum 4. studium meum adhuc eo collimat, ut parochis et universim clero curato per totam dioecesin meam, praevia communicatione cum eorum patronis, competentia stabilis et congrua, redditibus modernis proportionata, in certa et fixa pecuniae, fructuum et vini quantitate annue porrigenda, pro salario reguletur, ne dum plurimi prata, agros ac vineas loco salarii possident ac eorum culturam cum famulis diversi sexus curare debent, curis ejusmodi temporalibus nimis occupati, salutem animarum pretiosissimo sanguine filii Dei redemptarum sibi concreditam negligant, aut persaepe, uti in multis, proh dolor, modo compertum habui, in lites cum parochianis suis odiosas eatenus incidant, ut omnem eorum fiduciam a se amoveant sicque nihil boni amplius apud eos operari possint, vel etiam ex ejusmodi personarum simul in una domo famulantium nimis familiari conversatione non raro scandala ex mala suspicione populi in clerum redundantia excitentur. — 5. Clerus regularis ejusque status moralis. — Defectus morales hucusque sat multi sese prodiderunt ex parte cleri regularis ac praecipue mendicantium minus cauti in conversando contra sextum praeceptum subinde impegerunt. Officio meo pastorali secundum normam Tridentini eatenus locūm esse volui, ut ejusmodi peccata superioribus detegerem, et qua ratione delinquentes correcti fuerint, accuratius rescire vellem. Minus arridet ista agendi ratio partibus ipsis et subinde eorum superioribus, ut tamen per canones probata a me nunquam est deserenda. Moniales clausurae leges, quantum mihi comperire licuit, omnino observant, et cum in interiorem disciplinae religiosae tum inter viros, tum inter mulieres stabilitae oeconomiam altius penetrandi mihi hucusque ansa non fuerit, neque ulteriora de statu illorum morali referre mihi datum est. — 6. Status moralis alumnorum seminarii. — Seminarii continuus moderator ac visitator sum ego ipse. Huic insuper praefeci directorem, qui suae curae ac sollicitudinis socium habet alium subdirectorem. Utrique partes sui officii ita delineavi, ut ille ascesin puram et theologiam moralem ex genuinis sacrae scripturae, sanctorum patrum et adminiculantibus sanae rationis fontibus doceat, hic vero theologiam dogmaticam ex iisdem cognoscendi principiis juncta saniori philosophia distincte, solide et systematice proponat eamque ad modernum systema protestantium, qui sua dogmata in dies aliter deter-

minare solent, accommodet et erronea ejusdem inventa revellat, atque ita veritatem catholicam a majoribus in dioecesi mea propagatam deinceps porro illibatam conservet. Alumnos ad seminarium non admitto, nisi per concursum et examen rigorosissimum, quibus peracto examine, omni favore semoto, secundum vota examinatorum quoad primatum strictissime fit justitia; ne tamen praecellens capacitas et scientia tantum sint regula admissionis, debent insuper producere attestata legalia super vitae morumque integritate ac indole prona ad labores, et ad curandam animarum salutem, neque ex his, qui ad seminarium admissi sunt, ullus spem habet tituli a me obtinendi, nisi prius per aliquot annos in spiritu probatus fuerit ac me plene convicerit de idoneitate et spe certa, quod suo tempore cum fructu in cura populo praefici possit. His seminarii alumnis traduntur praecepta eloquentiae sacrae juncta tum inter privatos parietes, tum etiam in ecclesia aulica me praesente praxi. His accedunt aliae instructiones ad formandum cleri curati genium necessariae, et si mea vota suis porro auxiliis secundaverit coelum, hoc seminarium, quod quidem est primarium sollicitudinis meae postoralis argumentum, ita deinceps perficiam, ut ex eo prodire possint viri contra omne genus errorum et nequitiae satis fortiter praeliaturi. — 7. Populus Spirensis. — Statum animarum quotquot intra limites dioeceseos meae subsistunt, exhibet subjecta tabula, de parte catholica bonam mentem et satis pronum ad capiendas doctrinae christianae veritates ingenium usu ipso et experientia habeo compertum. Dominantes his in terris abusus pravasque consuetudines pro viribus coercere semper studebo atque ita demum contendam, ut rationem redditurus pro animabus mihi concreditis secure divino judici me sistere valeam.

---

395. *Wilderich bischof zu Speyer hebt die leibeigenschaft im hochstifte Speyer auf.* *Bruchsal,* 1798 *juni* 22.

Von Gottes gnaden, wir Wilderich, bischof zu Speyer, probst der gefürsteten probstei Weissenburg, des heiligen Römischen reichs fürst etc. etc. Gleich mit antritt unserer regierung hatten wir beschlossen, die leibeigenschaft in unsern hochstifts landen aufzuheben; wir fanden aber unser fürstliches cameralärarium in so misslichen, durch den krieg und durch den verlust aller von unsern überrheinischen lan-

den fälligen einkünften veranlassten umständen, dass es vor der hand unumgänglich nöthig schien, die leibeigenschaft noch fort bestehen und die davon herrührenden, zu den radicaleinkünften gehörigen abgaben in so lange noch erheben zu lassen, bis bessere zeiten unsere kameralkasse wieder in stand setzen würden, die derselben obliegenden ausgaben zu bestreiten. Um jedoch unsern geliebten unterthanen zu bethätigen, wie gerne wir denenselben jeden last erleichtern möchten, erliesen wir beinahe allen inzwischen manumittirt und nicht ausser land gezogenen leibeigenen unterthanen die manumissionsgebühren, wo nicht ganz, doch zum grossen theil. Allein! wir sind durch die bei diesem versuche gemachten beobachtungen überzeugt worden, dass, ungeachtet dieser unserer landesväterlichen nachsicht, die leibeigenschaft dem landmanne doch immer noch lästig bleibt, und wollen daher nicht länger säumen, solche gänzlich abzuschaffen. Wir erklären also die leibeigenschaft in allen unsern diesseits Rheins gelegenen, unter unserer alleinigen unmittelbaren landeshoheit und gerichtsbarkeit stehenden hochstifts landen von heute an vollkommen aufgehoben, und wollen sämtliche, nicht ausser land ziehenden unterthanen in benannten unsern landen als leibesfrei erkannt und von nachbemerkten, aus der leibeigenschaft herrührenden, lediglich auf den personen und nicht auf den gütern haftenden abgaben, als: a) von dem leibzinss, b) von dem hauptrecht, besthaupt oder todfall und c) von den manumissionsgebühren befreit wissen, ohne dass sie dafur einigen ersatz zu leisten hätten. Von dieser freilassung bleiben aber einsweilen noch ausgenommen: a) die gemeinschaft Gernsbach, bis wir wegen der verhältnissen mit Baden eine anderweitere auskunft werden getroffen haben; b) die gemeinde Lussheim; dann c) die gemeinherrschaft Neckarsteinach samt zugehörden; fort d) alle sonstige orte, die nicht unmittelbar unter unserer alleinigen hohen und niedern gerichtsbarkeit stehen; wie auch e) die jenseits Rheins gelegenen, der leibeigenschaft unterworfenen hochstiftlichen ortschaften, bis wir nach erfolgtem reichsfrieden wegen ihrer freilassung das weitere verfügen werden. Alle in diesen, von der freilassung einsweilen noch ausgenommenen ortschaften wohnenden leibeigene bleiben daher bis auf anderweitere verfügung in ihrem bisherigen verband der leibeigenschaft und entrichten, so wie auch jene, so aus den freigelassenen orten dahin ziehen werden, alle

damit verknüpften abgaben. Desgleichen verbleiben auch die in anderer herren ländern und ortschaften wohnenden, uns zugehörigen leibeigene von gegenwärtiger freilassung noch zur zeit ausgenommen und müssen bis zur ferneren bestimmung ihre bisherigen, herkömmlichen abgaben fort bezahlen. Damit aber auch in rücksicht der freigelassenen ortschaften über die folgen ihrer freilassung kein zweifel entstehe, so erklären wir: 1) dass sämtliche unsere unterthanen ohne ausnahme nach maasgabe der bisherigen observanz und dahin einschlägiger landesverordnungen zu den soldaten-, frond- vnd sonstigen diensten, in so fern sie nicht durch besondere begünstigungen davon befreit sind, oder befreiet werden, wie bisher, so auch in zukunft, verbunden und gehalten seyn sollen. 2) Dass die wegen auswanderung und annahme auswärtiger kriegsdienste bestehenden verordnungen nach wie vor beobachtet werden müssen, folglich kein unterthan in andere kriegsdienste gehen, noch ausser land ziehen dürfe, es seye dann, er habe dazu unsere landesherrliche erlaubniss erhalten und all dasjenige beobachtet, was die desfallsigen verordnungen besagen, widrigenfalls alle bisherigen folgen der leibeigenschaft und sonstige verordnungsmässige strafen platz greifen vnd vollzogen werden sollen. 3) Dass diejenigen, welche die erlaubniss erhalten, ausser land zu ziehen, alle bisher üblichen abzugs-, manumissions- vnd sonstige desfalls herkömmlichen abgaben in so lang noch entrichten sollen, bis wir mit andern ständen und herrschaften eine wechselseitige zugsfreiheit werden festgesetzt haben. Zu unsern geliebten unterthanen versehen wir uns, dass sie die aufrichtigkeit der unserer gegenwärtigen erklärung zum grunde liegenden väterlichen gesinnungen erkennen, solche durch zutrauen und anhänglichkeit erwiedern und sich überzeugen werden, dass wir nichts sehnlicher wünschen, als durch bessere zeitumstände in stand gesetzt zu werden, ihnen noch ferner zu beweisen, wie sehr uns angelegen ist, ihr wahres beste auf alle weise zu befördern vnd glück und wohlstand unter ihnen zu verbreiten. Gegeben in unserer residenzstadt Bruchsal, am 22ten junius 1798. Wilderich, bischof und fürst zu Speier. (L. S.)

396. *Wilderich bischof zu Speyer empfiehlt dem pabste Pius VII. die deutsche kirche. Waghäusel,* 1803 *märz* 7.

Beatissime pater! Mirum in modum erexerunt afflictum animum meum literae, quibus sanctitas vestra paterna sensa sua de ecclesiae Germanicae difficillima re mihi explicare dignata est et eam exponere partem, quam hujus ecclesiae pro apostolici sui muneris ratione capere non desinit. Digna profecta est haec Germaniae ecclesia singulari sanctitatis vestrae et sanctae illius sedis attentione atque cura, utpote quae inter diversas ex imperii sanctionibus vigentes in Germania religiones, agitata saepe et pressa, salva tamen incolumis hucusque perstiterat, fulta auctoritate praelatorum, qui et ipsi imperii principes propriis viribus resistere adversis conatibus poterant provida majorum dispositione pedo gladium jungentes. Cum fatum privaverit praerogativa statuum imperii ecclesiasticos principes et exinde domesticis viribus exuerit, non tantum inermis insultibus quibusvis exposita erit ecclesia Germaniae, sed et redundante in ecclesiam non tantum universam, verum in ipsam sanctam sedem singulari splendore uno ictu spoliata est ac in eum redacta statum, ut, qui hactenus decori ac fulcro fuerant ecclesiis et capitulis magnorum principum filii fratresque, deinceps ab amplectendo clericatu tantopere dejecto certo certius abstineant. Cum et cathedralium et collegiatarum ecclesiarum capitula pereant ac religiosorum monasteria extinguantur, penuria profecto sacerdotum vitari nequibit et aegerrime providebitur ministerio sacro, unde non refrigescere fidelium devotio et non rasescere religiosi cultus exercitium non poterit. Ecquis enim porro amplectetur statum, cui mancipatum esse vituperium est! Persuasus omnino, beatissime pater! sanctitatem vestram haec omnia cordi habituram esse, quando de instituendo ecclesiae Germanicae futuro statu et de conficienda eapropter publica sanctione quaestio tractabitur. Metum justum, qui animos ecclesiasticorum principum hocce tempore agitare non desinit, in paternum sanctitatis vestrae sinum effundo, nec desinam supremum numen exorare, ut suae in terris ecclesiae succurrere dignetur, apostolicam vero benedictionem mihi gregique meo enixius exorans, emorior. Waghäusel, die 7. martii 1803. Wildericus, episcopus et princeps.

397. *Wilderich bischof zu Speyer findet sich mit dem markgrafen von Baden wegen abtretung des hochstiftes Speyer ab. Waghäusel,* 1803 *märz* 23.

